Universidad de Deusto
Biblioteca

D.
HIERONYMI
OPERA

T. 6-7

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERVM D. HIERONYMI

SEPTIMVS TOMVS: CVI INSVNT, IN PARABOLAS SALOMONIS COMMENTARII, IN ECCLESIASTEN COMMENTARII, Homiliæ in Cantica canticorum quatuor, Origenis nomine, Denicp in Iob Commentarij.

BASILEAE M D LIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS CANDIDO LECTORI S. D.

NOn clam me est candide lector, Commentarios in Prouerbia Salomonis, quibus primum in hoc tomo locum dedimus, Hieronymi non esse: nam id uel hinc deprehenditur, quod tota dicendi figura, ab Hieronymiana dictione, modis omnibus dissidet. Quin Gregorius semel atq; iterũ in hoc opere citatur. Vetustissimi quidam codices in membrana scripti, Bedæ uindicabant. Certe cuius cuius sint, Hieronymi nõ esse ipsi clamant. Sed enim ob id potissimũ non omittẽdos censuimus, ne lector queri possit, in hac nostra editione pauciora sibi data, quàm in Veneta habebant. Porrò Cõmentarios in Ecclesiasten, secundo posuimus loco, qui ex ipsissima Hieronymi prodierunt officina, id quod uel mediocris peritiæ lector, ex dicendi charactere, nisi planè Acarnanius bos sit, olfacere facile potest. Sunt enim tersi, eruditi, excusi, nõ Barbarie scribliginosi, aut inepte loquaces, & ocioſi. Explicant mysteria, sed acutissime doctissimeq;. Iungunt allegorias, sed conuenientissimas. Neq; id mirũ, quandoquidem sic fuit linguarũ auxilijs instructus Hieronymus, ut Latinos omnes superaret, Græcis non inferior. Quoties igitur aliquid scripturus erat, Hebræorũ exemplaria & Græcorum potissimũ commentarios inspexit: sed quod intelligeret, hoc linguarũ peritiæ debebat. Vtinam & nostræ ætatis theologi, discerent linguã Græcam, qua se carere deplorat Augustinus: & Hebraicam qua non est alia uel sanctior, uel ad intelligenda propheta rum sensa magis necessaria. Cæterũ de Homilijs quatuor in Cantica canticorũ, quas è uolumine epistolarum in hunc tomum retulimus, sint Origenis necne, nolo in præsentia disputare: certe multa sunt, quæ eas Latini hominis esse, non Græci, comprobent. Illud ausim affirmare, etiamsi Græci hominis sint, Hieronymum non uertisse. Postremo de Commentarijs in Iob, quos antiquissimus codex è bibliotheca sancti Galli huc allatus, Hieronymo tribuebat, idem mihi dicere licet, quod Erasmus noster de Pandectis Iustiniani quodam loco scribit, uidelicet centones esse & inæquales Glossariorũ rhapsodias. Quod si quispiam iudicio nostro non accedit, suo fruatur: nos lectorem admonendum duximus. Docti itaq; boni consulant. Bene uale candide lector, Basileæ. Nonis Martijs. Anno M. D. XVI.

A COMMENTARII BEDAE IN PARABOLAS SALOMONIS FALSO HIERONYMO ATTRIBUTI.

Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israel.] παροιμίαι Græce, Latine dicuntur similitudines. Qui huic libro uocabulum Salomõ ob id imposuit: ut sciremus altius, & nõ iuxta literam tm̃ nos intelligere debere quæ dicit. In quo dominũ significat per parabolas turris fuisse locutum. Salomõ autem nomine proprio, & pacifico regni sui statu, regnum Christi & ecclesiæ perenne denunciat: de quo scriptum est: Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis: super soliũ Dauid sedebit, & super regnum eius. Sicur & templi cõstructione ac dedicatione, ædificationem sanctæ ecclesiæ, quæ tempore resurrectionis in æternum dedicatur, insinuat. Nam & ipse saluator filius esse Dauid, & rex spiritualis Israel, etiam turbarum testimonio, quæ ciuitatem Hierosolymã uenienti cum palmarum ramis & laudibus occurrere declaratur. Notandũ autem quod in uulgata editione ,p parabolis, quæ Hebraice מִשְׁלֵי uocantur παροιμίαι id est, prouerbia dicuntur. Sed nec ipsum nomen abhorret à uero. Quæ enim parabolæ recte nuncupantur, quia occulta sunt: possunt nõ incongrue etiã prouerbia uocari: quia talia sunt quæ merito sapissime ore colloquentium uersari ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerunq; tam obscure dicuntur, ut merito eadẽ possint etiam parabolarum nomine notari: domino attestante, qui ait: Hæc in prouerbijs locutus sum uobis: Venit hora cũ iam non in prouerbijs loquar uobis, sed palam de patre annunciabo uobis. Quid autẽ utilitatis parabolæ Salomonis conferant, sacramento tituli monstratur cum subditur,

b ¶ *Ad sciendam sapientiam, etc.*] Sapientiã autem & disciplinam scire est, quomodo recte credere, qualiter secundum id uiuere oportet quemq; quod ueraciter constat didicisse: quò intentionem cordis dirigere, quid operando gerere conueniat nosse. Quod autem adiungit

c ¶ *Ad intelligenda uerba, etc.*] Monet eos quos imbuit: ut non solum sapientiã quam semel ipsi perceperint amplecti: & disciplinæ uirtutum quam cognouerint, sciant inseruire: sed etiam uerbis prudentiũ, quibus ad perfectiora proficiant, libenter auscultare: & hæc solerter intelligere curent. *d* ¶ *Iustitiam, & iudicium, etc.*] In iustitia, actio recta: in iudicio, discretio boni & mali: in æquitate uero rectitudo mentis intelligitur. Iustitia est in his quæ secundum regulã ueritatis bene operamur. Iudicium in illis quæ recta discretione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cum syncera intentione, deo soli in his quæ recte gerimus uel iudicamus, placere cõtendimus. *e* ¶ *Vt detur paruulis astutia, etc.*] Paruuli dicũtur sensu simplices: adolescentes uero in fide & opere proficientes. Paruulos dicit eos qui nuper sapientiæ aurẽ ac commodare cœperant. Adolescentẽ, qui aliquantũ iam in eius auditione profecit. Et ideo fortasse paruulos plurali numero, adolescentem appellat singulari: quia doctrina sapientiæ, quos diuersis animi motibus, diuersis uiuendi moribus deditos suscepit, in unã uirtutis perfectionem erudiendo prouehit, de quibus iure dicat:

PARABOLAE

PARABOLAE Sãlomonis filij Dauid regis Israel. Ad sciẽndam sapientiã, & disciplinam. Ad intẽlligenda uerba prudentiæ, & suscipiendã eruditionem doctrinæ. Iũstitiã, & iudicium, & æquitatem. Vt dẽtur paruulis astutia: adolescenti, scientia & intellectus. Aũdiens sapiens sapiẽtior erit, & intẽlligens gubernacula possidebit. Animadũertet parabolam & interpretationem, uerba sapientum, & ænigmata eorum. Timor

Esa. 9.b

Mat. 21.d

Deut. 16.f

Multitudinis credẽtium erat cor unum, & anima una. C Vt deĩ, inquit, paruulis astutia, subtilitas cautelæ. Hæc etenim rudibus & incipientibus est necessaria: per quã sophismatum dignoscere & cauere uersutiã possint: ne falsorum fraudibus argumentorum abducantur à simplicitate ueræ sapientiæ quæ ducit ad uitã. Adolescenti scientia & intellectus: quia qui prudẽter declinat falsa, consequenter scita ueritatis percipiet. Hactenus prætitulatio, hinc iam ipse textus parabolarũ incipit.

f ¶ *Audiens sapiens sapientior erit.*] Quia sapientiæ amator extitit Salomon: qui optione sibi data, sapientiã petijt & accepit: pulchre *initium* parabolarum suarum à sapientia sumit. Quod aũt (ait) sapientem cum audierit uerbũ, sapientiorẽ efficit: ostendit neminem in hac uita sapientem fieri posse: cuius sapiẽtia nequeat augeri. Semperq; moris est sapientũ: ut dictis maiorum, aliquando etiã minorum auscultent: & quicquid in eis utilitatis audierint, ad se replicent, suoq; in corde recondant. Deniq; audiuit sapiens minor maiorem, regina Saba Salomonem, & sapientior redijt. Audiuit Moyses socerũ, multo inferiorem sublimior: & sapientior redditus est. Audierunt discipuli Christum: & spiritum sapientiæ percipere meruerunt. Audiuit Nicodemus: audiuit Gamaliel: audiuit discipulus eius tunc Saulus, nunc apostolus Paulus, sapiẽtes utiq; uerbum euangelij: & sapiẽtiores sunt facti. Qui etiã Paulus cum ad tertium cœlum raptus, audisset ea quæ non licet hominibus uerba loqui, nihilominus ad terram reuersus aiebat: Quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est.

2.Reg. 10.d
Exod. 18.d
Mat. 13.e
Ioan. 3.d
Act. 5.f
& 22.d
D
1.Cor. 13.e

g ¶ *Et intelligens gubernacula possidebit.*] Nemo se de sua iactet scientia: quia qui sapientium uerba crebro audire & intelligere negligit, uitam suam rite gubernare non nouit. Quanto magis alieno regimini præfici nequit, qui seipsum ad patrum disciplinã subijcere contempsit? Quod ergo ait: Audiens sapiens sapientior erit: ad cognitionem rerum quæ per sapientiam noscuntur respicit. Quod uero addit: Et intelligens gubernacula possidebit: ad rectitudinẽ uitæ, quæ per eandem sapientiã discitur uel docetur, pertinet. Et pulchre principium parabolarum principio congruit tituli: quod ita se habet: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israel, ad sciendam sapientiã & disciplinam.

h ¶ *Animaduertet parabolam & interpretationem, uerba, etc.*] Animaduertere, est animũ illuc uertere, hoc est sensus in id quod legit, intendere: Parabola est comparatio ex dissimilibus rebus: aliud enim in superficie sonat: & aliud intellectu innuit. Aenigma est quæstio obscura, quæ difficile intelligitur nisi aperiatur: ut illud in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus: & de forte egressa est dulcedo. Animaduertet parabolam & interpretationem, uerba sapientium, & ænigmata eorum. Hoc discipulis se humiliter audientibus, ipsa quæ eos in carne apparens erudiebat sapiẽtia donauit: ut & suas parabolas, quas turbæ nequibãt intelligere: & ,pphetarũ ac legis ænigmata, id est obscura dicta spiritualiter animaduertere, ac suis auditoribus dilucidare ualerent: sed & sequentibus ecclesiæ magistris, eadem intelligentiæ spiritualis arcana pie quærẽtibus, ac pulsantibus reserat.

Iudic. 14.e

A a ¶ *Timor domini principium scientiæ.*] Duo sunt timores domini: prior seruilis, qui principium scientiæ uel sapientiæ uocatur. Secundus amicalis, qui perfectiorem sapientiam comitatur. Timor seruilis, principiū sapientiæ est: quia quisquis posterrorem delictorū sapere incipit: primo, timore diuino corripitur: ne ad tormēta ducatur: sed hūc timorē perfecta dilectio foras mittit. Succedit autem timor domini sanctus permanens in seculū seculi: quem non excludit, sed auget charitas. Ipse est quo timet filius bonus, ne uel in modico oculos amātissimi patris offendat. Nam inchoatio timore seruilis ad huc animus metuit: ne ab irato domino, pœnis subigatur. Vtercp autem timor in futura uita cessabit. Charitas uero nunquam excidet, sed in plenitudine sapientiæ perpetua manebit: quod est cognoscere uerum & unum deum: & quē misit Iesum Christum. b ¶ *Sapientiā atq; disciplinam, etc.*] Dixerat de sapiente: quod audito sermone, sapientior fieret: & intelligēs recte, suos gubernare disceret actus. Dicit econtrario de stultis, quia sapientiam recti dogmatis, & disciplinam puræ conuersationis, non modo nō assequantur, sed & nosse contemnant. Denicp prædicāte in carne ipsa sapientia, sapientes quicp gaudentes accurrebant: at pharisæi & principes sacerdotum, saluta-

B ria eius dicta simul & facta spernebant. Et notandū qđ sapientem singulari numero, stultos describit plurali: quia & plures sunt sapientibus stulti: & sapientium cœtus omnis, uniformem tenet callem pietatis. Porrò errantiū dissimile dogma, dissimilis est & ordo uiuendi. c ¶ *Audi fili mi disciplinam patris tui: etc.*] Hactenus prouerbialiter de utracp parte disputauit: hinc iam sedulus incipit admonere quemcp fidelem: ut disciplinā legis diuinę, blanditijs præponat reproborum: quia nimirum huius custodiam coronat: illorū facinora, mors sequatur æterna. Vnde & recte filium uocat, quem paterna solicitudine curat instituere. Potest & ex dei patris persona dictum accipi: in nomine autem matris ecclesia: quę tunc synagoga uocabatur intelligi. Et notandum quòd ita nos disciplinam patris audire præcipit: ut legē quoque matris nulla ratione dimittamus: quia non sufficit, ut quis se deum diligere, & eius præceptis obtemperare dicat: si unitatem ecclesiæ fraterna charitate non sequitur: nec uetat aliquid matrem ipsam dei gratiā qua saluamur accipere. Nam & apud Hebræos, spiritus qui gratiam præstat, genere fœminino רוח nuncupatur. Aliter: Pater omnium electorum est deus, qui per pro-

Hier. 3.f phetam loquitur dicēs: Patrem uocabis me: & post me
Psal. 112. a ingredi non cessabis. Mater nostra est ecclesia: de qua propheta ait: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem: Filium appellat, quem imbuit paternitatis affectu. In disciplina paterna, noui testamēti doctrina ad audiendum proponitur. In lege materna, ueteris testamenti commendat arcana. d ¶ *Vt addatur gratia capiti tuo: & torques, etc.*] Mos apud ueteres fuit: ut legitime certantes, coronā in capite, torquē in collo acciperent. Et nobis ergo si disciplina conditoris nostri si gratia matris sit ad custodiā, maior inde spiritualium uirtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas quæ principale mentis ornat, ardētius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis, qui per collum procedit, confirmatur: ac ne contemni ab auditoribus debeat indeficienti uirtutum connexione docetur. Vel gratia in capite uniuscuiusq; electi additur, cum donū spiritus sancti eius mēti diuinitus illabitur. Torques uero in collo eius tribuitur, dū decus intelligentiæ et cœlitus conceditur. Sed & his qui Mosaicæ legis decreta domino ueniēte seruabāt, addita est gratia noui testamenti cum spe regni cœlestis. Cuius splendor eximius ad exemplū coronæ uel torquis, nullo uncp fine claudetur. Nobis quoque cum pro bonis actibus, quos diuina gratia prærogauit, lux æterna tribuitur: gratia profecto capiti & collo torques addit: iuxta illud euāgelij: Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Gratiam scilicet beatæ retributionis, pro gratia rectæ operationis. e ¶ *Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.*] Duobus modis lactant peccatores quos decipiunt: quia aut ad faciendum scelera, blandimentis alliciunt: aut facta iam fauoribus, quasi laudabiliter acta sustollunt. In utrocp autem sapientia suos auditores, ne talibus acquiescant hortatur. f ¶ *Si dixerint: ueni nobiscum, insidiemur sanguini.*] Potest hic locus generaliter de latronibus qui innocentibus insidias & mortes uel damna inferunt: potest & D de illis specialiter intelligi: qui ipsum uitæ autorem, neci tradiderunt. g ¶ *Absconda mus tendiculas contra insontem frustra.*] Hæc fecerunt cum dicebant: Licet dare tributū Cæsari, an non: & innumera huiusmodi. Vere etenim erat insons, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vere frustra illi tendebāt insidias: à quo in nullo læsi, imo cuius plurima erant beneficia experti. h ¶ *Deglutiamus eum, sicut infernus uiuentem: & integrum, etc.*] Ita dominum impij desiderabant extinguere: ut omnis memoria uirtutum & doctrinæ illius tolleretur: sed & hoc ipsum quod unquam talis inter eos uixerit, oblitioni traderetur. i ¶ *Omnem preciosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spolijs.*] De hominib. dicebant, quos Christo adhærere cernebant. Putabant enim quia si eum occiderent: omnes qui crediderant, ab eius possent amore & consectatu secernere: talibusq; animarum spolijs, suarum conuenticula replere domorum. Cui simile illud est dominicæ parabolæ: quia ueniente ad se regis filio dixerint: Hic est hæres, uenite occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Potest & generaliter preciosa substantia, Christi ecclesia intelligi: quæ eius precioso sanguine empta est: quam impij de potestate eius subtrahere, & sibi subdere conati sunt. Sed quia dominus dissipat consilia gentium: & reprobat cogitationes populorum, hoc implere minime potuerunt. k ¶ *Sortem mitte nobiscum, marsupium unum, etc.*] Marsupium est sacculus nummorum. Patet autem de latronibus: quia ut plures scelerum socios conquirant, communionem eis prædæ quam rapuerint, spondent. Sed & persecutores nostri redemptoris quoscunq; potuere sibi adiungebant: at quos illum sequi uidebant, hos de synagoga propulsantes, sua communione priuabant. l ¶ *Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem, etc.*] Prohibet credentes Christo de Iudæis communicare persequētibus

A bus Christum Iudæis: denicp omnes qui credebant, e-
Act. 2.f rant pariter. Et Petrus ijsdem loquitur: Saluamini à generatione ista praua. a ¶ *Pedes enim illorum ad malum currunt: & festinant, etc.*] Non solum ad malum quod temporaliter operentur, sed etiam ad malum quod perpetuo passuri sunt, impij properāt: quoties ad patrandum homicidiū, uel aliud quid sceleris agendum festinant. Nam quantū uidentes ad facinus implendum ducuntur, tantū non uidentes ad tolerandū pro facinore pœnam propinquant. Hæc de infidiatorib. nostri saluatoris ualent specialiter intelligi. Sequēs aūt uersiculus de fidelibus eius, atcp prauorū maliciam sustinentibus, generaliter inseritur. b ¶ *Frustra aūt, etc.*] Frustra etenim laqueus persecutionis aut mortis tenditur electis, qui pennas habent spei & charitatis cæterarumcp uirtutū, quibus cœlestia dū uiuunt, desiderāt: ut ad hęc post mortē mereant pertingere. Habēt & oculos mentis, per quos & mala quæ ab impijs sustinēt, ocius transitura: & bona quæ sustinendo meruerunt, æterne mansura præuideāt. Quibus simul oculis, & reproborū superbiā cito cōsummandam: & tormenta sequentia semper māsura prospiciūt. Potest & ita accipi, quod rete dicat pernitiosam malorū doctrinā, quā ab eo loco cōtexuit, ubi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas. Frustracp tale iacitur rete ante eos qui mundis ocu-

B lis cordis superna contemplant: qui dicere norint eum
Psal. 123.a propheta: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiū. Facile eīm laqueos qui in terra tenduntur cauet: qui pēnis uirtutū subuectus, cōuersationē habet in cœlis. Vtruncp ergo rete frustra bonis parāt reprobi: quia & si suadēt iniqua, superant iustorū sapientia: & si insidijs inferūt aduersa, cōtemnunt patiēta. Siue oculi pennatorū sunt animæ beatorū, uirtutū pēnis suffultæ. Quæ acuto uisu cœlestia cōtemplantes, ad superna euolant: ante quorū intuitū, frustra ab impijs deceptionis rete prætenditur: quia diuinitus adiuti, cunctos eorum laqueos facile trāscendentes, ad superna trāseūt. c ¶ *Ipsi quoq;, etc.*] Contra sanguinē ut temporali morte plectantur, id est puniantur: contra animas aūt dicit, ut æterna quocp animarū perditione damnent. Quod cū ad oēs qui sanguini insidiant: & fraude sibi uiuendum existimāt, pertineat: specialiter tamen Iudæis cōgruit, qui insonti dño tendiculas absconderūt: eiusq; apostolos uirtutū pennis fultos, dolis circūuenire satagebant. Cōtra sutm nācp sanguinē suasq; animas agebant: qui timentes ne terrestre regnū perderent, cœli terræq; regē occiderunt. Cœli ciues persequebant in terra: ideocp & qđ in terris habebāt: & quod in cœlis acquirere poterant regnū, perdiderunt. Generaliter aūt dicendū: quia quicunq; oculos fidei habet apertos: accipitcp à dño pennas ut columbæ, quibus æternā uolet ad requiē, frustra tali nectant laqueos mali: secp ipsos potius hoc præsumendo perimant. d ¶ *Sic semitæ omnis, etc.*] Semitas auari dicit subtiles eius cogitationes, quibus sedulus inquirit qualiter pecunias augeat. Talescp semitæ rapiunt ad interitū animas possidētiū: id est eorū qui possessionib. pecuniarū ultra rationē incumbūt. Non solū ergo, inquit, hi qui ob φιλαργυριαν rapinis innocentiū & cędibus inuigilant, semetipsos hoc agentes perdūt: uerū eodem ordine, tametsi minore reatu, oēs auari meditationes, quæ aurum deo præferunt, hunc ad interitum C trahunt. Aliter sic: Semitæ omnis auari animas possidētium rapiunt. Tali fine, ut præfatus sum, auarus quisq; perimit uel nudat eos qui possessionibus abundant: ut ipse potius hoc agendo pereat. Pauperes namcp quos nihil possidere cernit, cur occidat: quoniā quos spoliet, non inuenit. Hucusq; persecutiones quas Iudæi Christo intulere describuntur: hinc referuntur ea quæ ipse post passionem eisdē suis persecutoribus per apostolos loquit. e ¶ *Sapientia foris prædicat, etc.*] Sapientia quippe dei Christus est: qui in mundo cō-

uersatus, paucis suæ mysteria diuinitatis patefecit. Ipsisq; præcepit, ne ante passionē & resurrectionē suam, quia ipse esset Iesus Christus, prædicarent: ne gloriam eius quā in monte conspexerant, cuiquā dicerent: Magisq; tunc suæ potentiam maiestatis operib. quàm uerbis ostendebat, impleta prophetia quæ dixit: Neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. At post resurrectionē eius, sapientia foris prædicabat: quia missō desuper spiritu per apostolos, aperte seipsam mundo declarabat. In plateis dabat uocē suam: quia in latitudine plebium manifeste, quæ antea paucos docuerat replicabat: impleto uerbo quod eisdem suis præconib. ait: Quod di- Mat. 10.c co uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Aliter: Christus dei ut- 1.Cor. 1.d rus, dei & sapientia: quæ in potētia diuinitatis, apud patrem olim latebat: nūc in fine seculi per assumptionem D carnis, uelut foris in plateis egrediens, in hoc mundo uisibiliter apparuit: atcp euangelicam prædicationem de futuri regni sui beatitudine, clara insonuit uoce. f ¶ *In capite turbarum, etc.*] Quia etiā principib. qui ei præualuisse ut crucifigeretur uidebātur, reatum homicidij quod perpetrarant, palàm reducebat ad memoriam, eoscp ad pœnitentiæ remedium uocabat. g ¶ *In foribus portarum, etc.*] Vrbs, ecclesia est ex utrocp populo, Iudęorum uidelicet & gentiū adunata: cuius portarū fores, sunt doctores: qui uerbū prædicando, credētes in eam introducunt. Et in foribus portarū eius uerba sapiētia proferebat: cum in apostolis suis loquebatur, è quibus unus aiebat: An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Christus: Possent fores portarū urbis, etiā sy- 2.Cor. 13.d nagogæ maiores intelligi: in quibus sapientia disputabat: cum legis peritos pharisæos, & sacerdotes per apostolos loquens, suā reuocabat ad gratiā: ita ut sicut Lucas ait: Multa turba sacerdotū obediret fidei: Quid aūt Act. 6.b eadem sapientia clamitaret, adiungit. h ¶ *Vsq;quo paruuli, etc.*] Paruuli dicunt sensu tardiores: qui infantiā, hoc est, ignorantiā complectendo diligunt. Vsqquo paruuli sensu ueteris instrumenti ceremonias nouo claresceñte diligitis? Vsqquo Moysi Christi euangelio legē præfertis? quousq; decreta quæ rudib. adhuc populis per seruū data sunt præponitis eis quæ filius ipse ueniens, perfectis sensu cōtulit? Iam uidistis Christum in carne, iam miracula facientē & docentē: non tantū spreuistis, sed & occidistis. Saltem modo resuscitatū à mortuis, & præsidentē cœlo diligite, & dimittet uobis scelus quod commisistis. i ¶ *Et stulti ea, etc.*] Præponendū est à superiore usqquo, id est usqquo cupiēt, usqquo odibunt. Cupiebant aūt noxia, & odibant scientiā, qui literæ legalis superficiem sequebantur: & sacramenta euāgelij,

Universidad de Navarra Biblioteca

A quæ ipſa litera ſignificabantur, accipere detrectabant. Stulti ſunt qui apud ſemetipſos ſapientes putantur. Ea quæ ſibi ſunt noxia, cupiunt: in hoc quod præſentia diligunt, & futura non appetunt. Imprudentes uero dicuntur, qui ueram dei ſcientiam, dum ſuum diligunt errorem, exoſam habent. *a* ¶ *Conuertimini ad, etc.*] Corripuit per apoſtolorum ora Iudæos: quia credere noluiſſent uel tũc eos poſtquàm ſurrexit & aſcendit, monuit conuerti. *b* ¶ *En proferam uobis ſpiritũ meum, etc.*] Si adhuc, inquit, conuerti negligitis, proferam uobis uindictã quam meruiſtis: & uerba quæ de ueſtra perditione prædixi, oſtendam uera eſſe. Spiritum quippe ſuum, potentiam ultionis nominat: de qua Moyſes ait: Miſiſti ſpiritum tuum, & operuit eos mare. Et in libro beati Iob dictum eſt: Iniquos flãte deo periſſe: & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. *c* ¶ *Quia uocaui, & renuiſtis.*] Dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. *d* ¶ *Extẽdi manum meam: & non fuit qui aſpiceret.*] Primo benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo: poſtmodum in cruce patiendo. *e* ¶ *Deſpexiſtis omne conſilium meum.*] Dicentis: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *f* ¶ *Et increpationes meas neglexiſtis.*] Dicentis: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: quia tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis: & eos qui introibant prohibuiſtis: & generaliter qui non credit, iam iudicatus eſt. *g* ¶ *Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo.*] Tale eſt in Pſalmo de iiſdem: Qui habitat in cœlis, irridebit eos: & dominus ſubſannabit eos. Non quia buccis dominus irrideat, aut naſo ſubſannet: ſed ea uis deſignata eſt tali uerbo quam dedit apoſtolis, ut præuiderent nihil prorſus impios contra eum ſupra quàm ipſe permitteret inſidijs eſſe acturos: quin potius illorum cœpta omnia euacuanda: eius uero gloriam poſt paſſionem per orbem terrarum eſſe dilatandam prænoſcerent. Ideoq; ſuperbiam eorum etiam cum maxime ualere conſpicerent, pro nihilo contemnerent. *h* ¶ *Cum uobis quod timebatis aduenerit.*] Conferentes adinuicem: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Et uenient Romani & tollent noſtrum locum & gentem. *i* ¶ *Cum irruerit ſuper uos repentina calamitas: & interitus quaſi tempeſtas ingruerit.*] Obſidionem Hieroſolymorum ſubitam, & expugnationem totius prouinciæ quæ à Romanis facta eſt dicit. Quam & ipſe dominus in euangelio: uidens ciuitatem, flensq; ſuper eam prædixit. *k* ¶ *Quando uenerit ſuper uos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam.*] Non leguntur Iudæi in illa obſidione dominum inuocaſſe, ſed tantum armis eſſe confiſi: quamuis deſolationem patriæ ruinamq; templi, amariſſima mente conſpexerint. Si qui tamen tunc eum inuocabant: quia hi culpam pro qua ſunt puniti, intelligere, ut uere pœniterent, nolebant, exauditi non ſunt. Vnde rectè dicuntur tribulationem cum anguſtia fuiſſe perpeſſi. Tribulationem quæ erat in eis qua foris deprimebant: anguſtiam in eo quod intus à deo nihil conſolationis inuenerant. At contra ſancti cum exterius opprimuntur aduerſis, ſpe certa ſalutis in corde delectantur: ſcientes ſe ab illo exaudiri clamantes: cuius ſe uerbo iubentis audire meminerunt. Hinc etenim prophe ta ait: Cum inuocarem te, exaudiſti me deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi. Poteſt autem to ta hæc correptio ſapientiæ, de uniuerſis generaliter reprobis accipi: qui in die iudicij clamant ad iudicem diſtrictum, aperiri ſibi ianuam regni poſtulantes: nec meretur exaudiri. Nam et hoc quod ſequitur. *l* ¶ *Mane conſurgent, & non, etc.*] Ipſum tempus extremi examinis: quo alij in uitam æternam, alij in opprium reſurgent ſempiternum, aperte deſignat. *m* ¶ *Eo quod exoſam habuerint diſciplinam & timorem domini non ſuſceperint: nec acquieuerint, etc.*] Merito ſalute priuantur, qui principium ſapientiæ timorem domini & diſciplinam, non modo non habent, ſed & odijs inſequuntur. At ſalutis filius: Iniquos, inquit, odio habui: & legem tuam dilexi. *n* ¶ *Comedent igitur fructus uiæ ſuæ.*] Viam eorum dicit, de qua ſupra dixerat: Pedes enim illorum ad malum currunt. Quia, inquit, uias meas ingredi noluerunt ut uiuerent: recipient mercedem uiarum ſuarum, ut in æternum pereant. At contra de his qui timent dominum: qui ambulant in uijs eius, dicitur: Labores fructuum tuorum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. *o* ¶ *Suisq; conſilijs ſaturabuntur.*] Quia meo conſilio quo illos ſaluare decreueram, acquieſcere renuebant: ſaturabuntur ſuis quibus aiebant: Abſcõdamus tendiculas contra inſontem fruſtra. Quibus pro ſalutore latronem ſibi eligebant: ut uidelicet uaſtentur à latronibus: & inter latrones damnentur. Quod etiam de omnibus uerbi dei contemptoribus, ſicut & cætera poteſt accipi. *p* ¶ *Auerſio paruulorum interficiet eos.*] Paruulos non ætate, ſed ſenſu dicit: quibus ſupra dictum eſt: Vſq; quo paruuli diligitis infantiam? Qui non paruuli, ſed perfecti ſenſibus eſſe potuiſſent: ſi non à conſilio ſapientiæ, auditum auerterent: quo autem auerterent, eo ſeſe æternæ morti deſtinabant. *q* ¶ *Et proſperitas ſtultorum perdet illos.*] Cũ nullis retardantibus aduerſis peccarent actu, quod meditantes aiunt: Omnem precioſam ſubſtãtiam reperiemus. Item auerſio paruulorum interficiet eos: & proſperitas ſtultorũ perdet illos: quia ſæpe auerſus à timore conditoris animus, iam de ira eiuſdem iuſti conditoris pauitur: ut in his quæ peccat, nihil ſuſtinere uideat aduerſi: ſed ut beatus Iob dicit: Ducunt in bonis dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcendunt. Item auerſio paruulorũ, tribulatio uitæ præſentis: Proſperitas ſtultorum, lætitia eſt reproborum. Per hæc enim gemina uitia, cũcti reprobi pereunt: cum eos aut proſperitas huius ſeculi eleuat, aut aduerſitas deijcit. *r* ¶ *Qui autem me audierit, abſq; , etc.*] Poteſt & in hac uita, & in futura intelligi: quia qui domino perfectè deſeruit, nullis abſq; terrore requieſcet. Et abũndantia perfruetur, timore malorum ſublato. Cap. II.

Exod. 15.b
Iob. 5.b
Mat. 11.d
Mat. 3.a
Ibid. 23.b
Pſal. 2.a
Ioan. 11.f
Luc. 19.f
Pſal. 4.d
Pſal. 127.d
Iob 21.b

A nullis terretur aduerſis: imò gaudet in aduerſis: & in ipſa morte quaſi de ingreſſu uitæ lætatur: quietumq; ſemper à ſuperuacuis cogitationibus ac tumultibus tentationum pectus iuuãte ſpiritus ſancti gratia gerit: quod requies ſeptimi diei in lege myſtice ſignabat. Sed cum tranſierit é ſeculo: nõ ſolum abſque timore malorum, ſed & in magno gaudio ſperatæ reſurrectiõis quieſcet: ut Lazarus in ſinu Abrahæ. *a* ¶ *Et abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.*] Nunc abũdantia bonorum operum, ablato timore eorũ qui occidunt corpus: tũc abundantia gaudiorum in præmio. Quã ta enim ibi abundantia bonorum omnium, ubi gloriã eius à quo ſunt omnia bona licet intueri, ablato prorſus timore omniũ, quæ aliqd aduerſi ulterius afferãt.

Luc. 16.c

Cap. II.

Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos: & mandata mea abſconderis penes te.] Abſcondit mandata dei penes ſe, qui hęc audiẽs, ſolicite in corde recõdit: iuxta illum qui ait: In corde meo abſcondi eloquia tua: ut nõ peccem tibi. Eſt enim ſum mopere curandum, ne nobis hæc iuxta parabolam euangelij, dæmonia quaſi ſemen ſecus uiam iactatũ, uolucres tollant. *c* ¶ *Vt audiat, etc.*] Ille enim ſapiẽtiam aure non audire probatur: qui uerba dei auditu tantũ corporis percipiens, nõ uulg memoria retinere ut hæc operetur. Si ergo mandata dei fixo amore diſcẽdi & cuſtodiendi ſuſceperis: primo humilitatis uiam tene: hoc eſt enim quod ſubſequenter adijcitur. *d* ¶ *Inclina cor tuum ad cognoſc, etc.*] Inclinare quippe, eſt cor ad agnoſcẽdum prudentiam humiliare, & emundare cor, ut dignum fiat ad percipienda myſteria ueritatis. Vnde eadẽ ſapientia patri loquens ait: Abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: id eſt abſcondiſti à ſuperbis, & reuelaſti humilibus. *e* ¶ *Si enim ſapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuum prudentiæ.*] Nullum inuocare, id eſt in nos orando uocare niſi deum debemus. Cum ergo ſapientiam inuocandam eſſe docet, oſtendit ſe proculdubio non quamlibet ſapientiam, id eſt notitiam rerum cœleſtium ſiue terreſtrium, ſed ipſam deitatis cognitionem nobis ad ſequendum proponere. In huius nanq; perceptione ſapientiæ, ſummæ eſt perceptio beatitudinis: ipſa atteſtante quæ patri pro nobis ſupplicans ait: Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcant te ſolum & uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Notandum eſt autem quod & ſapientiam inuocare, & noſmetipſos ad noſcendam prudentiam, cor inclinare ſuader. Quia nimirum neceſſe eſt, ut diuinum in cunctis flagitemus auxilium, & ipſo domino adiuuante bona quæ ualemus agamus. Neq; enim ſine ipſo quicquam facere poſſumus: nec rurſum ſine noſtro conamine quantuluncunque habere ualemus: quapropter nos ab ipſo ſaluãdos eſſe credamus. *f* ¶ *Si quæſieris eam quaſi pecuniam: & ſicut theſauros effoderis eam.*] Si tanta cura ſapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam: uel certe ſi tam ſollicite quæ-

Pſal. 118.b
Matt. 13.a
Matt. 11.d
Ioan. 17.d

fieris ſapientiam: ipſa ſapientia (quaſi infinitas per hãc & ineffabiles diuitias ſis acquiſiturus) percipies præmia quæ ſubſequenter exponuntur. Qui uero theſauros effodit: eijcit rudera terræ, & facit in altum foueam, ſedulus inſiſtit labori, donec ad theſauros quos quærit attingat. Et qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, qcquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit expurget, carnales illecebras abſcindat. foſſam in ſe humilitatis faciat: nec quieſcat ab agendo prius cp̃ ſe uenã ueritatis in ueniſſe cognouerit. *g* ¶ *Tunc intelliges timorem domini, etc.*] Si ſollicito corde quæſieris, peruenies ad experientiam amabilis domini: qui non initium, ſed perfectio eſt ſapientiæ cœleſtis in hac duntaxat uita. Ideoq; non eum perfecta dilectio foras mittit, ſed facit permanere in ſeculum ſeculi: ſed & ſcientiã ipſius diuinitatis quæ perpetuo beatum facit inuenies. *h* ¶ *Quia dominus dat ſapientiam.*] Reſpicit hic uerſiculus ad hoc quod ſupra dixerat: ſi enim ſapientiam inuocaueris, &c. uſquedum ait: Et ſciẽtiam dei inuenies. Ideo nanq; ſapiẽtia, id eſt dominus inuocandus eſt ad accipiendam ſapientiam: quia ſapientia non à nobiſipſis haberi poteſt, ſed à domino datur. Tacear Pelagius redargutus ab Apoſtolo qui ait: Quid enim habes quod non accepiſti? Et apoſtolus Iacobus: Si quis autem ueſtrum, inquit, indiget ſapientia, poſtulet à deo. *i* ¶ *Et ex ore eius ſcientia & prudentia.*] Poteſt in hoc uerſiculo ipſa ineffabilis & cœterna deo patri ſapientiæ natiuitas intelligi: de qua alibi dicit: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita. Poteſt os domini & inſantis eius accipi: unde dici ſolet in prophetis: quia os domini locutum eſt. Et ex ore eius ſcientia naſcitur & prudentia. Quia niſi ipſe os humanum ſanctificet: niſi hoc ſuum ipſe dignanter efficiat, perfectam loqui ſapientiã nullatenus ualet. *k* ¶ *Cuſtodiet rectorum ſalutem: & protiget gradientes ſimpliciter.*] Cognatæ ſibi ſunt uirtutes, rectitudo & ſimplicitas, neque abinuicem queunt ſeparari. Vnde & ſapientia unam earum ſine altera non quærit, ſed in quibuſcunq; ambæ conueniunt, hos cuſtodit & protegit. Denique de beato Iob dicitur: Quia erat uir ille ſimplex & rectus: ſimplex uidelicet per innocentiam manſuetudinis: rectus per cautelam diſcretionis. Simplex, quia nullum lædere, imò cunctis prodeſſe deſiderabat: rectus, quia ſe à nullo corrumpi permittebat. *l* ¶ *Seruans ſemitas iuſtitiæ: & uias ſanctorum cuſtodiens.*] Vias ſanctorum generalia Domini mandata: ſemitas iuſtitiæ, artiora uitæ cœleſtis inſtituta: quæ perfectis ſolum acceſſibilia ſunt, dicit. Vtraſque autem ſapientia ſeruat: ut in quocunque uirtutum gradu rectos iuuet ac ſimplices. *m* ¶ *Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & cet ut cruaris, etc.*] Viam malam, opera iniqua: hominem peruerſa loquentem, doctorem dicit iniquæ operationis. Viam malam, inquam uocat, qui dicunt, ueni nobiſcum, inſidiemur ſanguini: peruerſa loquẽtem cum, qui huius autor eſt ſualionis.

Iob. 1.a
Eccl. 24.
Iſa. 59
1.Cor. 4.b

A a ¶ *Qui relinquunt iter rectum: & ambulant per uias tenebrosas.*] Pulchre primum recto uias tenebrosas opposuit: quia nimirum iter rectę actionis in luce peragitur, atq; ad lucis supernæ gaudia ducit. At sicut deus ait: Omnis qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur eius opera, & talis finem exterioribus sortietur in tenebris. b ¶ *Qui lętantur cum malefecerint, etc.*] Ideo malefacientes exultant, quia per uias tenebrosas ambulãt & nesciunt quò eũt. Si enim qui ad pœnam tendunt aspicerent, gressum utiq; cohiberent: noxiãq; lętitiã salubri fletu castigarent. c ¶ *Vt eruaris à muliere aliena & ab extranea, etc.*] Pędet hic uersus à superioribus, ubi dictum fuerat: prudentia seruabit te. Et est sensus: prudẽtia seruabit te: ut eruaris à muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem suũ quem sapientiam docere satagit admonuit ne latronibus iungeretur: ne si uideret furem simul curreret cum eo, sed recte ac simpliciter incederet: Nunc commonet ne cum adulteris portionem suã ponat. De quibus & hoc quod supra dicitur: ut eruaris de uia mala, ab homine qui peruersa loquitur, potest specialiter intelligi. Quæ enim peruersior locutio quàm ad stupra suadere, quod capitulũ incipit à loco ubi ait: Fili mi si susceperis sermones meos: & mandata mea absconderis penes te. Potest autem per mulierem extraneam, hęretico rum prauitas intelligi à Christi & ecclesię mẽbris aliena: quæ mollitia dissertitudinis & linguæ blandimentis, corda decipere innocentium solet. Psalmista: Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt iacula.

Qũi relinquunt iter rectum: & ambulant per uias tenebrosas. Qũi lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus pessimis. Quorum uiæ peruersæ sunt: & infames gressus eorum. Vt eruaris à muliere aliena: & ab extranea quæ mollit sermones suos. Et reliq̃it ducem pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita est. Inclinatã est enim ad mortem domus eius: & ad inferos semitæ eius. Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertẽtur: nec apprehendent semitas uitæ. Vt ambules in uia bona, & calles iustorum custodias. Qũi enim recti sunt habitabunt in terra: & simplices permanebunt in ea. Impij uerò de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea.

Joan. 3.c

Psal. 45.d

d ¶ *Et reliquit ducem, etc.*] Patet de adultera, quia primũ uirum relinquit & pacti dei obliuiscitur: eius nimirum quod cũ uiro suo dño tesie, tẽpore nuptiarum pepigit: quod fidẽ sibi castitatis alterutrum seruarẽt. Patet & de mente hæretica, quia reliquit doctorem à quo fidem ecclesiæ didicerat, & oblita est pacti dei sui: hoc est fidei ipsius dominicæ quæ in symbolo cõtinetur, quã se die baptismatis seruaturam esse promiserat. e ¶ *Inclinata est enim, etc.*] Omnis cõuersatio adulteræ ad interitum ducit: & quamuis blanda uidet ac mansueta, non minorẽ sentiet in fine uindictam q̃ qui latrocinando aperte impietati famulant. Potest domus adulteræ, ipsa eius caro in qua turpitudini ac luxuriæ substernit accipi: quæ nouissimi tẽpore iudicij non ad uitam, sed perpetuam resurget ad mortẽ. Sed & hæreticorum domus, quia super arenam construitur: & cum stare uidetur uergit ad casum: suisq; cremẽtis quasi quibusdã semitis in impiorum consortia, id est ad spirituum tendit tormenta ma lignorum. f ¶ *Omnes qui ingrediuntur, etc.*] Ad eã, ad mortẽ dicit: nõ ad mulierem. Potest enim qui adulteræ mixtus est, domino iuuante reuerti, ac uitam pœniten do mereri. Potest qui hæresi pollutus est resipiscẽdo redire ad salutem: at qui semel æterna morte raptus est: nunq̃ rediet ad uitam: quod contra Origenianos pro prie dictum est: qui hæreticis, meretricibus, cunctisq; flagitiosorũ turbis: & insuper ipsi diabolo atq; angelis eius post innumera licet expleti uniuersalis iudicij tempora, remissionem scelerum uitam ac regnũ promittũt in cœlis: male intelligentes illud Esaiæ: Et claudẽtur im pij in carcere: & post dies multos uisitabunt: quasi post multa tempora terminati iudicij saluandos dixerit impios: cum ille ecõtra nullam eis salutem tribuat, sed eos qui hoc tẽpore mortui, pro enormitate flagitiorũ claudi merent in carcere pœnarum, tempore resurrectiõis ad modicum uisitandos significet: tantum ut receptis corporib. in iudicio grauius damnentur: & continuo post iudiciũ atrocioribus perpetuo recludant in pœnis. Quã uis & ita recte possit accipi. Omes qui ingrediuntur ad eã: id est ad meretricem, siue ad domum eius: nõ reuertentur: quia quantũ attinet ad naturam iniqua sua uoluntate deprauatam, recursum per semetipsam non habet: sed per dei gratiã qua adiuuat & instaurat: ut semitas uitæ apprehendat. Designatũ est enim hoc dicto pondus iniquitatis: ut cũ reuertit̃ quis, sibi nõ tribuat: sed gratiæ dei, non ex operibus ne forte glorietur. g ¶ *Vt ambules, etc.*] Viã bonam, unitatem dicit rectæ fidei, de qua dominus ait: Ego sum uia. Et alibi: Nemo potest uenire ad patrem nisi per me. Calles aũt iustorũ, multifaria sanctorũ exẽpla nominat. Pendet hic uersus, ex eo quod supra dictum est: Prudentia seruabit te, sicut & illud: Vt eruaris à muliere aliena. h ¶ *Qui enim recti sunt, etc.*] Et hic rectis iũgit simplices: sicut & supra cum diceret: Custodiet rectorum salutẽ: & proteget gradientes simpliciter. Quia nimirum simplicitas sine rectitudine dissoluta est & stulta: rectitudo aũt sine simplicitate, austera nimirũ existit & dura. Verũ utraq; uirtus coniuncta, perfectiũ reddit hominem. Sed hoc inter utrũq; uersum distat: quia in illo quod iustos in præsenti dominus certantes adiuuet: in isto quod uictores in futuro coronet indicatur. Terræ uero nomine, ecclesia designatur, quæ spiritualẽ deo fructum germinare consueuit. In qua iusti habitãt & permanent: qui à consortio eius nec morte separant̃: sed terminata hac uita ad illam eius partem quæ cum Christo in cœlis regnat perueniũt. i ¶ *Impij uero, etc.*] Possunt hæc non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi, sed de illis specialiter qui ad terram domini, id est ecclesiam pertinere uidebantur: & tamen exigentibus meritis auferuntur ab ea: quidam quidem aperto ipsius ecclesiæ iudicio: ut Simon, Arius & Porphyrius: quidam uero in secreto inuisibilis iudicis, ut innumeri eorum qui etiam hominibus boni uidentur. Impios enim apertos apostatas dicit: at inique agentes omnes qui perceptis fidei sacramentis ab eius castitate aliquo modo praue uiuendo degenerant. Vtriq; autem in futura retributione de uiuentium terra perdentur: quia non habitabit iuxta dominum malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos eius. Et recte quia de malorum bonorumq; uijs multa prædixit, de utriusq; fine in conclusione subiunxit: quomodo & in præcedente parabola, quę latronum cõsortia uetabat, fecerat, dicẽs de fine malorum: Et prosperitas stultorũ perdet illos. De fine bonorum: Qui autẽ me audierit, absq; terrore quiescet. Possunt uersus de quibus nouissime disputauimus, de antiquo dei populo etiam intelligi: quia cũ recte

Joan. 14.d

Ibid. 6.c

Supra 1.d

A recte uiueret in terra sua, feliciter maneret: at cum peccaret, exterminaretur ab hac terra. Cap. III.

Fili mi ne obliuiscaris legis meæ, etc.] Hinc docet misericordiæ operibus insistendũ, neq; nostris fidendũ uiribus: sed à deo auxiliũ esse flagitãdũ. Et cõgruo satis ordine posteq̃ coercuit à crudelitate: posteq̃ à luxuria castigauit: ornat actib. bonis quem instruit. b ¶ *Longitudinem enim dierum, etc.*] Ne imposita præceptorum custodia turbaret audientem, præmisit præmia certa: & sic enumerauit præcepta. Longitudine dierũ, lucem sempiternam: annis uitæ, transcensum mortalitatis huius: augmento pacis, ipsum æternæ beatitudinis statum designat. De qua dicit Esaias: Multiplicabitur eius imperiũ: & pacis non erit finis. Sed & priori dei populo in præsenti datum est, ut cum legi dei obediret, lõgo tempore in pacis quiete uiueret. c ¶ *Misericordia et ueritas, etc.*] Nũquàm ab ore tuo ueritas quæ dicenda: nunq̃ ab opere misericordia, quæ proximo sit impendẽda, recedat. Sic enim fit, ut & te dei semper misericordia prosequat & ueritas: misericordia uidelicet, qua deleat peccata tua, Veritas uero qua compleat promissa sua. d ¶ *Circumda eas gutturi tuo, etc.*] In gutture organum uocis: in tabulis cordis, latitudinẽ insinuat cogitationis. Sit ergo uirtus misericordiæ & ueritatis radici infixa mentis: promatur & uoce loquentis: ut & occulto inspectori arcana placeant intentionis, & proximos iuuent officia locutionis. Bene autem uirtutes circumdari docet guttur, cum uox loquentis potius intus in gutture fieri soleat: quia uidelicet prædicationis uox de internis emanat: sed extra circundat. Nam quo alios ad bene uiuendum suscitat, eo ad bene agendũ & opera prædicantis ligat: ne extra sermonem actio transeat: ne uoci uita cõtradicat. e ¶ *Et inuenies gratiam, etc.*] Corã deo inuenit gratiam & disciplinam bonam, qui usu uirtutum iugi, promeretur à domino, ut per dies seipso perfectior efficiat & melior. Sed & corã hominibus gratiam inuenit & disciplinã bonam: cuius opera sunt talia: in quib. iure laudatur pater, quæq; exemplũ uiuẽdi proximis exhibeant. f ¶ *Habe fiduciam in domino, etc.*] Non metuas ob imbecillitatem propriam diuina non posse seruare mandata. Nec te rursum autumes hæc tuis implere uiribus posse: uel tua naturali scientia nosse si non per illius legem instruaris: sed potius & in dicendo & in agẽdo, eius quære auxilium, & ipse cum tibi sit propitius ut implere ualeas donabit. g ¶ *Ne sis sapiens apud temetipsum.*] Videtur forte alicui hoc idẽ esse mandatũ quod præmissum erat: & ne innitaris prudentiæ tuæ: sed multum distat. Innititur enim suæ prudentiæ: qui ea quæ sibi agenda, uel dicenda uidentur, patrum decretis præponit. Sapiens uero est apud semetipsum & is, qui in illis quæ ex patrũ magisterio potuit recte cognoscere, sese præ cæteris quasi doctior extollit. Quæ sit autẽ uera hominis sententia, subsequenter ostendit. h ¶ *Time dominũ & recede à malo.*] Quale est in Iob: Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Perfecti enim quiq; ita se debent ab omnibus continere malis, ut diuinæ præsentiam maiestatis cum metu semper recogitent. Et notandum quod supra fiduciam habere in domino: nũc autem deum timere admonet. Ibi enim fragilium animos ne desperent, promisso dei auxilio roborat. Hic fortiores ne de se præsumant, diuini timoris memoria coercet.

Esa. 9.b

Iob. 28.d

C

D

Caput III.

Fili mi ne obliuiscaris legis meæ: & præcepta mea custodiat cor tuũ. Longitudinẽ enim dierũ & annos uitæ & pacẽ apponent tibi. Misericordia & ueritas nõ te deserant. Circundã eas gutturi tuo: & describe in tabulis cordis tui. Et inuenies gratiã & disciplinã bonã corã deo & hominibus. Habẽ fiduciã in dño ex toto corde tuo: & ne innitaris prudẽtiæ tuæ. In omnibus uijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos. Nẽ sis sapiens apud temetipsum. Timẽ dominum, & recede à malo. Sanitas quippẽ erit in umbilico tuo: & irrigatio ossiũ tuorũ. Honora dominum de tua substantia: & de primitijs frugũ omnium tuarum da pauperibus. Et implebũntur horrea tua saturitate: & uino torcularia redundabunt. Disciplinã domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corripieris.

i ¶ *Sanitas quippe erit in, etc.*] In ossibus, solida uirtutum opera: in umbilico qui interiori corporis parte medius est, infirma adhuc & imperfecta bonorum actio designatur. Si ergo deũ timueris: & nõ tuis uiribus, sed superna p tectione cõfisus à malis abstinere studueris, sanitas erit umbilico tuo & irrigatio ossiũ tuorum: quia & infirmitas operis per hæc ad statum perfectionis conualescet: & fortia quæq; tua acta undeamplius roborentur accipient. k ¶ *Honora dominum de tua substantia: & de primitijs frugum omnium, etc.*] Multi multa pauperibus, sed de aliena substãtia ac frugibus, quas ui uel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo dominum non honorant: quia fauoris humani & non amore superni inspectoris faciunt. Qui ergo proficuum sibi eleemosynæ fructum fore desiderat: & de suis proprijs & in conditoris honorem tribuat: ut scilicet homines qui eius plasma sunt, quiq; ad eius imaginem sunt facti recreentur. Nõ solum autem de substantia pecuniæ quã pauperi porrigimus: sed de cunctæ bonæ operationis quam agimus: de uniuersæ cœlestis gloriæ quam percepimus, substantia uel frugibus dominum honorare iubemur: hoc est, eius in omnibus & non nostrã quærere laudem. Sed & ille dominum de sua substantia suarumq; frugum primitijs honorat, qui omne quicquid boni operatur: nõ hoc suis uiribus ac meritis, sed supernæ gratiæ tribuit: memor illius uerbi: Quia sine me nihil potestis facere. l ¶ *Et implebuntur horrea tua saturitate & uino torcularia redundabunt.*] Ait in euangelio dominus: Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo. Si ergo thesauros in cœlo possunt habere iusti, quia ueras sibi diuitias inuenit: possunt utiq; & horrea & torcularia: quia non esurient neq; sitient amplius. Et implebuntur horrea tua saturitate: qua satiabor, inquit, dum manifestabitur gloria tua. Redũdabunt torcularia uino, quia interna suauitas æternorum, corda cunctorum fidelium in laude sui conditoris accẽdit. Hinc etenim dicit: Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Sed & in præsenti nonnunq̃ doctori, qui panem uerbi qui poculum gratiæ spiritualis indigenti ministrat, maiora ministrandi dona dominus pro mercede cõdonat. Qui terrena subsidia largitur inopibus, ditior dando cœlesti remuneratione redditur. m ¶ *Disciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corripieris.*] Sunt qui in prosperis domino seruiunt & in aduersis recedunt. Vnde sapientia quem in prosperis bene uiuere docuit, etiam in correptione ne deficiat hortatur: ne accedente infirmitate, uel paupertate, uel persecutione, humanam pietatem quam seruare in tranquillitate uidebatur amittat.

Matt. 6.b

Ioan. 15.a

Luc. 22.c

C

D

Quem

corriperis,Quẽ enim diligit dominus corripit:& quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam:& qui affluit prudentia. Meliór est acquisitio eius negociatione argenti & auri. Primi & púrissimi fructus eius. Preciosior est cũctis opibus:& omnia quæ desiderantur,huic non ualent comparari. Longitũdo dierum in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eiús uiæ pulchræ & omnes semitæ illius pacificæ. Lignũm uitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientiá fundauit terram:& stabiliuit cœlos prudentia. Sápientia illius eruperunt abyssi,& núbes rore concrescunt. Fili mi ne effluánt hæc ab oculis tuis. Custodi legem atqũe consilium meum, Et erit uitá animæ tuæ, Et grátia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialitér in uia tua, Et pes tuus nón impinget. Si dormiéris non timebis: quiésces, & suauis erit somnus tuus. Ne paueas repẽtino terrore, & irruẽtes tibi potẽtias impiorũ. Dñs enim erit in latere tuo,& custodiet pedẽ tuũ ne capiaris. Nóli,phibere benefacere eum qui potest:si uales & ipse benefac. Nec dicas amico tuo,uade & reuertere,& cras dabo tibi, cum statim posis dare. Ne mõliaris amico tuo malum,cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduersus homi nem frustra:cum ipse tibi nihil mali fecerit. Nẽ æmuleris hominem iniustum,nec imiteris uias eius. Quia abominatio domini est omnis illusor. Et cũm simplicibus sermocinatio eius. Egestas à dómino in domo impij,hábi tacula autem iustorum benedicentur. Ipse dẽludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapiẽntes posidebunt:stultorum exultatio ignominia.

Apo. 3.d Heb. 12.b

A ¶ *Quem enim diligit dominus corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.*] Tanto ergo minus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectiõis pignus tenemus. Vnde & ipse dicit: Ego quos amo, arguo & castigo. Notandum autẽ quod pro hoc uerbo Lxx. interpretes dixere, Flagellat autem omnem filium quem recipit:quod mirandũ cum Apostolus ad Hebræos Hebraice scribens, magis sequi uoluerit. *b* ¶ *Beatus homo, etc.*] Quia positos sub disciplina & correctiõe cõsolabatur, addit quod cœperat: insinuãs quia beatitudo est uera hominis, non aduersis carcere in præsenti, sed æternæ sapiẽtiæ perceptione lætari: quod est in hac uita domini uoluntatẽ cognoscere, & in futuro eius uisione perfrui. Et bene cum diceret: Beatus homo qui inuenit sapientiam: mox addidit: Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniunt sapientiam, doctrinam ueritatis aure percipiendo: sed assíluere prudentia negligunt, nolendo cordis sui sinũ

B ad percipiendam eius amplitudinem laxare. *c* ¶ *Melior est acquisitio eius negociatione argenti & auri.*] Nõ metuat de correptione inopiæ quisquis opes acquisiuit sapientiæ: quia thesauris terrestribus incõparabiliter munus cœleste præcellit. *d* ¶ *Primi & purissimi fructus eius.*] Si iuxta Ecclesiasticum, radix sapientiæ est timere deum: fructus sapientiæ qui sunt nisi uidere deum? Et hi sunt primi ac purissimi: siue quia deus qui uidetur ab initio est, & nihil inquinatũ in eius uisione incurrit: siue quia

Luc. 15.c primo ad hanc cõtemplandã homo creatus est. Vnde & adolescentior filius ubi ad patrẽ pœnitens rediit, primam stolã recepisse memorat: siue quia primum & rude aurum solet esse purissimũ. Et in prima stola nostra uere est beatitudo credenda: quæ nobis in resurrectiõe perfectius à domino promittit esse reddenda. *e* ¶ *Preciosior est, etc.*] Nõ modo terrenis, uerũ & cœlestibus diuitijs, imò & ipsis angelorũ conspectibus huius sapien

Psal. 72.d tiæ claritas anteferẽ. Vnde & propheta: Quid enim mihi restat in cœlo, & à te quid uolui super terrã? & cætera usq; ad finẽ psalmi. *f* ¶ *Longitudo dierum, etc.*] Visiõe suę diuinitatis electos in perpetua luce cõdonat: & eosdem in præsenti uita incarnationis suæ sacramentis & cha-

Matt. 19.d rismatibus illustrat ac roborat. Dat eis qui ob se cõparandã sua omnia uendũt, centuplum in hoc tẽpore: & in seculo uenturo uitam æternam. Sequitur in hoc loco iuxta antiquã translationem. quod nostri codices non habent. Ab ore eius proficiscitur iustitia: legem autem & misericordiã in lingua portat. Quod ideo ad notandũ credidi, quia hi uersiculi in opusculis patrũ sæpe positi inueniũtur. *g* ¶ *Viæ eius uiæ pulchræ: & om. etc.*] Actiones eius & doctrinæ quæ in euangelijs continẽt pulchræ sunt: quia diuinæ, ac puri hominis modũ longe transgressæ: & omnia iussa eius ad pacem ducunt æternam. Omnia quæ in carne gessit, ad reconciliandos deo mortales, ad pacificandum cum angelis genus humanum, ad demonstranda suis seruandæ adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinent. *h* ¶ *Lignum uitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam beatus.*] Sicut in medio paradisi lignum uitę Moyses esse testatur: ita per sapientiam dei, uidelicet Christũ uiuificatur ecclesia: cuius & nunc sacramentis carnis ac sanguinis pignus uitæ accipit, & in futuro præsenti beatificatur aspectu. *i* ¶ *Dominus sapientia fundauit terram & stabiliuit cœlos prudentia, etc.*] Deus pater per filium omnia condidit. Typice autẽ fundauit terram sapientia: cũ per ipsum sanctam ecclesiam in fidei soliditate locauit. Stabiliuit cœlos prudentia: cum per eundem sublimia prædicatorum corda illustrauit. *k* ¶ *Sapientia illius eruperunt abyssi.*] Quando in diebus Noe rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ: uel cum quotidiano progressu sõtes & flumina de abysso, per terræ uenas emanant, ebuliunt, procedunt. Aliter sapientia erumpunt abyssi, cum largiente Christi gratia, profunda sacramentorum cœlestium fidelibus innotescunt. *l* ¶ *Et nubes rore, etc.*] Patet iuxta literam. Sed allegorice nubes sunt ecclesiæ magistri, sub

D limes per contemplationem, & uitam, rigantes cor auditorum quasi subiectam sibi terram per doctrinam. Quæ rore cõcrescunt, quia subtilissima discretione uirtutes suas quibus proficiãt, quibus alta petant, quæq; minoribus in exemplum monstrent, examinant. *m* ¶ *Fili mi ne efflu. etc.*] Ne disciplina temporali fatigatus, sapiẽtiæ quæ tanta est gratiam perdas, præcaue. *n* ¶ *Custodi legem atq;, etc.*] Lex sapientiæ est quæ dicit: Si uis ad uitam ingredi: non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, etc. Consilium sapiẽtiæ est cum protinus addidit: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, &c. *o* ¶ *Et erit uita animæ tuæ.*] Anima tua habet uitam cum deo, si eius decreta custodieris: quãlibet caro disciplina correptionis, aut etiam mortis prematur. *p* ¶ *Et gratia faucibus tuis.*] Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Habet ergo sensus animi fauces suas, qbus uerba quæ audit dijudicet, quibus res & gesta singulorũ quæ cernit discernendo examinet: & hæ amplectendo recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimirũ faucibus cum legẽ atq; consiliũ domini custodimus, gratia multiplicatur: quia quanto solertius quisq; diuinis obtẽperat iussis, tanto dulcius eius amorem concipit. Quam nostris faucibus inesse gratiam desiderabat psalmista cum ait: Gustate & uidete quoniã suauis est dominus. *q* ¶ *Tunc ambul, etc.*] Fiducialiter in uia nostra incedimus, cum dei gratia confisi, profectum in bona nostra conuersatione suscipimus. Si ergo eius imperijs humiliter subdimur, & gustum superni amoris suauis fauci-

Pfal. 33.b bus mentis attingemus, & operationis bonæ augmentum semper obtinebimus. Sed & in tẽtationibus ne deficiamus, ipso iuuãte defendimur. Hoc est enim quod sequitur. *r* ¶ *Et pes tuus non impinget.*] Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. *f* ¶ *Si dormieris non timebis: quiesces, etc.*] Patet iuxta literam: quia

A quia securus, & dormit, & uigilat, & quiescit, & ambulat, qui se innocenter ante deũ & iuste uiuere meminit. Sed & iustus cum in morte dormierit, non solum potẽtias malignorum spirituũ non metuit: sed in pace quiescit, ac securus diem resurrectiõis expectat: quia deum ubiq; protectorẽ habet & custodẽ. Quale

Psal. 22.a est in psalmo: Nã & si ambulauero in medio umbræ mortis, nõ timebo mala quoniam tu mecum es. *a* ¶ *Noli prohibere benefacere, etc.*] Quia supra diligenter legem domini & consilium obseruare monuit, et æternam requiẽ obseruãtibus promisit: nunc multipliciter quæ sint obseruanda replicat. Primoq; ad id qđ intermiserat rediẽs, misericordiam proximo exhibẽdã, & iuste cũ illo docet esse uiuendum. Deinde et ab inimico cauẽdum esse præmonet. Noli ergo, inqt, prohibere benefacere eũ qui potest: qđ si uales, & ipse benefac: ne

B audias à domino cũ pharisæis: Ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. *b* ¶ *Ne dicas amico tuo: uade & reuertere & cras dabo tibi, cũ statim posis dare.*] Nõ solũ de eo qui eleemosynam pecuniæ petit hoc mandatum datur, ut beniuoli ad largiendum, & prompti existamus: sed & per omnia Christi mandata

Luc. 11.g Iuc. 14.b quir ait: Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis: statim facere, & non in crastinum differre iubemur. *c* ¶ *Ne moliaris amico tuo malum cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduersum hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.*] Non uetat contendere aduersus eum qui mala facit ut corrigatur: quia hoc nimirum frustra non fit, quod certa necessitas cogit ut fiat:

Mat. 18.b imò etiam qui ait: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: uult ut errantem quantum uales ad uiam ueritatis reuocare contendas. *d* ¶ *Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris uias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor.*] Omnis illusor, inquit, quia illusor est qui uel uerba dei quæ nouit implere contemnit, uel eadem peruerse intelligendo ac docendo corrumpit. Est illusor & ille qui promissa eius quasi parua despicit, & iram districtionis eius quasi tolerabilem sperNit. Necnon & ille qui proximorum simplicitati, uel paupertati improbus insultat. Ideoque omnem huiusmodi illusorem, merito diuina abominatur iustitia. Bene autem subditur. *e* ¶ *Et cum simplicibus sermocinatio eius.*] Quia sæpe superbi dum simplicibus illudunt, prudentiores se illis quos irrident iudicant. Sed horum prudentia iuxta quod Iacobus ait: terrena est, animalis, diabolica. Sermocinatio autem domini cum simplicibus est: quia illos cœlestis sapiẽtię C secretis illustrat: quos terreni fastus ac duplicitatis nihil habere considerat. Hinc etenim dicit: abscõdisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. *f* ¶ *Egestas à domino in domo impij.*] Iuxta exemplum purpurati diuitis, qui & in hac uita spiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiã, ut de digito Lazari, quondam pauperis unam aquæ guttam requireret. *g* ¶ *Habitacula autem iustorũ benedicentur.*] Iuxta hoc quod apostolus fidelibus de domino loquens: Qui benedixit nos, inquit, omni benedictiõe spirituali in cœlestib. in Christo, qui & in remuneratione ab ipso sunt audituri: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Sed & iuxta literam sæpe contigit eos, qui alie-

D na diripiunt, ad ultimum inopia consumi. At illos qui sua largiuntur: etiam bonis abundare terrenis. *h* ¶ *Illusores ipse deludet: & mansuetis dabit gratiã.*] Hos uersiculos apostoli Iacobus & Petrus, iuxta antiquam translationem posuere dicẽtes: Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *i* ¶ *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exultatio ignominia.*] Et dominus ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Caput IIII.

Audite filij disciplinam patris, & attendite: ut sciatis prudentiam.] Hic exhortaturus ad philosophiã qualiter ipse sapientia sit à patre edoctus explicat.

l ¶ *Nam & ego filius fui patris mei: tenellus & unigenitus coram matre, etc.*] Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes erigit: quàm cum eos quos in sapientia iam clarere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuisse meminimus. *m* ¶ *Et docebat me atq; dicebat, suscipiat uerba mea, etc.*] Huiusmodi monita Solomoni à Dauid patre data: qui uerba dierum relegit, inuenit. Quare autẽ se Salomon unigenitum coram matre nominat, quem fratrem uterinum præcessisse scriptura testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine quasi nunquam esset uita decessit? *n* ¶ *Et: in omni possessione tua acquire prudentiam. Arripe illam, & exaltabit te, etc.*] In omnibus quæ possides bonis, sapienter te agere memento: Vel in omni possessione tua acquire prudentiam: omnia quæ possides terrena contemne: dummodo sapientiam percipias: quod ipse fecit Salomon, dum data sibi optione, amorem sapientiæ cunctis proposuit rebus. In euangelio, qui preciosam margaritam quæsiuit: hanc inuentam omnibus quæ habuit uẽditis, emit.

Dabit

plexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum: & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, et suscipe uerba mea, ut multiplicentur tibi anni uitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & curres non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam: quia illa est uita tua. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum uia. Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina, & desere eam. Non enim dormiunt nisi cum malefecerint, & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. Comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splendens: procedit & crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Fili mi ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus ea, & uniuersæ carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso uita procedit. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes uiæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus: peruersæ uero sunt, quę à sinistris sunt. Ipse enim rectos faciet gressus tuos: itinera autem tua in pace producet.

Fili

A a ¶ *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, etc.*] Pater de Salomone, quia dum pro sapientia cuncta despiceret, ea percepta maiore gloriæ sublimitate refulsit. Sed & nostro capiti: id est, principali mentis, si sapientiam amplectimur, amplior gratia spiritus augetur, & corona superna uitæ in futuro donabit. De qua Paulus: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi dns in illa die. Expositus sane his quę à patre uerba percepe rat, redit ad docendū auditorē suum sapientiam quā cœpit. *b* ¶ *Audi etc, ut multipli centur tibi anni uitæ.*] Id est, ut uitæ æternæ dona percipias. *c* ¶ *Dum cam te per, etc.*] Semitæ, id est actiões æquitatis, dum inchoantur, arctæ uidentur et angustę: dū uero prosectū capiunt, iam ex consuetudine spacio sæ uident & latæ: psalmista testante, qui cū incipiens dño dixisset: Propter uerba labiorū tuorū ego custodiui uias duras, postmodū iam proficiens canebat: Viam mandatorū tuorū cucurri, dum dilatares cor meum. Et si ergo semitę æquitatis cum ingredi cœperis, arctæ tibi uidētur: tamē eas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus mentis tuæ: sed iuxta quod dns ait: Iugum suaue, & onus leue reperies. Etenim reprobi in hac uita, latum intrāt iter: at in die nouissimo ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras. Pedes uero electorum dirigentur in uiam pacis. *d* ¶ *Et currens non, etc.*] Quo alacrius ad implenda dei mandata cucurreris: eo minus aduersa quæ te impediant timebis. Nam quicunq; in praua actiõe desudant, offendiculum in medio cursu reperiunt, quia extemplo dum non præuident rapiuntur ad pœnam. *e* ¶ *Comedunt panem, etc.*] In actione scelerū, iniqui quasi epulis delectantur appositis. Vel certe uinum damnatorum bibunt, & esurientibus spicas tollere gaudēt, ut esse moris impiorum scriptura sacra testatur. *f* ¶ *Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit & crescit, etc.*] Iustorum opera in luce scientiæ peraguntur, & æternam ducunt ad uitam: quæ est perfecta dies. *g* ¶ *Via impiorū, etc.*] Dicit de his Ioānes apostolus, qui diligit fratrē suū, in lumine manet, & scādalū in eo nō est: qui aūt odit fratrē suū in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcauerūt oculos eius. Cui cōtra supius dicit sapienti: quia currēs nō habebis offendiculū, id est scandalum. *h* ¶ *Fili mi, etc.*] Sunt qui recte uiuere uidentur hominibus: sed quia recta intentione non faciunt, à deo qui cor respicit prauum, uita eorum reprobatur, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiā serua: quia ad eius examen modus æstimabitur uitæ. *i* ¶ *Remoue à te os prauum, et detrahentia labia sint procul à te.*] Duobus modis sentiendum, ut & os tuum ne prauum loquatur aliquid et tua labia ne detractionibus assuescāt custodias, & alios quoq; quos huic uitio subditos nosti, ne te corrumpāt fugias. *k* ¶ *Oculi recta uideāt & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.*] Iter iustitiæ quo ingredi debeas, diligēter edisce: & in cunctis quæ agere disponis, sollicitus ad quē sint finē uētura præuide. Hoc est em palpebras recta uidentium oculorum tuos præcedere gressus: bonū opus quod acturus es sedula cogitatione præuenire: & quia secundum deum sit meditando præuidere. Ite palpebrę gressus precedūt, cum operationem nostram consilia recta præueniunt. Qui em negligit considerādo præuidere quod facit, gressus tē dit, oculos claudit: pergendo iter confi cit, sed præuidendo sibimetipsi non ante cedit: atq; idcirco citius corruit: qa quò pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij nō præuidet. *l* ¶ *Dirige semitas pedibus tuis.*] Ne uidelicet erres in actibus aut fide. *m* ¶ *Et omnes, etc.*] Ne lcuitate mētis à bono mouearis proposito. Hinc & apostolus: Stabiles estote & immobiles, abundātes in opere domini semper. *n* ¶ *Ne declines, etc.*] Dextra uia, bona: sinistra accipitur reproba. Non ergo dexteram uiam ambulare, sed ad dexteram declinare prohibemur. Declinat enim ad sinistram, qui iniustus est. Declinat ad dexteram, qui sibi uult arrogare quod iustus est. Declinat ad dexterā, qui de suis uiribus præsumit. Declinat ad sinistram, qui præsua fragilitate desperat se posse saluari. Declinat ad sinistram, qui stultitię famulat. Declinat ad dexteram, qui uult plus sapere quàm oportet sapere: quod & de cæteris uirtutibus ac uitiis, eodē modo intelligitur. *o* ¶ *Auerte pedem tuum, etc.*] Hoc est, ne uel huc uel illuc à recto deuies: quia uirtutes discretionem quærunt, & nimietas omnis in uitio est. *p* ¶ *Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus, etc.*] Id est elegit, & placent illi: ideo displicentibus & reprobis dicturus est: Non noui uos: quod est dicere, nō uos elegi, non mihi placetis. *q* ¶ *Peruersæ uero sunt quæ à sinistris sunt: Ipse enim rectos faciet, etc.*] Si auerteris à malo pedem tuum, si bona quæ docui domino iuuante facere studueris, aderit ipse propitius conatibus tuis, ut & nunc recte ingredi, & tunc ad pacem ualeas peruenire sempiternam.

Fili

Cap. V

Fili mi attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurē tuam, ut cūstodias cogitationes, & disciplinā labia tua conseruent. Nē intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillās labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissimā aūt illius amara quasi absynthiū, & lingua acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortē, & ad inferos gressus eius penetrant. Per semitā uitæ non ambulant, uagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergō fili mi audi me, & ne recedas à uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiā tuā, & ne appropinques foribus domus eius. Ne dēs alienis honorem tuū, & annos tuos crudeli. Ne fortè impleantur extranei uiribus tuis, & labores tui sint in domo aliena. Et gemās in nouissimis quando consumpseris carnes & corpus tuū, & dicas: Cur detestatus sum disciplinā, & increpationibus non acquieuit cor meū. Nec audiui uocem docentium me, & magistris nō inclinaui aurem meā. Penē fui in omi malo, in medio ecclesiæ & synagogæ. Bibē aquā de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habetō eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit uena tua benedicta, & lætare

A *Fili mi attende, etc.*] Hactenus generaliter castigauerat auditorē: hic sub specie meretricis, ab hæreticorū nequitia prohibet. *b* ¶ *Vt custodias cogitat. etc*] Cogitationes quibus recte credas, labia quibus ipsam fidē per simplicia uerba, & cōsueta atq; ecclesiastica profitea ris. Sed & iuxta literā, qui adhæret meretrici, etiā labia uel osculando, uel turpia fando cōmaculat. *c* ¶ *Ne intenderis fallaciæ, etc.*] Recte sapientia huius mundi, atq; concupiscētia eius, fallax mulier dicitur: quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinē animas reproborum dum demulcet, à deo meretricari facit, & de uana spe præsentis seculi deceptos fallit. Aliter. Cū in ore hæreticorū dulcedo eloquentiæ non ad sufficientiā solummodo, uerum etiam ad superfluitatē resonat: ob id falsitas, quia aptè proferri cernit, ueritas à stultis existimatur. *d* ¶ *Et nitidius oleo, etc.*] Oleo spiritus sancti, fides catholica consecratur: quo nitidius suum guttur ostentant, qui suos sensus patrū fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & sermonis suauitatem, & formositatem corporis, ad capiendos miseros quærit. *e* ¶ *Nouissima autem illius, etc.*] Potio absynthij intus amarescit in uisceribus, gladio foris membra feriunt. Vt igitur ostendat iniquos in nouissima ultione & interius impleri, & extrinsecus pœnis circundari perpetuis, & amaritudine illos absynthij torquendos, & gladio assęuerat esse truncandos. Quare autem idem gladius biceps sit dictus, dominus aperit cum ait: Sed eum timete qui potest & animam & corpus perdere in gehennā. *f* ¶ *Pedes eius descendunt in mortem, etc.*] Vagi sunt sensus hæreticę deceptionis, quia alij Christum deum, alij hominē esse negant: alij carnem accepisse, alij animam contradicūt: alij cum de uirgine natum: alij spiritum sanctum: alij patrem deum esse: alij pœnitentibus ueniam dandam esse confiteri prohibent. Et in tā innumera hæc pestis se findit itinera, ut penitus quot sint, inuestigari nequeant. At catholica ueritas uaga & inuestigabilis non est, quia una eademq; cunctis est agnita, totum per orbem fidelibus. *g* ¶ *Nunc ergo fili audi, etc.*] Et Apostolus ait: Fugite fornicationem: quia nimirum primum huius uitij remedium est, longe ab eis fieri, quorum præsentia uel alliciat, uel cooperetur ad uitium. Sed & ab hæreticorum auditu prorsus segregari, infirmis auditoribus prodest. *h* ¶ *Ne des alienis, etc.*] Ne honorem quo ad imaginem dei creatus es, immundorum spirituum uoluntatibus subdas, neq; accepta uiuendi spacia ad libitum aduersarij immitis expendas. Cuicunq; enim scelerī quisq; subijcitur, in hoc profecto dominatu malignorum spirituū mācipatur. *i* ¶ *Ne forte imple. etc.*] Ne dæmoniorum facta adiuues, si uel ingeniū animi uel corporis tui uires ad patranda facinora tradas, domumq; alienā, id est numerū perditorū, te adiecto multiplices. C Et pulchre dicit, labores tui sint in domo aliena: qa sunt qui iuxta prophetā, ut iniquè agant, laborāt: & hæretici quantū laborē contra ecclesiam subierint, utinā lateret. *k* ¶ *Et gemas in, etc.*] Præponendum à superiori, ne fortè, & est sensus: Ideo te castū custodi, ne fortè in pœnis gemere cogaris, quando non solum carnales illecebræ transeunt, sed & ipso corpore relicto, anima quæ per corpus gessit cuncta reddere compellitur. Verum & in hac uita sæpius contigit, ut qui in adolescentia luxuriose uiuendo habita disperserant, tempore senectutis inopia desiciant, & refrigescente calore carnis, ac flore iuuentutis marcescente, rebus suis quas lasciuè uēdiderāt, alios uti conspiciant, gementesq; sera pœnitentia dicant quæ sequuntur. *l* ¶ *Cur detestatus sum, etc.*] Disciplinam dicit ecclesiasticæ fidei, increpationes autem quibus hæretici cur ab ecclesia recesserint obiurgantur. Patet de fornicarijs. *m* ¶ *Penè fui in omni malo, etc.*] Ecclesia & synagoga Græca nomina sunt, & unam eandemq; rem Latine significant, id est, conuentum pluriorum ad inuicem. Si autem subtilius distinguantur, ecclesia conuocatio, & synagoga congregatio interpretatur. Et uetus quidem dei populus utroque nomine uocabatur: nunc autem gratia distinctionis, ille synagoga, noster ecclesia dicitur: merito scilicet fidei & scientiæ maioris, quia & irrationalis creatura potest congregari. Denique dixit deus: Congregentur aquæ in congregationem unam. Rationalis autem solum & sensibilis potest conuocari. Verum aliquando hæc nomina & malorum conuentus significant, unde est illud: Exarsit ignis in synagoga eorū. Et: Odiui ecclesiam malignantium. Quod ergo sero pœnitens ait: Contemptor sapientiæ penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ: uidetur misero magnitudinem suæ damnationis perpendenti, quia nihil penè fuerit sceleris, quo non ipse sit irretitus, qui tanta meruit tormenta subire, & hoc ad cumulum accesserit miseriæ: quod non extremus ipse peccantium, sed medius magis & quasi autor extiterit: uel certe in medijs sanctorum conuenticulis corpore positus, alienam ab eis uitam ducere non timuerit. Et de hęreticis specialiter sentiendū: qui nec ueterū patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerint ab errore reuocari. *n* ¶ *Bibe aquam de cisterna tua, etc.*] Desiderio utere propriæ mulieris, & eius ministerijs fouere deuotis. *o* ¶ *Deriuentur fontes tui foras, etc.*] Filium tuum ac filiam nuptui trade, & hoc manifeste facito pluribus consciis. *p* ¶ *Habeto eas solus, nec sint, etc.*] Solus in tua potestate retine qualibus matrimonijs liberos tuos socies, nec sint fornicarij uel meretrices, tuæ sobolis participes. *q* ¶ *Sit uena tua benedicta, & lætare cum, etc.*] Tan

A ta te temperantia cũ muliere quam adolescẽs accepisti, etiam cum senuerit serua, ut merito fidelis castimoniæ benedictionẽ cõsequaris in prole. *a* ¶ *Ceruæ char.*] Illa sit tibi semper charissima coniunx quæ sicut cerua serpẽtes, ita persequit scorta & suis effugat ab ædibus, sit natus ex ea filius & ipse castitatis amator gratissimus. *b* ¶ *Vbera eius, etc.*] Nõ uxorio operi semp insistere docet: sed monet, ne uel prima uidete aliam ducas, uel meretrici unquã socieris. Aliter. Qd ait: *Alit expositio.* Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: Docet ab hæreticis cauendũ, & custodiæ scripturarũ ac lectioni attendẽdum: sciẽtiam, inquit, quã prædicas alijs ipse seruа, & tui irrigationẽ sermonis infundere. Diriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Cũ ipse seruaueris: tũc & alijs prædica, & in magna auditorũ amplitudine, diuina eloquia iuxta uniuscuiusq; qualitatem dispensa. Habeto eas solus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamẽ soli possidemus: quãdo exterius late prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas consequi minime ambimus. Nec sint alieni partices tui. Immundi spiritus participes fiunt doctori, si eius mentem uel fastu elationis dum prædicat, uel hæresi uel quolibet uitio corrumpunt. Solus autem aquas possidet, cum membris ecclesiæ fideliter connexus, ab extraneorũ se cõsortio liberum seruat. Sit uena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Sit doctrina tua & quæcunq; nascuntur ex ea in benedictiõe ecclesiæ, & lætare cum ea cui ab adolescẽtia, id est, à primo credendi tempore cõiunctus es. Cerua charissima & gratissimus hinnulus, ubera eius inebrient te omni tempore, in amore illius delectare iugiter. Cerua charissima siue gratissima, ut quidam codices habent, sancta est ecclesia: quæ serpentinã solet odio habere & conterere doctrinam. Gratissimus hinnulus, populus est eius uirtutum uarietate delectabilis, & eadem castæ fidei semper æmulatione succensus. Cuius uberibus inebriamur, cum utriusq; testamenti paginis contra hæreticorum fraudes instruimur: cuius pace & amore iugiter delectari, magna est exercendarum occasio uirtutum. *c* ¶ *Quare seduceris, etc.*] Et de meretrice & de hæresi sentiendum. *d* ¶ *Respicit do. etc.*] Non putent se adulteri tenebris noctis ac parietum obtegi, non hæretici sua molimina posse cælari: quia tenebræ non obscurabuntur à domino, & nox sicut dies illuminabitur. *Psal. 138. b*

c ¶ *Iniquitates suæ, etc.*] Distat inter peccatorẽ & impiũ: quod peccator appellatur omnis qui uel in paruis uel in magnis sceleribus decidit. Impius autem qui uel nũ quàm fidem recepit, uel enormitate scelerũ ab ea quã accepit anathema factus est, ut hæretici uel catholici publicis flagitijs inuoluti. Qui funibus peccatorum suorum constringuntur, cũ inextricabili augmento suæ prauitatis intereunt. Qui enim funem facit torquẽdo semper & inuoluendo fides fidibus auget. Talis est fortitudo operum malorum: tales libri hæreticorũ, in quibus praua prauis nectẽtes, nõ aliud scribendo quam quo se arctius obligent agunt. *f* ¶ *Ipse morietur: etc.*] Quia multa de adulteris uel de hæreticis disputauerat, more suo in clausula narrandi qualis sit talium finis ostẽdit, id est, qui ad mortem tendebant æternam, qui disciplinam detestati sunt uitæ. Multitudinem aũt stultitiæ suæ dicit, cũ hæretici se sapiẽtiores sanctis patribus autumant: uel cum opera tenebrarum facientes ini qui, aut dominũ hæc non uidere aut se facile eius irã putãt posse tolerare.

CAP. VI.

Fili mi si spoponderis pro, etc.] In prõptu est literæ sensus, quia suadet ei q spopondit pro amico, ut ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quã debet creditori, & se & ipsum liberet. Allegorice autem in hac περιοχὴ doctorem: porrò in sequenti uacãtem quẽlibet, ut se gerere debeat instruit. Dicitur enim præceptori, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneũ manum tuam, quod est aperte dicere: si animam fratris in periculo tuæ conuersationis accepe- D ris, iam ligasti mentẽ apud curã sollicitudinis quæ ante deerat. *h* ¶ *Illaqueatus es, etc.*] Quia dum commissis tibi cogeris bona prædicãdo dicere, teipsum prius necesse est quæ dixeris custodire. *i* ¶ *Fac ergo quod dico tibi, etc.*] Non tantũ tu ipse bene uiuendo uigilare memento, sed & illum cui præes à peccati torpore prædicãdo diuunge. *k* ¶ *Ne dederis somnum oculis, etc.*] Somnum oculis dat, qui subditorum curam omnino negligit. Dormitat autem qui reprehensibilia eorum gesta cognoscit, sed hæc propter mentis tædium digna inuectione non corripit. *l* ¶ *Eruere quasi dammula de manu, & quasi auis de laqueo.*] Quantum auis de laqueo uel dãmula de manu captantis quærit euadere: tantum nitere, ut auditore tuo salubriter instituto, ipse à sponsione uitæ eius liber reddaris. Vel certe quia dammula mundum natura est animal, uelox cursu uisuq; acerrimũ. Vnde & Græce ἀπὸ τῆς ὄψεως, id est, à uidẽdo dorcas nuncupatur. Auis autem uolãdo alta petere cõsueuit. Cum in docendis occuparis subditis, mundus à peccatis omnibus, & strẽnuus in operibus bonis: perspicax in deprehendendis malorum insidijs, & uirtutum pennis fultus esse satage: quatenus expleto prædicandi negocio, & ad superna trãsuolare, & cœlestis uitæ pascua merearis intrare. *m* ¶ *Vade ad formicam ô piger & considera uias eius, & disce sapientiam.*] Hinc uacantem hortatur quenq; ut si ad erudiendos alios non sufficit, saltẽ sui- met curam agere non negligat. Et si sapientiam doceri nequit ab homine discere, uel operandi sapientiam discat à formica. Formica dicitur strenuus quisq; & prouidus operarius, qui in præsenti uita uelut in æstate, fructus iustitiæ quos in æternum recipiat sibi recondit. *n* ¶ *Quæ cum non habeat ducem nec præceptorem nec principem parat æstate, etc.*] Si tantillum animal princi-

A cipe carẽs & rationis expers, natura duce sibi prouidet in posterũ: multo magis tu ad imaginẽ dei cõditus, ad uidendam eius gloriam uocatus, doctorũ magisterio adiutus, ipsum conditorẽ habens ducẽ: debes in præsenti bonorum operum fructus cõgregare, quibus in æternũ uiuas in futuro. Hæc enim uita in eo messi comparat & æstati: q nũc inter ardores tentationũ tẽpus est colligendi futurorum merita præmiorũ. At dies iudicij hyemis simulat rigoribus: quia tunc nimirũ nulla relinquit facultas pro uita laborãdi, sed tantũ cogit quisq; de horreo priscę actionis, quod recondidit, proferre. Vnde & dñs præcipit dicens: Orate autẽ ut nõ fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato. Hyeme eñ facultas, sabbato licẽtia iuxta legẽ deest fructus uitæ colligẽdi ac penuriã fugiẽdi perpetuã. *a* ¶ *Vsquequo piger dormis, etc.*] Vsquequo, inquit, dormis in uitijs, quãdo potes resurgere ad bene operandũ, qui noxio torpore depressus, semper dicis: Paululũ ad huc iacebo, & sic post ea pœnitẽdo resurgam. Fit namq; ut te semp differẽte opus bonũ, repente iudex qui mala tua facta puniat adsit. Hoc est enim quod sequitur. *b* ¶ *Et ueniet quasi uiator egestas, et pau. etc.*] Egestas namq; & pauperies pœna est ultima, in qua damnati nil diuitiarũ merẽtur: quę quasi uiator ueniet, quia improuisa & subitanea: quasi uir armatus, quia deuinci perpetuo non potest. Patet iuxta literam, quia pigritia nutrix est egestatis & penuriæ. *c* ¶ *Si uero impi. etc.*] Fructus terreni quos metimus, non fonti comparant, sed cisternæ: quia ad tempus pascunt colligentem, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit pro cœlestibus laborare diuitijs, huius messis ut fons aduenient, quia mercedẽ laborũ indeficientẽ percipiet. *d* ¶ *Et egestas longe, etc.*] Quia satiabor, inquit Psalmista, dum manifestabitur gloria. *e* ¶ *Homo apostata, etc.*] Dixerat de hæresibus & alijs uitiorũ generibus, instituerat præceptorem, excitauerat pigrum, at nunc redarguit & schismaticum. Vbi notandum, quia quem seminantem iurgia dicere uoluit, prius apostatã nominauit: qa nisi more superbiẽtis angeli à cõspectu cõditoris prius intus auersione mẽtis caderet, foras postmodũ usq; ad seminãda iurgia nõ ueniret. Qui rectè dicitur quod annuit oculis, terit pede, digito loquit. Interior namq; est custodia, quæ ordinata seruat exterius membra. Quia ergo statum mentis perdidit, foras in inconstantiã motionis fluit: atq; exteriore mobilitate indicat, quod nulla radice interius subsistat. *f* ¶ *Sex sunt quæ odit, etc.*] Eundem quem suprà plenius quàm sit deo odibilis discordiam seminando insinuat. Quod autem animã habere deum dicit, humano more facit, ut eum plena intentione, & non leuiter tales odisse significet. Tale est in Esaia: Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea. *g* ¶ *Oculos sublimes, linguam mendacem, etc.*] Enumerat sex capitalia crimina, quæ tamen comparatione discordiã seminantis quasi minora deponit, quia nimirũ malus est faci- nus illud quo unitas & fraternitas quæ p spiritus sancti gratiã est connexa dissipat. Potest enim quilibet oculos iactãter extollere, lingua mentiri, homicidio pollui, mala proximo machinari: alijs scelerib. membra subdere, falsum contra quempiã testimoniũ proferre, quod non idem esse putandum est quod suprà linguam mendacem nominat. Pò- test enim mẽdacium sed non cõtra proximũ dici. Nam & beatus Augustinus octo D esse genera mendacij in libro quẽ de mendacio composuit, docet. Potest, inquã, perditus quisque huiusmodi mala, uel sibimetipsi, uel alijs inferre, pace seruata ecclesiæ. At Donatus & Arius eorumq; sequaces grauius est quod fecere, qui cõcordiã fraternæ unitatis discordias seminando sciderunt. *h* ¶ *Conserua fili mi præcepta patris, etc.*] Nunc sub adulteræ mulieris specie prohibet ab auditione hæreseos. *i* ¶ *Liga in corde tuo, etc.*] Et in cogitatione præcepta dei fixa retine, & loquelam tuam horum undiq; dulcedine, ne forte lingua labaris communito. *k* ¶ *Cum ambulaueris gradiantur tecum, etc.*] Tanta sit tibi meditatio diuinę legis, ut cum uigilãs aliquid operaris, hanc sedula mente recolas: Cum dormire uelis, in huius memoria quiescas: cum euigilaueris, hanc primo ad mentem reuoces. Sic etenim fiet ut nec uigilans offendas, nec à timore nocturno lædaris. Aliter: Cum ambulaueris in profectu iustitiæ, gradiantur tecum mãdata dei ut te instruãt: Cum dormieris in morte, custodiant animam tuam ne rapiat hostis. Cum euigilaueris in resurrectione, loquere cum eis expectando præmia, quæ tibi si ea seruaueris promissa erant.

l ¶ *Ne capiaris nutibus illius.*] Patet de adultera. Sed & hæretici si bene uiuere, & apte se agere uidẽtur, uide ne seducaris eorum doctrinis. *m* ¶ *Precium enim scorti uix unius panis est.*] Recordare quia breuis uoluptas est fornicationis & perpetua pœna fornicatoris. Sicut eñ unus panis diurnã solũ effugat esuriem, & nihilominus postmodũ esurit, q comesto pane satur abscesserat: sic q intrat ad scortũ, ad horã quidem euaporat libidinem,

A ſ:d poſt paululum ardentior redit. *a ¶ Nunquid poteſt abſcondere, etc.*] Soli ei cõceditur hæreticorum libros legere, qui adeo ſolidatus eſt in fide catholica, ut uerborum dulcedine, uel aſtutia nequeat ab ea ſegregari. *b ¶ Non grandis eſt, etc.*] Furtum non ex ſua æſtimatione ſed ex comparatione peccati maioris, id eſt, adulterij nõ grandis eſſe culpæ perhibetur, ſicut Hieruſalẽ grauius peccanti dicit: Iuſtificata eſt Sodoma ex te, nõ quia Sodoma nulla uel pauca, ſed quia Hieruſalem plura peccauit. *c ¶ Quia zelus & furor, etc.*] Et de domino intelligẽdum, quia qui nunc parcit reprobis, non parcet in die mortis: nec acquieſcet precibus ſero clamãtium ad ſe, nec dona quorũ nõ eſt ibi tempus uel facultas ſuſcipiet. Zelat enim ſi quis ſpõſam ſuam, id eſt, eccleſiã ſiue animam quanq; fidelem corrumpere præſumit.

Ezec. 16.f

Cap. VII.

B Fili mi cuſtodi, etc.] Hæc τῶν ἐναντίων eadem quæ ſuperior ſub meretricis perſona plenius explicat. *e ¶ Et legem meam, etc.*] Tam ſolicite ſerua quæ doceo, quaſi nil recte ſine his aſpicere ualeas.

f ¶ Liga eam in, etc.] In digitis in actib. dicit: in tabulis cordis, in latitudine cogitationis. Deniq; & alia trãslatio ſic dicit: Deſcribe eã in latitudine cordis tui. *g ¶ Dic ſapientiæ, etc.*] Sapientiam eccleſiaſticę doctrinæ, ſororia tibi dilectione coniunge, ut hæc te à pollutione ſeruet hæretica, quæ à caſtitate eccleſiæ probatur extranea. *h ¶ De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & uideo paruulos.*] Apte autem Salomon de feneſtra domus ſuæ ſe per cancellos proſpexiſſe dicit, ut paruulorum geſta dijudicaret. Qui enim de feneſtra per cancellos proſpicit, ipſe quidem ea quæ foris aguntur plene conſiderare ſufficit, nec tamen ipſum qui foris infra degunt aſpiciunt. Nanq; hoc eſt quod Apoſtolus ait: Spiritualis enim iudicat omnia, ipſe autem à

1.Cor.2.d nemine iudicat. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi & uideo paruulos. Patet iuxta literam: quia ſapientiũ aſpectus magiſtrorũ, & infirmorũ actus ſedulo ſpeculatur & fortium: æterna dei ſapientia de cœlo proſpexit, & uidet omnes filios hominum. *i ¶ Conſidero uecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum, etc.*] Iuuenem uocat adulterum: non propter uiri preciosam animam capit. Nunquid abſcõndere poteſt homo ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta illius non ardeant, aut ambulare ſuper prunas ut non plantæ cõburãtur eius? Sic qui ingreditur ad mulierẽ proximi ſui nõ erit mundus cum tetigerit eam. Non grãdis eſt culpa cũ quis furatus fuerit: furatur enim ut eſurientẽ impleat animã: deprehenſus quoq; reddet ſeptuplũ, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autẽ adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuam. Turpitudinem & ignominiam cõgregat ſibi, & oppro brium illius non delebitur. Quia zẽlus et furor uiri non parcet in die uindictæ: nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

Caput VII.

Fili mi cuſtodi ſermones meos & præcepta mea reconde tibi. Fili honora dominum & ualebis, prẽter eum uero ne timueris alienum. Serua mandata mea & uiues, & legem meam quaſi pupillã oculi tui. Ligá eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic ſapiẽtiæ, ſoror mea es, & prudentiam uoca amicam tuam, ut cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ uerba ſua dulcia facit. De feneſtra enim dõmus meæ per cancellos proſpexi, & uideo paruulos. Conſidero uecordem iuuenem qui tranſit per plateas iuxta angulum, & prope uiã domus illius graditur. In obſcuro ãdueſperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce mulier õccurrit illi ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. Gãrrula & uaga, quietis impatiens, Nec ualens in dõmo conſiſtere pedibus ſuis, Nunc fõris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Apprẽhenſumq; deoſculatur iuuenem, & procãci uultu blanditur dicens: uictimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi uota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te uidere & reperi. Intexui funibus lectum meum ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto. Aſperſi cubile meum myrrha, aloe, cinnamomo. Veni inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Nõn eſt enim uir in domo ſua, abijt uia longiſſima. Sacculũm pecuniæ tulit ſecum. In diẽ plenæ lunæ reuerſurus eſt in domũ ſuã: irretiuit eũ multis ſermonib. et blanditijs labiorũ protraxit illum. Statim eã ſequitur quaſi bõs ductus ad uictimã, & quaſi agnus laſciuiẽs & ignorans quod ad uincula ſtultus trahat: donec transfigat ſagitta iecur eius: uelut ſi auis feſtinet ad laqueũ, & neſcit q̃ de periculo animæ illius agit. Nunc ergo fili mi audi me, & attende uerba oris mei, ne abſtrahat in uijs illius mẽs tua, neq; decipiaris ſemitis eius. Multos enim uulneratos deiecit. Et fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domũs eius, penetrantes interiora mortis.

Apoc. 2.f

Cap. VIII

NVnquid nõn ſapientia clamitat, & prudentia dat uocẽ ſuam? In ſummis excelſiſq; uerticibus ſuper uiam in medijs ſemitis ſtans, iuxta portas ciuitatis. In ipſis foribus lõquitur dicens: O uiri ad uos clamito, & uox mea ad filios hominũ. Intelligitẽ paruuli aſtutiã, & inſipiẽtes animaduertite. Aũdite quoniã de rebus magnis locutura ſum. Et apẽrientur labia mea ut recta prædicent. Veritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea deteſtabuntur impiũ. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei, non eſt in eis pra uum quid neq; peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiã. Accipite diſciplinã meã, & non pecuniam, doctrinam magis q̃ aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei nõ poteſt comparari. Egõ ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor domini odit malum. Arrõgantiam & ſuperbiam

1 Cor. 2.b

Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Et nũc per doctores eccleſiæ: ipſi enim ſunt fores ciuitatis eius, uiris ſimul ac fœminis, ſapientib. ac inſipientibus, grandæuis prædicat & paruulis. At contra doctrina fallax clam & priuatim, quos ſeducere ualeat quærit. *n ¶ Audite quoniã, etc.*] Magnus nempe quia regnũ cœlorũ, & promiſit & dedit, fideq; ſanctæ trinitatis docuit, atq; alia innumera quæ prophetæ ei loquẽda relinquebant. *o ¶ Et aperientur labia, etc.*] Labia eius ſunt duo teſtamẽta cõcordi ad inuicẽ ueritatis atteſtatione coniuncta, quæ ipſo in carne apparẽte, per ſancti ſpiritus donũ ſunt ad prædicandũ ſalutẽ, uniuerſum aperta per orbem. *p ¶ Accipite diſciplinam meam, etc.*] Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. *q ¶ Ego ſapientia habito, etc.*] Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum. *r ¶ Arrogantiam, etc.*] Arrogantiam & ſuperbiam in eis qui ſe cæteris meliores æſtimant. Viam prauam in eis qui aperte mala faciunt. Os bilingue in illis qui in bonis quæ loquuntur, ſtabile quippiam

A tibus uero pictis ex Aegypto, etiã oculorũ tentat illecebras, quib. nefando aſpectu irretitis, facilius ad ſeducenda mẽtis arcana penetret. Quia uero nomine funiũ aliquando ſolent diuina præcepta figurari, quæ à noſtris nos uoluptatibus coercendo religãt, promittũt ſe hæretici cõtextu uerborũ cæleſtiũ ſalubre ſuis auditorib. quaſi ſtratũ parare: in quo à uitiorũ tumultibus libero corde qeſcant: ſed ueraciter illis funibus peccatorũ conſtruũt locũ perditionis, ubi perpetuo pedes manuſq; alligati dãnant. De quo dñs in Apocalypſi: Et dedi, inquit, illi tempus ut pœnitẽtiã ageret, & nõ uult pœnitere à fornicatione ſua: ecce mitto eã in lectũ, & qui mœchant cũ ea in tribulationẽ maximã. In tapetib. uero pictis ex Aegypto, ornatus eloquẽtiæ & dialecticæ artis uerſutia quę ab ethnicis originẽ ſumpſit, intelligit, per quã mẽs hęretica ſenſum doctrinæ peſtilentis quaſi meretrix thronũ facinoris ſe texuiſſe gloriatur.

Apoc. 2.f

B *a ¶ Aſperſi cubile meũ, etc.*] Promittũt ſe tales oderẽ cœleſtiũ habere uirtutũ: quibus ſua ſuorũq; corda uelut funib. cubilia ueneno ſuſta conſecrẽt, ſanctificẽt, perficiant, ac dicere poſſe cũ Apoſtolo: Quia Chriſti bonus odor ſumus deo. *b ¶ Veni inebriemur uberibus, etc.*] Doctrinæ ſanctæ pocu-

1 Cor. 2.b

lis ſe inuicem ſatiandos iactant hæretici, & uirtutũ gratia coniungendos, donec eorum geſta lux ſequatur æterna. *c ¶ Non eſt enim uir in domo ſua, etc.*] Non eſt, inquiunt, Chriſtus corporaliter in eccleſia: ſurgens enim à mortuis aſcendit in cœlum, nobisq; miniſterium gubernandæ eccleſiæ, ſuam uidelicet domum reliquit.

d ¶ Sacculum pecuniæ, etc.] Gloriam reſurrectionis & immortalitatis deus ſecum detulit, quo illius patriæ ciues lætificaret ac ditaret. *e ¶ In die plenæ lunæ, etc.*] In tempore quo electorum ſuorum eccleſia numerum compleuerit reuerteretur ad iudicium. *f ¶ Statim eam, etc.*] Id eſt, quaſi ſtultus neſciens ipſe ductus ad interitum.

Iud. 14.16 1 Reg. 11.4 2 Reg. 11

g ¶ Et fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea, etc.] Vt ipſe Salomon ſapientiſſimus uirorum, ut Sampſon fortiſſimus, ut Dauid manſuetiſſimus à mulierbri decipula, ut Origenes ab hæretica, quem poſt apoſtolos eccleſia magiſtrum fuiſſe, quàm diu recte ſapuit, qui negauerit errat. *h ¶ Viæ inferi domus, etc.*] Sed de eccleſia dominus ait: Quia portæ inferi non præualebunt aduer-

C ſus eam. Inferiora aũt mortis, acerrima gehẽnæ tormẽta, quaſi arctiora & obſcuriora dicit, quibus hæreticos & fornicarios cõſtat eſſe mergẽdos, ſicut de ſanctis prodño in hac uita patientib. aduerſa dicit: Quia miſit eos cuſtos in interiorẽ carcerẽ, atrociorẽ uidelicet & fœdiorem & obſcuriorem.

C. A P. VIII

NVnquid nõ, etc.] Nunquid nõ dñs palam locutus eſt mũdo, & in occulto locutus eſt nihil? Quid ergo eius neglecto euãgelio, ad hæreſim potius uel laſciuiã quæ in angulo ſuſurrãt audiendam miſert cõſiuũt? *k ¶ In ſummis excelſiſq;, etc.*] In monte diſcipulos ſimul & turbas docuit, ſed & per uias ſæpe his qui cõuaniebãt prædicabat, & eos qui cura indigebant ſanabat. In ipſa etiam porta ciuitatis Naim mortuũ reſuſcitans, exẽplo miraculi uerba quæ edocuerat cõmendabat. Vt quid ſequimini eos qui in abditis contra eum ſuas exerũt linguas? *l ¶ In ipſis foris. etc.*] Ad uiros clamat id eſt, ad ſtrenuos uerbi auditores in utroq; ſexu. Nã qui fœminea, id eſt, fluxa mente ſunt, ſapientiæ uerba percipere nequeũt. *m ¶ Intelligite paruuli etc.*] Manifeſtũ eſt de dño, quia & cũ eſſet ipſe in mundo, omni ætati, ſexui, cõditioni locutus eſt uerbũ, imõ etiam clamabat ſtans in tẽplo:

Luc. 7.b

Ioan. 18.d

Ioan. 7.

Matt. 6.c

Matt. 18.c

A non habent, sed iuxta auditorum libitum sua uerba cõmutant. *a ¶ Meum est consilium & æquitas: mea est prudentia, etc.*] Non se extollat humana præsumptio: plenitudinem uirtutum sola dei sapientia possidet, ab hac humana infirmitas quicquid uirtutis habet accipit. *b ¶ Per me reges regnant &, etc.*] Reges dicit apostolos siue alios sanctos: qui & seipsos primum, & deinde ecclesiã sibi subditam bene regere sciunt. Legum conditores, autores utriusq; testamenti, & sequentes ecclesiæ scriptores. Principes & potẽtes, cæteros fidelium præceptores ac rectores appellat, qui utique oẽs nõ nisi per sapientiam ut essent alia quid habent. Ait em: Ioan. 15.a Quia sine me nihil potestis facere. c ¶ *Ego diligentes me diligo, etc.*] Tale est & in Ibidem 18.c euangelio: Qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Mane quippe uigilãt ad sapientiã, qui semper in nouato mentis B studio ad Christi uisionem pertingere satagũt: *d ¶ Mecum sunt diuitiæ & glo. etc.*] Opes superbas, opes excelsas dicit, ut cœlestia dona significet. Græce em superbus ὑπερήφανος, id est, super apparens dicitur. Et ideo recte sapientia opes hyperiphanos secum esse dicit: quia quicquid donorum cœlitus fidelibus datur, cũctis mũdi opibus excellentius esse probat: quod etiã addẽdo iustitiã manifestius inculcat: nam terrenas opes, & gloriã sæpius habẽt iniusti. Nos aũt in resurrectione, sicut Petrus ait: 1.Pet.3.c nouos cœlos & nouã terrã, & promissa ipsius expectamus, in qbus iustitia habitat. *e ¶ Dominus possʃ. etc.*] Vox Christi qui uera est dei patris sapientia, quæ ante omnẽ mũdi creaturam ineffabiliter ex patre genita, quia ipse cũctam cœli terræq; materiam potentialiter creauit atque mirabiliter disposuit. Viæ domini sunt opera eius: quorum cõsideratione ad fidem uel agnitionem peruenit genus humanũ. Inuisibilia enim ipsius à creatura mũdi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Viæ eius sunt ipsæ illuminationes per quas se & angelicis spiritibus & mentibus ostendit humanis, in quarũ initio uiarum sapientiam possedit, quia in primordio creaturæ nascentis, filium qui cum eo cuncta disponeret habuit. Sed ne putaret aliquis harum initio uiarũ uel aliquando ante tempora filium esse cœpisse, uigilãter adiunxit. *f ¶ Antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam, etc.*] Cui simile est in euangelio: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum: Omnia per ipsum facta sunt. Pereant ergo qui negãt dei uirtutem & dei sapientiam, uidelicet Christũ ab initio, imò & ante omne quod dici uel cogitari potest initium ab ipso patre fuisse progenitũ. Alia translatio hunc locũ ita cõcipit: Dominus creauit me, principiũ uiarum suarũ in opera sua. Quod de incarnatiõe dominica dictum patres intelligunt dicentes, quia certi gratia mysterij dixerit: Dñs creauit me, & non pater creauit me. Et caro, inquiunt, dominum agnoscit: gloria, patrẽ significat: creatura, dominum confitetur: charitas, patrem nouit. Principiũ uel in principio uiarum suarũ, & ipse ait: Ego sum D uia: qua surgẽs à mortuis iter fecit ecclesiæ suæ ad regnum dei, ad uitam æternã: In opera sua: quia ad redimẽda opera patris ex uirgine creatus est, susceptiẽs carnem ut opera patris à corruptibili seruitio liberaret. caro enim Christi propter opera, diuinitas ante opera. *g ¶ Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum, etc.*] Ludentem dicit gaudentem. Erat ergo ludens coram patre per singulos dies, quia ut propheta Mich.5.a ait: A principio ex diebus æternitatis gaudebat unum esse cum patre. Erat omni tempore ludẽs in orbe terrarum, quia & cum tẽpora orbis ac creaturæ essẽ cœpissent, ipse quod erat in patre filius manebat. Hæc ideo, ne quis eum cum creatura & tẽporibus cœpisse perhiberet. Et delitiæ eius sunt esse cum filijs hominum, quia desiderat in nostro amore quiescere: nosq; bonorum gratia meritorum ad se uidendũ perducere. *h ¶ Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me, etc.*] Fores suas & postes ostij sui, scripturas sanctas & eorũ doctores nuncupat, sine quibus ad uitã quã pollicẽt nõ ualeamus ingredi.

biam & uiam prauam, & os bilingue detestor. Mẽũ est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnãt, & conditores legũ iusta decernũt. Per me principes imperant, & potẽtes decernũt iustitiã. Ego diligẽtes me diligo, & qui mane uigilauerint ad me, inueniẽt me. Mẽcũ sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. Melior est fructus meus auro & lapide precioso, & genimina mea argento electo. In uijs iustitiæ ambulo in medio semitarum iudicij, ut ditem diligẽtes me, thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio uiarum suarũ, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æternõ ordinata sum, & ex antiquis antequàm terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, necdum fontes aquarum eruperant, necdũ montes graui mole constiterant. Ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat & flumina et cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos aderam, quando certa lege & gyro uallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminũ suum, & legem ponebat aquis, ne tranfirent fines suos. Quando appẽdebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta cõponens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tẽpore, ludẽs in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filijs hominũ. Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt uias meas. Audite disciplinã & estote sapientes, & nolite abijcere eã. Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitã, & hauriet salutẽ à domino. Qui aũt in me peccauerit, lædet animã suam: omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Caput IX.

SApientia ædificauit sibi domum. Excidit columnas

Sapientia ædificauit sibi domum.] Quia de æternitate diuinitatis Christi sufficienter dixerat, addidit & de assum-

A assumpta humanitate dicere. Sapiẽtia ædificauit sibi domum, quia hominẽ filius dei quẽ in unitatem suæ personæ susciperet ipse creauit. *a ¶ Excidit columnas septem.*] Ecclesias per orbẽ septiformi gratia spiritus erexit, quæ domum dei: id est, mysteriũ incarnationis eius: ne perfidorum improbitate memoria tolleretẽ, credendo, colendo & prædicando quasi sustentãdo continerẽt. Vel certe sapiẽtiæ domus, ecclesia Christi est, ex lapidib. uiuis: hoc est, sanctis in tabernaculum sibi constructa. Columnę aũt doctores sanctæ ecclesiæ septiformi spiritu Gal.2.b pleni: quales fuere Iacobus, Cephas & Ioannes: quas nimirũ colũnas sapientia excidit: quia ab amore præsentis seculi diuitias, ad portandam eiusdẽ ecclesiæ fabricam mentes prædicãtium erexit. *b ¶ Immolauit uictimas suas.*] Suis passionibus ecclesiã cõsecrauit, uel uitam prædicantium mactari in persecutione permisit: quibus uidelicet uictimis contrariæ sunt uictimæ meretricis: ad quas B Iuuen.7.c stultos inuitat, ut supra lectum est dicẽs: Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi uota mea. *c ¶ Miscuit uinũ, etc.*] Diuinitatis suæ arcana capere non ualentibus, assumptæ humanitatis sacramenta patefecit, & scripturæ sacræ pabulum nobis aperiendo præparauit. *d ¶ Misit ancillas suas, etc.*] Prædicatores infirmos ac despicabiles elegit, qui fideles populos ad superna patriæ cœlestis ædificia colligerent. *e ¶ Si quis est paruulus ueniat ad me, etc.*] Paruulos dicit humiles: insipientes uero eos qui de mũdanæ sapientiæ fastu nil habent. Tales autem uocat, ut eos sua doctrina sapientes reddat & altos *f ¶ Venite comedite panem meum & bibite uinum, etc.*] In pane, diuina eloquia: in uino mixto, coniuncta in unam Christi personam deitatis & humanitatis eius natura exprimitur, ut supra dictum est. Vel certe in pane, corporis ipsius: in uino mixto, sanguinis sacrosancti mysterium, quo in altari, mensa uidelicet eius satiamur, ostẽditur. *g ¶ Relinquite infantiam, etc.*] Post oblatas epulas addit & uitæ monita, ut quos perceptis suæ incarnationis mysterijs refecit, doctrinæ pariter instruat uerbis. *h ¶ Qui erudit derisorem ipse sibi, etc.*] Quasi interrogates, cur sapientia paruulos præ cæteris, & insipientes ad suas inuitaret epulas. Ideo, inquit, feci: quia frustra laborat qui uerbum sapientiæ inculcare nititur ei qui audire contemnit, sapientiorem se doctore & maiorem existere credens. *i ¶ Noli arguere derisorem ne oderit te.*] Derisor est Iudæus siue hæreticus seu omnis hypocrita: qui ob hoc quod iustum se esse æstimat, uerba correptionis nequicquam recipit. Non est timendum ne tibi derisor cum arguitur contumelias inferat, sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium peior fiat. Ideoq; tibi aliquoties ab eius correptione nõ tuæ timiditatis, sed dilectionis eius gratia cessandum. *k ¶ Argue sapientem & diliget te. Da sapienti occasionem, etc.*] Sapientem in profectu positum: id est, amatorẽ sapiẽtiæ dicit, quem supra pro C humilitate paruulũ nuncupauit, nam perfectus sapiẽs non habet opus argui. *l ¶ Mulier stulta & clamosa plenaq; illecebris, etc.*] Mulier hæc hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, quæ sua superius sacramenta cecinit: stulta scilicet per fatuum intellectum, & clamosa per garrulitatem: plenaq; illecebris uitiorum, & nihil omnino sciens, sicut ait Apo- Gal.6.a stolus: Qui se existimat scire aliquid cũ nihil scit, ipse seducit se. Sedit autem & ipsa in foribus domus suæ, id est, in doctoribus falsitatis qui in penetralia perfidiæ miseros fallendo introducunt. Super sellam autem, quia cathedram sibi prædicationis usurpat. Hæc est cathedra pestilẽtiæ, in qua beatus uir sedere detrectat. *m ¶ In excelso urbis loco.*] Dicit de sapiẽtia, quia in summis excelsisq; uertic bus dat uocem suam, sed illa in sublimitate uirtutũ, hæc in supercilio elationis attolli-

lumnas septem. Immolauit uictimas suas. Miscũit uinum & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut uocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Si qũis est paruulus ueniat ad me, & insipientibus locuta est: Vẽnite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis. Relinqũite infantiam & uiuite, & ambulate per uias prudentiæ. Qũi erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam: & qui arguit impiũ, generat maculam sibi. Nòli arguere derisorem ne oderit te. Argũe sapientẽ & diliget te. Da sapienti occasionẽ, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Principiũ sapientiæ timor domini, & scientia sanctorũ prudentia. Per me em multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni uitæ. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ super sellam: in excelso urbis loco: ũt uocaret transeuntes per uiam, & pergentes in itinere suo. Qũis est paruulus, declinet ad me, & uecordi loquuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit rauit tur. *n ¶ Vt uocaret transeuntes per uiam, etc.*] Vocat hæresis ad perfidiam sæpe catholicos: quos iter rectum agere, & uiam seculi huius transire citius uelle, atq; ad æternam patriam festinare conspicit. *o ¶ Quis est paruulus declinet ad me, etc.*] Sapientia paruulos atq; insipientes ad suum cõuiuium penè eisdem uerbis uidetur inuitare. Sed distat, quod illa simpliciter ad se uenire: hæc autem quos uocat ad se declinare suadet: quia illa nimirũ ad rectum actionis iter quos errantes cernit, accersit: hæc recte gradientes, ab itinere suo deuiare, & ad se diuertere docet. *p ¶ Aquæ furtiuæ dulciores sunt, etc.*] Aquæ furtiuæ, & panis absconditus, doctrina hæreticorum, quæ stultis ac perditis suauior uidetur. Sapientia palãm mẽsam proposuit, & miscuit uinum suum. At stulta mulier nil meracum habens, ad aquas furtiuas, & absconditũ panem quoscunq; ualet, aggregat: quia catholica ecclesia palãm mundo diuinorum eloquiorũ conuiuia paradit: diuinitatis & humanitatis Christi mysteria celebrãda præcipit. Vel certe in uino mixto, historicam simul & allegoricam auditoribus suis scientiam propinat, ut pro suo quenq; captu, uitæ poculis reficiat. At hæreticorum doctrina, publicæ fidei & professioni, sua secrerim decreta præponit, & cum nil spirituale habeat, suauiorem se catholicis pastoribus scientiam iactat docere, ut scilicet libentius audiantur, & agãtur quæ palãm in ecclesia dici credicq; prohibentur, & dulcius hauriatur insipientia quæ putatur scientia, cuius prohibita fuerat audientia. Potest in aquis furtiuis, baptisma hæreticorum, in pane absconditо, eorundem sacrificium designari. At iuxta literam: Mulier adultera, in aquis furtiuis & pane absconditо, prohibita & illicita connubia dulciora asseuerat. *q ¶ Et ignorauit quod gigantes ibi sunt, & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi defecen. etc.*] Nescit adultera, nescit hæreticus: quia immũdi spiritus suas domos habitãt, & qui in profundis

A inferni pœnas luunt æternas: ipsi actibus luxuriosorũ, ipsi hæreticorum dogmatibus, quasi cõiuuis delectantur opimis. At cum rite in ecclesia, Christi sacramẽta celebrantur, Christi uerbum auditur & conseruatur: qui est sapientia dei, cõstat quod angelicæ uirtutes ibi sint, & in excelsis cœlorũ, cõiuiæ fidelium. Panem enim cœli dedit ei, panem angelorum manducauit homo.

Psal. 77.c

COMMENTAR. Bedæ Presbyteri in Parabolas Salomõis, Liber secundus. Cap X

PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Hierusalẽ.] Nouum ponit titulum: quia nouum genus locutionis incipit, ut non sicut prius de singulis bonorum malorũ ue partibus diutius disputet, sed alternis uersibus, actus utrorũq; describat. b ¶ *Filius sapiens lætificat patrem: filius uerò stultus, mœstitia est matri suæ.*] Qui accepta fidei mysteria bene seruat, lætificat deum patrem: qui uerò hæc actione mala, uel hæresi cõmaculat, matrem contristat ecclesiam. c ¶ *Non proderunt thesauri impietatis: iustitia uerò liberabit à morte.*] Et à transitoria morte sæpius, ut Danielem & tres pueros, à perpetua semper iustitia liberat. At uerò thesauri per impietatem congregati, & si aliquando à morte corporali uidentẽ eripere, plus tamen mali pro impietate qua acquisiti sunt, quàm cõmodi in eo, quod pro uita sunt dati conferunt. d ¶ *Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.*] Et si quando iustum impij fame affligunt, uel etiam necant, non lædat animam eius, quam dominus in uita futura suæ gloria uisionis cõsolatur, qui & easdem impiorum insidias, in ipsos iustè iudicando retorquet. e ¶ *Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat.*] Qui negligenter uiuit in hoc sæculo, egebit bonis in futuro. At qui fortiter domino militat, diuitijs æternæ beatitudinis remunerabitur. f ¶ *Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis.*] Qui congregat Christo animas fidelium, filius sapiens est: & quidem messis hæc multa est, operarij autem pauci. Qui uerò hoc tempore acceptabili à sua salute curanda torpescit, confundetur in die retributionis. g ¶ *Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.*] Iustis dicet in iudicio: Venite benedicti percipite regnũ. Os autẽ impiorũ quod comessationi & ebrietati, & colloquijs malis seruiebat, iniquitate quã gessit, cõdemnabitur. Denicq; os illius operuit iniquitas, q in tormentis positus, linguã sibi in qua ob plura scelera plus punitus est, refrigerari quæsiuit. h *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.*] Et in hac uita boni bonos siue uiuentes siue defunctos, laudibus efferunt. Impiorum autem & actus detestantur & nomen: & in uita futura, iusti in dei laudibus uiuũt. Reproborum autem honor, nomenq; & laudes, putribus gehennæ supplicijs mutant: ubi uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. i ¶ *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat uias suas, manifestus erit.*] Qui simpliciter se uiuere nouit, facilè cuncta spernit aduersa: qa se per hæc ad gaudia uenturum esse cõfidit, dicens cum propheta: Dominus defensor uitæ meæ, à quo trepidabo. Dum appropiant super me nocẽtes, ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderũt. At qui præuis incedit uijs, nolẽs licet, patescit: ac digna factis recipit: Nihil enim occultum quod non reueletur. k ¶ *Qui annuit oculo, dabit dolorem.*] Qui in nutibus oculorum irridet aliquem, non euadet sine dolore tormẽti aut pœnitudinis, de qua alibi dicit psal misista: Qui oderũt me gratis, & annuunt oculis. Vel certè qui annuit oculo, dabit dolorem: quia filius stultus, mœstitia est matri suæ. l ¶ *Stultus labijs uerberabitur.*] Vel suis uidelicet quibus damnari meruit: quia mors & uita in manibus linguæ. Vel eorum à quibus (quia corrigi non potuit) sentẽtiam damnationis accepit. Quomodo psalmista, cum ait: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa: Virunq; à domino quærit: ut & ipse labia iniqua, ac linguam dolosam non habeat: & aliorũ iniquitate ac dolis minimè possit decipi. m ¶ *Vena uitæ, os iusti.*] Et dominus de doctorib. Qui credit, inquit, in me, sicut scriptura dicit, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. n ¶ *Os autem impiorum, operit iniquitatem, etc.*] Impij sunt, qui uel sua uel proximorum errata, ne ad sanitatẽ perueniant, defendendo conteguntur: quod execrans propheta, dominũ orat, ut nõ declinet cor suũ in uerbũ malũ ad excusandas excusationes in peccatis. o ¶ *In labijs sapientis inuenietur sapientia, etc.*] Virga in dorso, est uindicta in posterioribus, id est in sequenti uita: quã bene plaga illa famosa qua Philistæi in natibus feriebãtur, exprimit: Qui ergo nõ uult uirgam in dorso portare, portet in labijs sapientiã, loquat laudes Christi, & præcepta prædicet. Verum quia semper dominũ laudare, non autẽ semper docere, nec omnia quæ nouit, omnes docere sapienti cõuenit, rectè subditur. p ¶ *Sapientes abscondunt scientiam.*] Scientes uidelicet, quia tempus tacendi & tempus loquẽdi. Vnde propheta: Dum confiteret, inquit, peccator aduersum me

Dan. 6.c & 3.c

Mat. 9.d

Ibid. 25.c

B

C

D

Psal. 26.d

Mat. 10.d

Psal. 34.d

Infra 15.d

Psal. 102.d

Ioan. 14.f

Psal. 140.d

1. Reg. 2.b

Eccle 3.b

Psal. 31.a

A me, obmutui: & humiliatus sum, & silui à bonis. Et Apostolus: Nihil me iudicaui scire inter uos, nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum. a ¶ *Os autem stulti, confusioni proximum est.*] Quia uel inordinate bona, uel aperte loquitur mala. b ¶ *Substantia diuitis, urbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum.*] Diuites confidunt in diuitijs, quasi in urbe munita. Pauperes ideo pauent, ne deficiant: quia se norũt egenos. Spiritualiter, qui in deum diues est per bona opera, cõfidit in illo quasi in urbe inexpugnabili: quia à nullo possit hoste superari. At qui uirtutum inopia coangustantur: ideo cœlestibus egent diuitijs, quia noxio pauore timent duros pro domino tolerare labores. c ¶ *Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est.*] Si ergo uerax & sapiens esse desideras, odiũ necq; in abscondito cordis cõtege, nec per oris contumeliam profer: sed tuum & cor dilectione, & os ueritate repleatur. d ¶ *Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorũ pro nihilo.*] Sanctorum prædicatio igne spiritus succincta: uelut argentũ examinata. Argentum quippe uel aurum, si reprobum est, igne consumitur: si uero probatum igne declaratur: sic nimirum est sensus uniuscuiusq; operantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur, ostenditur: hoc est, sapientia huius mundi, seu hæreticorum dogma apud eos qui in uerbo dei eruditi esse noscuntur pro nihilo existimatur. e ¶ *Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est uiro prudẽta.*] Prudentia à prouidendo nomen accepit. Stultus igitur est qui gaudet in scelere. Sapientis autem est & eius qui uiri nomine dignus sit præuidere: quia risus dolore miscebitur, & gaudia peccandi, pœna sequetur ultionis. f ¶ *Quod timet impius, ueniet super eum, desiderium suum iustis dabitur.*] De illo impio dicit, qui sciens peccat. Timet ergo impius uidere districtum iudicem: Desiderant iusti dissolui & esse cum Christo. Ille ne terrenis gaudijs priuetur, & sempiterna ultione plectatur: isti ne incolatus eorum prolongetur: sed præmia pro quibus certauere, percipiant: utrisq; autem quod corde tenent, ad ueniet. g ¶ *Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum, etc.*] De persecutoribus ecclesiæ dicit, qui domum fidei subuertere quærunt: sed illa in uero fundamẽto, hoc est, in Christo collocata, ipsi extemplo dispereunt. h ¶ *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum, etc.*] Sicut acetũ dentibus, & fumus contrarius est oculis: ita sacerdos in ecclesia prauus per acredinem peccati fidelium sensus obtundere facit: atq; erroris ignorãtia oculos cordis eorum ab intuitu fidei

1. Cor. 2.a

B

Infra 19.b

Phil. 1.c

C

seu intellectu rectitudinis, dum caligãt, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctorib. molestiam generat & lachrymas, sic male uiuẽs catholicus eis qui fidem suam ex operibus ostendere iusserũt per ineruam grauis est. Oculi quippe & dentes, prædicatores sunt sanctæ ecclesiæ, qui ei & recta itinera præuidere, & alimenta spiritualia sugere solent. Porrò acetum quod à uino degenerat: & fumus qui ab igne ascendẽs euanescit, eos qui ab ecclesiastica suauitate & charitate per superbiam uel socordiã recedentes, hanc etiam uerbis impugnant, figurate denunciãt, de quibus dicit Ioãnes: Ex nobis exierũt, sed non erant ex nobis. i ¶ *Timor domini apponet dies, & anni impiorũ breuiabũtur.*] Qui deo fideliter seruiũt, æterna luce donabuntur: at qui impietati mancipantur, cum hac uita perdunt bona quæ amant. k ¶ *Expectatio iustorum lætitia, spes autẽ impiorum peribit.*] Patet quia iusti lætantur in expectatione uitæ sequentis, quamuis contristentur afflictione pressuræ præsentis. Vnde est illud: Tu es mihi refugiũ in pressura quæ circundedit me, exultatio mea. At uero impij qui se putant in futuro requieturos, aut certe nullos post mortẽ futuros, falluntur. Necq; huic repugnat sententiæ quod supra dictũ est: Quod timet impius, ueniet super eum. Sunt enim qui scientes futurorũ bonorũ malorũq; iudiciũ: nihilominus negligentia uel desperatione, uel etiam de industria peccant: talibus ergo interitus quem timent, euenit. Sunt qui mala faciunt, & aut nunquã punienda æstimant: aut ut bene gesta, ideoq; bona mercede remunerãda iudicãt, de quibus recte dicitur: Quia spes impiorũ peribit. Nam & de his qui scientes delinquũt, subsequenter adiũgit. l ¶ *Fortitudo simplicis, etc.*] Si inquit, abdita scripturarũ comprehendere non uales: non tamen de salute desperes, sed gradere uiam dñi, age bona quæ nosti, & inter fortes connumeraberis. Sed merito paucæ sunt illi, qui recta quæ nouerunt, facere contẽnunt, quia certa restant quæ sequantur mala.

D

Psal. 31.b

CAP. XI

STatera dolosa, abominatio est apud deum: & pondus

Prou. 11.a

Deut. 25.b

Leuit. 19.b

Ezech. 45.b

Amos 8.b

Mich. 6.b

Apoc. 18.b

Ezech. 28.b

Psal. 61.b

Ezech. 7.b

Psal. 48.b

Iob 20.b

Psal. 36.b

Psal. 72.b

Psal. 91.b

Psal. 111.b

Psal. 111.b

Psal. 111

domino. At qui sinceriter agit in omnibus, qui causam & causam æquitatis discernit: is nimirum iusti iudicis uoluntati, & actioni congruit. *a* ¶ *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.*] Quia superbi uel contumeliosè se gerunt per contemptū, siue per ignorantiam disciplinæ, uel proximis contumelias ingerunt: uel certè quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. *b* ¶ *Vbi autem humilitas, ibi & sapientia, etc.*] Abscondisti, inquit, hæc à sapientib. & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, id est humilib. *c* ¶ *Mors tuo homine impio, nulla erit ultra spes.*] Heu misere hanc sententiam pertransijt Origenes: qui post uniuersale extremumq; iudiciū, uitam crēdidit omnibus impijs & peccatoribus dandam. Notandum autem quod & si impijs post mortem spes ueniæ non est: sunt tamen qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui: uel pœnis uidelicet castigari, uel suorum precibus & eleemosynis, missarumq; celebrationibus: sed hæc quibuscunq; fiunt: & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. Qui uerò se lōgo post iudiciū tempore liberandos putant, falluntur: & fortasse ad eos pertinet quod sequitur: *d* ¶ *Et expectatio sollicitorum peribit.*] Item alia est sollicitudo qua boni semper ad implenda dei præcepta sunt præcincti: alia qua reprobi cum scienter peccant, solliciti metuunt: quādo æternam rapiantur ad pœnam. Ideoq; rectè expectatio eorum qui deo sollicita mente seruiunt, coronabitur: eorum uerò qui deum contemnentes, & ante iudicium propria conscientia se accusante condemnantur, Expectatio sollicitorū peribit. Hunc uersum longè aliter habet antiqua translatio quæ ait: Defuncti hominis iusti, non periet spes: gloria autem impiorū peribit. *e* ¶ *Iustus de angustia liberatus est, etc.*] Martyr quisq; de angustia passionis liberatus est post mortem: & tradetur in pœnam pro eius causa persecutor qui illū angustiauit. Iacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere saluatus: & Herodes qui eos persecutus est, à uermibus uisibiliter cōsumptus, raptus est, ubi inuisibiliter uermis eius non morietur: & ignis non extinguetur. *f* ¶ *Simulator ore decipit, etc.*] Hæreticus simulans doctrinam catholicā, decipit auditorē suū: qui autē iustē ueritatē sequuntur euangelij, liberabuntur scientia catholica, ne decipula rapiantur hæretica. *g* ¶ *Qui despicit amicū suum, etc.*] Non est despiciendus uel deridendus à nobis, qui nos simpliciter amare probatur, etiā si ineptè quid per imperitiam faciat: qui enim hoc facit, indigens est sapientiæ. At uerò prudens quisq; de talium cōmissis publicè tacet: sed hæc occultè castigat. Quod idem in sequentibus uersiculis arctius inculcatur cum dicitur: *h* ¶ *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, cælat amici cōmissum.*] Et in euāgelio dominus dicit: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecū adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium, stet omne uerbum, & cætera. Vnde & hic rectè subinfertur: *i* ¶ *Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa consilia.*] Ne enim te putares amici cōmissa, si corrigere non potes, ultra cælare debere: rectè dicit populum sine gubernatore corruere: saluari autem ubi multa sint consilia: ut ostendat quod solus emendare non uales, pluribus esse reuelandū, ut una animā omnium corrigatur industria. *k* ¶ *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.*] In prōptu est literæ sensus. Sed est à sorte sanctorū extraneus, qui peccata sua pœnitendo corrigere dissimulat: & quicunq; talibus, uel cōmunionis gratiam concedit, uel uitam promittit æternam: quia pro extraneo fidem facit, seipsum profectò ante districti iudicis oculos, ultione dignum reddit. Vel ille pro extraneo fidem facit, qui indignus ad sacerdotium anhelans, in sponsionis suæ fide animas proximorum suscipit. *l* ¶ *Qui autem cauet laqueos, securus erit.*] Securus erit in futuro, qui nunc bene formidolosus, & sua sedulus errata per pœnitentiam curat, & ab impœnitentium se societate seruat immunem. *m* ¶ *Mulier gratiosa inueniet gloriam.*] Mulier gratiosa, sancta ecclesia intelligitur: quæ in præsenti uita, gratia dei, hoc est, charismatum donis repleta est, & in futuro gloriam æternam adepturā est. *n* ¶ *Et robusti habebunt diuitias.*] Robusti, sunt omnes perfecti qui in hac uita præsenti per donum spiritus sancti uirtutum diuitias possident, & in futuro æterna beatitudine perfruentur. *o* ¶ *Manus in manu, etc.*] Qui manum iungit in manu, nil utiq; operatur: sed manus in manu, non erit innocens malus: quia & si ab iniqua actione manus ad horam subtrahit, cordis tamen innocentiam manus habere non ualet. Vnde & præmittitur: Abominabile domino cor prauum. *p* ¶ *Semen autem iustorum saluabitur.*] Hoc est quod supra dicitur: Seminanti autem iustitiam merces fidelis. Vel certè, semen iustorum saluabitur: quia qui præcedentiū iustorum exempla sectantur, horum quoq; uestigia ad uidenda saluti æternæ gaudia sequūtur. De quibus Esaias: Omnes qui uiderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit dominus. *a* ¶ *Circulus aureus in naribus suis, mulier, etc.*] Circulum aureum si in narib. suis infixeris, nihilominus ille terrā uertere naso, & uolutabro luti properat immergi: ita mulier fatua si pulchritudinem uultus uel habitus acceperit, suam tamen faciē ad infima declinare, suam speciositatē ad euertendos ubiq; castitatis flosculos circumferre: & se cœno uoluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentum diuinorū eloquiorum meditādo consequitur, sed hoc male uiuendo insequitur, circulum aureum habet in naribus, sed more suis terram subigere non desistit: quia quod odore iustitiæ percepit, immunda actione sordidauit. Ideoq; talis anima, mulier pulchra & fatua esse censetur, quia carnalibus dedita illecebris, pulchra est per scientiā, sed per actionem, fatua. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore uidit eloquij respl endere, nec tamen sapientiæ apto intellectui cōgruere, circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra & circunflexa locutio in sensibus mentis stultæ: cui ex eloquio aurum splendet, sed tamen ex terrenæ intentionis pondere more suis ad superiora non respicit. Quod se cuius exposuit dicēs: Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica. Pulchra per uerbum, fatua per intellectum. *b* ¶ *Desiderium iustorum omne bonum est, etc.*] Desiderium iustorum, regnum cœlorum, expectatio uero impiorum, furor iudicij uenturi. Semper iusti iustitiam ubiq; regnare desiderant: at impij etiam cum quiescere ab impietatis executione uidentur, proposito tamen diræ mentis ad inferendam cuilibet uim furoris intendunt. Et hoc est quod supra dicitur: Manus in manu nō erit innocens malus. Item: Præstolatio impiorum, furor: Quia plerunq; ira per silentium clausa intra mentem uehementius æstuat. *c* ¶ *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.*] Quia centuplum accipiunt in hoc tempore, & in seculo uenturo, uitā æternam. Electi qui proprias substantias præsenti in uita ob amorem regni cœlorū indigentibus per eleemosynas diuidunt, ditiores fiunt in cœlestibus & spiritualibus donis, quàm olim fuerāt in terrenis & carnalibus possessionibus. *d* ¶ *Alij rapiūt non sua, & semper in egestate sunt.*] Semper, inquit, in egestate: non solum in tormentis, ubi nec stillam aquæ, unde ad modicum refrigerentur, accipiunt: sed & in præsenti, ubi quamuis innumera rapiat, semper auarus eget. *e* ¶ *Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur.*] Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit: & dum sacro eloquio mentem auditorum deebriare nō desinit, potu multiplicis muneris deebriatus exercescit. *f* ¶ *Qui abscondit frumenta, etc.*] Qui sanctæ prædicationis apud se uerba retinet, talis maledicitur in populis: quia nō solum culpa silentij, sed pro multorū quos corrigere potuit, pœna damnat. Ipse est seruus piger & malus, q pro retentione talenti quod accepit, in exteriores tenebras missus est. Vendunt aūt frumentū, qui uerbū uitæ audientibus conferūt, à quibus precium fidei & cōfessionis recipiant, dicente dño: Negociamini dum uenio, quorum capiti benedictio superuenit, dum singulis de tali negocio redeuntibus dñs dicit: Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. *g* ¶ *Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui, etc.*] Bona quærere quæ facere debeas, quib. ad cœlestia bona peruenias, hoc est bene diluculo cōsurgere: id est crescente luce scientiæ ad bonū opus accingi. Vel certe bene, id est, ad uitam consurget in tempore resurrectionis, qui nūc bona quærit in tempore operationis. Qui aūt mala quæ dicat siue agat modo solers iniquirit: tunc eorū pondere ne ad altiora regni perueniat retardatur. *h* ¶ *Qui confidit in diuitijs suis corruet: iusti autem quasi uirens folium germinabūt.*] Qui præsentibus bonis inhians futura non cogitat, utrisq; in nouissimo carebit: qui autem spe futurorū præmiorum bona faciunt in præsenti, iuste quod sperant, accipiunt. Virens quippe in arbore folium, fructus quos nondum ostēdere habet, signat affuturos: & iusti quasi uirens folium germinant: quia spe salui facti, in fide ac uirtutum gratia proficere non cessant. *i* ¶ *Qui cōturbat domum suam, possidebit uentos, etc.*] Stultus, est peccator qui libet, qui dum uitam sapientis, hoc est, iusti inuidet atq; inuidendo persequitur, ad probationē eius uelut ignis auro deseruit. Qui mētem suam tumultibus cogitatuū noxiorum cōturbari nō metuit: hanc utiq; malignorū spirituū fluctibus quibus obruatur, aperit. Et qui stultus est, sapientem persequitur. Per hoc ei etiam dominando seruit: quia patientiam eius premendo probatiorem reddit: ut se uidelicet damnato, ille brauiū pro quo certabat, accipiat. *k* ¶ *Fructus iusti, lignū uitæ.*] Merces iusti, uisio est Christi: Ipse nanq; est sapientia, de qua dictum est: Lignū uitæ est amplectentibus eam. Et in Apocalypsi: Qui uicerit, inquit, dabo ei edere de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Et hūc fructum modo iusti expectant, quandiu sicut prædictū est, quasi uirens folium germinant. *l* ¶ *Et qui suscipit, etc.*] Qui animarū curam pro dño suscipit: ut eas scilicet uel errantes doceat, uel mœstas consoletur, uel egentes temporalibus bonis sustentet: uel renitentes ad remedia salutis pertrahat: uel pastore destitutas gubernet: quo una secum plures ad dñm perducat: qui, inquam, ita animas suscipit, sapiens est. Quia nimirū suæ animæ per hæc unde sublimius cum dño regnet, procurat. *m* ¶ *Si iustus in terra recipit, quanto, etc.*] Si sancti martyres tanta passi sunt iusti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affligebant iniustē? Si Iob & Tobias, cæteriq; dei electi tāta in hac uita receperunt aduersa: quid cōtristaris, si te qui tam longe à iustorū uestigijs iaces, tentans ad modicū afflictio tangit? Et quidem te & si impiū dicere aut credere non debes: peccatorem tamen te esse, id est, aliqua habere peccata parua siue magna, apta siue occulta, inficiari nō debes: imò cōfiteri debes, ne tepse seducas, & ueritas in te esse nō possit. Si ergo iusti in terra cœperūt,

Abel

A Abel martyrij, & Iob exempla patientiæ: quanto magis impij Antiochus, atq; Herodes, & peccatores in euangelio paralytici, qui nō nisi dimissis primo peccatis, curari à domino potuerunt? Notandum quod hanc sententiam Petrus in epistola iuxta antiquam translatio-

1.Pet.4.d nem posuit, dicēs: Et si iustus uix saluabit̄, impius & peccator ubi parebunt?

Cap. XII

Qui bonus est, hauriet à domino gratiam: qui aūt, etc.] Horū uersiculorū cōnexio talis est: Qui bonus est, non confidit cogitationib. suis: sed domini gratiam quærit: ac per illam accipit, ut pie uiuere possit. Qui autem cogitationibus suis confidit, bonus esse nequit. Nam quia gratiam superni adiutoris petere non curat, merito in impia actione perdurat. b ¶ *Mulier diligens, corona est uiro suo, & putredo in ossibus, etc.*] Patet literæ sensus: Quia mulier bona & casta, honorē uiro suo præbet in o-

B mnibus eius uirtutibus: ipsa domum bene regens, quasi gratiā addit coronæ. At uerò adultera, & si foris speciosa paret, intus tamen fœtore luxuriæ suæ membra inquinat. Verū spiritualiter, ecclesia coronā Christo nō aliam quàm seipsam offert:

Psal.76.b omnes enim qui in circuitu eius sunt, offerunt mune-

Eccli.50.b ra: & filius Sirach de magno sacerdote, ipse stans iuxta aram, & circa illū corona fratrū. At ossa, id est, uirtutes quas hæreticorū factio cernitur habere, putredo praui dogmatis corrumpit. c ¶ *Cogitationes iustorum, etc.*] Iusti sua facta si domino placeant, sedula meditatione dijudicāt: ne forte ipsis minus solicitis, supernus arbiter cōtra eos inuisibiliter aduersa disponat, iuxta illud Apo-

1.Cor.11.g stoli: Si nosmetipsos dijudicaremus, non utiq; dijudicaremur. At reprobi diuini timoris obliti, de fraude quā faciunt, sua consilia cogunt. d ¶ *Verte impios & non erūt, domus autem, etc.*] Versū de hac uita impij, non erūt quod fuerant: quia post mortē non qualia credebant, inueniunt: sed spe sua frustrati, pro præmijs tormenta recipiunt. Domus autē iustorū, id est, ecclesia: quæ partim peregrinatur in terris, partim regnat in cœlo: nunc̄ deficit, sed quæcunq; membra eius hinc illò peruenium:

Alia expo. ibidem gaudia quæ sperabant, inueniunt. Aliter: Verte impios & non erunt: Quod multa impietas in dijs gentiliū, multa in sectis hæreticorū, multa in præstigijs magorū, multa in persecutionibus extitit paganorū: sed & his domino donante subuersis, ablata est pariter & memoria impietatis eorū: etiam ipsi apices stulti, ipsa dogmata igne rapta: ut in Epheso actū tempore apostolorū

Act.19 legimus. Domus autem iustorū permanebit, quia sancta ecclesia nunc̄ uel abscondi potuit uel auferri: nihil ex eius corrūpere scripturis, in nullo eius fidē uiolare, tanta temporū lōgitudo prævaluit. Potest & ita intelligi:

Verte impios & non erunt: conuerte eos ab impietate: & non erunt iam impij, sed iusti: pro quo alia translatio dicit: Quocunq; se conuertit scelestus, exterminabitur: cui cōtra de sanctis dicitur: Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. e ¶ *Doctrina sua noscitur uir.*] Viros uocare scriptura solet eos, qui uirtutib. sunt prediti diuinis. Vnde Apostolus: Vigilate, state in fide, uiriliter agite. Doctrina ergo sua quisq; uir esse noscitur: quia si recta docet, & hæc operib. implet, sanctus esse colligitur. f ¶ *Qui autem uanus & excors est, patebit contemptui.*] Quia scilicet ipse uirilis animi fortitudinem habere contempsit. g ¶ *Melior est pauper & sufficiens sibi, etc.*] Melior est idiota & simplex frater, qui bona quæ nouit operans, uitam meretur in cœlis, quàm qui clarus eruditione scripturarum, uel etiam doctoris functus officio, indiget pane dilectiōis. De cuius dilectionis ea parte, quæ ad proximū pertinet, subsequenter adiungit. h ¶ *Nouit iustus animas iumentorum suorum.*] Id est, miseretur & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorū sibi cōmissorū. i ¶ *Viscera autem impiorum crudelia.*] Qui non solum non compatiuntur subditis, sed etiam iuxta hoc quod dominus

Luc.12.f ait: percutiunt pueros & ancillas, dicentes: Moram facit dñs meus uenire. k ¶ *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, qui autem sectatur ocium, etc.*] Ille terram suam strenuè operatur, qui arcana cordis sui per quotidiana exercitia, per legis meditationē, per uigilantiam mentis, quasi qui exercet agriculturā, instanter erudit: atq; spiritualibus cibis uelut panibus, ne fame ignorantiæ pereclitetur, interioris hominis sui sensum reficere nō desistit. Qui exercet animam suam spiritualibus studijs: & nunc uirtutibus, & tunc dapibus saturabitur præmiorum. Qui autem pro salute animæ suæ nunc laborare detrectat, tūc inter stultos reprobabitur: tametsi nūc uel diuina, uel mundana sapientia gloriosus uidetur. l ¶ *Desiderium impij, etc.*] Desiderat impius præcedentes malos imitari: & de illorum uita atq; actibus loqui. Vel certè desideriū eius eò tendit, quamuis ipso nesciente: ut cum prioribus iniustis, æternæ mortis carcere claudatur. Verū quia tales exitū quem minimè præuident, incurrunt, dicit econtra de bonis. m ¶ *Radix autem iustorum, etc.*] Quia nimirū fides, & charitas electorū, quæ radicati sunt in Christo, nequaq̄ eos fallit, sed ad perfectiora semper crescens, pluſq̄ sperare nouit, in futuro percipiet. n ¶ *De fructu oris sui, etc.*] Fructus oris est sermo bonus. Nam qui mala loquitur, non fructum ore generat, sed damnum. Omnis igitur qui bona loquitur, bonis donabitur æternis: si tamē his quæ loquitur actu non repugnat. Hoc etenim uigilanter adiūgit, cum dicit

A dicit. a ¶ *Et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.*] Neque enim aliter fructuosus fit suus sermo doctori, nisi ipse prior faciat bona quæ docet. b ¶ *Fatuus indicat statim iram suam, etc.*] Qui se in præsenti desiderat ulcisci, fatuus est: qui autem pro domino iniuriam contemnit, sapiens. Hūc uersiculum alia translatio sic habet: Stultus eadem hora pronunciat irā suam: occultat autem ignominiam suā astutus. Non autem ignominiosam iracundiæ passionem ita à sapiētibus occultandā esse decernit, ut eius uelocitatem culpans, non prohibeat tarditatē: quam utiq; si per necessitatē humanæ infirmitatis irruerit, ideo censuit occultandam: ut dum ad præsens sapienter obiegitur, à sapientib. amoueatur, & in perpetūm deleatur. Hæc eñ est natura iræ, ut dilata lāguescat & pereat: prolata uero magis magisq; ferueat. c ¶ *Est qui promittit, etc.*] Promittunt se nōnul-

B li obedire ueritati, sed ubi tentatio terrens siue blandiens impedimentum præstiterit, deserunt quidem cœpta: sed tamē cōscientia promissi, quasi gladio punguntur. d ¶ *Lingua autem sapientium est sanitas.*] Quia & bona quæ promittūt, ipsi perficiendo ad uitam perueniunt, & alijs quæ sequantur, prædicando demonstrant. e ¶ *Labium ueritatis firmum, etc.*] Labiū ueritatis, est prædicatio apostolorum atq; prophetarū: quorum locutio dum à tramite ueritatis non deuiat, in æternum firma persistit: quia dissolui minime potest. Testis repentinus, doctor est hæreticorum, qui ab eorum dictis aberrans: dū ea quæ recte non sentit, repente pronunciare cupit: mendaciū potius quam ueritatis locutionē cogitatiōe sua cōponit. Fides ecclesiastica semper manebit: qui aūt repēte noua dogmata infert, mēdacij est minister. f ¶ *Homo uersutus, etc.*] Versutus hoc loco in bono intelligit: id est sapiēs & prudēs, qui nonnunquā de industria, suā cælat scientiā: duplici nimirū ratione:

Matt.7.a uel nō ualēs infirmis auditoribus loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: uel nolēs dare sanctū canibus, neq; ante porcos margaritas proijcere. g ¶ *Et cor insipientium, etc.*] Quando uel ipsi plus appetentes sapere, q̄ oportet sapere, eò usq; meditādo prosiliūt, ut pro sapientia, stultitiam teneant. Vel certe alios quæ necdū capere queunt, docere nitentes, ad maiorem eos stultitiam prouocant: & quasi saucijs oculis lumen ingerentes solis, modicū lucis, quod cernere uidebantur, auferunt. h ¶ *Manus fortium dominab. etc.*] Perfecti quippe non solum uitiorum bella superant, sed & electis fratribus maiori uirtutum gratia principantur. Qui autem

dissoluti animo peccatis implicari nō metuūt, pessimo exactori diabolo tributa uitiorum quotidie soluūt: etsi non dominium eius uituētes pœnitēdo euaserint, post mortē traditi eidē in carcerē ab eo pœnarū mittuntur æternarū, iuxta quod dominus in euāgelica parabola testatur. Neq; eñ de taliū correctione desperandum est, cum protinus adiūgatur. i ¶ *Mœror in corde uiri humiliabit illum: & sermone bono lætificabitur.*] Quia nimirū necesse est ut prius peccatorem mœror pœnitentiæ salubriter humiliet: & ita posmodum per iudiciū sacerdotis, sermo datæ reconciliationis lætificet.

Matt.5.d

h ¶ *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.*] Si hoc de generali pecuniæ largitione & puro homine amico recte dicit: quāto magis iustitiæ corona dignus est, q̄ propter eū qui dixit: Dico uobis amicis

Luc.12.d meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: uel uendens quæ possidet, pauperibus tribuit, uel rapinam bonorū suorū cum gaudio suscipit: uel certe ipsam in passione carnem mortificandam, siue occidēdam tradit. l ¶ *Iter autem impiorum decipiet eos.*] Cum uel sua reti-

D nere, uel aliena rapere gaudent. Vnde recte subiūgitur. m ¶ *Non inueniet, etc.*] Fraude nanq; acquisita pecunia, plus in anima damni q̄ lucri addit in arca: & qui propriam pro domino substantiam nouit dispēsare, remunerāte ipso, pro terrenis cœlestia dona recipiet. Aliter: Non inueniet fraudulentus lucrū: & substantia hominis erit auri preciū: qui fraudulenta mēte simulat se esse bonum, nequiter uiuens in occulto, nō inueniet bona uitæ sequentis. Qui autem substantiā uirtutū spiritualium ueraciter acquirit, mercabitur ex ea claritatem regni perennis, quod uerbis sequētibus apertius dicit.

n ¶ *In semita, etc.*] In semita enim iustitiæ, substantiā acquirit uirtutum: quibus æternæ uitæ claritas auro preciosior emitur. Iter autem prauum quo fraudulētus incedit perdito lucro temporali quod appetit: ad mortē quam præuidere noluit tendit sempiternam.

Caput XIII.

Fllius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, etc.] Tantum inter sapientem distat & stultū: ut hic aliquando profectu eruditionis ad eum qui se docuerat, docendū perueniat: ille ne cum arguitur, nouerit audire. p ¶ *Vult & non ult piger: anima autem oper. etc.*] Recte pigri uocabulo denotatur, qui uult regnare cū domino & non pati pro eo: delectant præmia, cum pollicentur, deterrent certamina cum iubētur, de quo Iacobus ait: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus

Iaco.1.d

A uijs suis. Et filius Sirach: Væ peccatori terram ingredienti duabus uijs: qui autem iussa operatur domini, ideo fatiūr, quia anima illorum perfecta supernorū dulcedine reficitur, iuxta eum qui dominū obsecrat dicens: Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea. Vel certe anima operantiū impinguabitur: quia q pijs p domino laboribus insudant, cœlesti & immarcessibili post labores corona donabuntur. a ¶ *Est quasi diues cum nihil habeat, etc.*] Dives sibi uidebatur ille qui indebatur purpura & byssō: & epulabatur quotidie splendide. Sed quia deū nō habuit, comperit in fine nihil fuisse quod habuit. Vnde dictū est de talib. Dormierunt somnū suum, & nihil inueherunt omnes uiri diuitiarū in manib. suis. Pauper econtra uidebat Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius, ulceribus plenus: sed in multis erat diuitijs, quia uirtutē habuit humilitatis, quia conditorem

B omnium diuitiarū, uidelicet deū corde gestabat. Quid autē ueræ diuitiæ ualeant: quid uera paupertas agat, subdēdo manifestat. b ¶ *Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ, etc.*] Qui ergo animam suā uult redimi à futura ira, congreget diuitias operum bonorum: Qui enim eget huiusmodi diuitijs, increpationem districti iudicis sustinere non ualet, de qua psalmista postulat, dicēs: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Alioquin pauperes non ibi increpantur à domino, sed benedictionem æternæ hæreditatis percipiunt. c ¶ *Lux iustorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur.*] Lux iustorum quę perpetuo lętificat, spes est futurorum. Lucet na impiorum quæ repente extinguitur, felicitas est seculi labentis. d ¶ *Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt cuncta consilio, reguntur sapientia.*] Iurgantur inter se semper hæretici, iurgantur & cæteri reprobi: quia uidelicet non norūt unitatem fidei & ueritatis. Fideles autem qui consilio diuinorū eloquiorum frui nō cessant, reguntur moderatione sapientiæ,

1. Tim. 6. b quæ eos iurgari non sinit. e ¶ *Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur.*] Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, neque ipsōs diuitias quas uel acquirunt uel cupiunt, perpetuo possident. Qui autem pro accipienda substantia prætiorum cœlestium iustis insistit laboribus, multiplicia supernæ beatitudinis munera percipiet, de quo apte subditur: f ¶ *Spes quæ differunt, affligit animam: lignum uitæ desiderium ueniens.*] Quia nimirum quandiu differtur spes æternorum, affligitur anima fidelium: uel pro dilatione uidelicet bonorum, quæ amat: uel pro illatione malorū, quæ tolerat. At ubi uenerit quod desiderat, facile obliuiscitur quod sustinuerat: quia in æternum uiuere incipit cum suo redemptore: quē tota intētione quærebat: ipse est enim lignum uitæ amplectentibus se. g ¶ *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.*] Qui bonæ rei detrahit, se in futurū obligat: quia qđ non debuit faciendo, pœnam sibi qua cōstringatur præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipse se in futurum obligat: Non ut p tali detractiōe pœnas luat, sed ut post detractionē sese cautius agat: quia nimirū quæ in alijs iuste reprehendit, in se impune non admittit, clamante Apostolo: Qui prædicas nō furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegiū facis: qui in lege gloriaris, p prævaricationē legis deum inhonoras. h ¶ *Qui autem timet præceptum, in pace uersabitur.*] Melius est ergo de sua quēq; fragilitate metuere, ne forte diuina præuaricetur imperia, quàm aliorum errata stulto ore lacerare. Dicente rursus Apostolo: Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos q spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis: considerās te ipsum, ne & tu tenteris. i ¶ *Astutus omnia agit cum, etc.*] Vbi omnia cum consilio docet agenda, diuinū potius quod sacris eloquijs inditum est, quam humanum intellige consilium. Fatuus est enim qui extra hoc consilium uiuit, quamuis naturaliter astutus esse uideat & prudens. De quo recte subditur. k ¶ *Nuncius impij cadet, etc.*] Arium dicit & Sabellium cæteroscq; angelos, id est, nuncios satanæ: qui quoniam consilium neglexere diuinarum scripturarum, deciderunt in malum gehēnalium tormentorum. l ¶ *Legatus autem, etc.*] Id est, catholicus quisq; prædicator, sanitatē sibi fuisq; auditoribus acquirit æternam. m ¶ *Desiderium si compleatur, delectat animam, detestantur stulti eos qui fugiunt mala.*] Omne desiderium siue bonum, siue malum sit: ubi ad effectum peruenerit, delectat animam. Sed stulti qui carnalibus solum desiderijs gaudēt, detestantur eos qui pro amore cœlestium, infima oblectamenta contemnunt. n ¶ *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, etc.*] Cum sapiētibus ire, est sapientium actus imitari. Quamlibet ergo simplex quisq; sit & rusticus, qui arcana sapientiæ comprehendere nequeat: si tamen sapientium exempla uiuendo sectatur, iure inter sapientes annumerabitur. Qui uero stultos non propter naturam, quia homines sunt: sed propter stultitiam, quia mimi sunt, uel histriones, uel aliqui tales, non ut instruendo corrigat, amat sed

A sed ut fauendo deteriores efficiat: alijs nimirū & si per ingeniū, uel doctrinam, sapiens uidetur, stultorum nota peccat: uel turpitudine dignus, simul & dānatione tenebit. a ¶ *Bonus relinquet hæredes, etc.*] Sæpe uidemus bonos sine filijs obire: imò maiora à dño præmia polliceri, his qui filiorū, p creatiōi uirginitatis castimoniam præpositi fuerint, sed & substātiam iustorum à peccatoribus tolli. Nam

Heb. 10. d & Apostolus glorificat eos qui rapinam bonorū suorū cum gaudio susceperunt. Vnde spiritualiter intelligēdum, quia bonus & iustus dñs est, qui post passionē suam ascendens in cœlū, reliquit hæredes suæ doctrinæ, apostolos & successores eorum: ad cuius fidem conuersa est multitudo gentium, quæ erat substantia diaboli. Intrauit nāq; in domum eiusdem male fortis aduersarij, & eum maiori uirtute conterens, diripuit arma eius in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuit, ut ipse in Euangelio testatur. Vel certe iusto substantia peccatoris custodita est, quādo ablatū est à Iudæis regnum dei, & datum est genti facienti fructus eius. b ¶ *Multi cibi in noualibus patrum, & alijs congregantur absq; iudicio.*] Absq; iudicio recto facit, qui diuitijs congregandis sedulus insistit, & has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ pauperibus dispensat, sed alijs post se dispēsandas reseruat: iuxta quod in superiore uersu iuxta literā dicitur: Et custoditur iusto substantia peccatoris: maxime cum sibi uictus abunde ex iure paternæ hæreditatis: neq; ulla pecunias colligendi necessitas incumbat. Hoc est enim quod ait: Multi cibi in noualibus patrū. Iuxta uero sensum spiritualem, multi sunt cibi alimoniæ cœlestis in dictis & exemplis uenerabilium patrū. Et absq; ratione facit, qui his legendis, meditādis, & exponendis instans: non suæ saluti per hoc, sed aliorum potius seruit: dum ipse ab his quæ legit, uel actibus reprobis, uel etiam in impietate sensus hęretici discrepat. Talis nāq; in noualibus, id est, operibus siue sermonibus patrum, optima institutione excultis: non sibi, sed alijs subsidiū acquirit: illis uidelicet qui tractatus eius legentes, arcana per eos spiritualis sensus, quibus interius reficiantur, inueniunt. Vtriq; autem sensui conuenit apte quod sequitur. c ¶ *Qui parcit uirgæ, odit filium suum, etc.*] Nam & pater bonus, filium: & discipulū, magister catholicus: ne ad iniquitatem deflectat, sollicitus erudit. Præcedentem autem uersiculum, antiqui interpretes ita transtulerunt: Viri iusti diuitijs annis multis fruentur: iniqui autem perient breuiter. d ¶ *Iustus comedit & replet animam suam: uenter autem impiorum insaturabilis.*] Iustus percipit cibos sapientiæ, qui in noualibus patrum, hoc est, in operibus ac uerbis præcedentium iustorum probantur exorti, & hos ad profectum animæ suæ bene uiuendo trajicit. Venter autem impiorū, id est, capacitas sensus hæreticorum insaturabilis, quia

1. Tim. 3. d sicut Apostolus ait: Sēper discētes, nunquā ad ueritatis scientiā perueniunt. Quare autem saturari scientia nō merentur: nisi quia nequaquam refecti cibis paternæ institutionis, alijs hoc congregant absq; iudicio?

Cap. XIIII. C

Sapiens mulier ædificabit domum suam, etc.] Et unaquæq; anima fidelis, & ecclesia per orbem catholica, mansionē sibi in patria cœlesti bonis actibus ædificat. At uero reprobi, ea quæ bene sunt à bonis ordinata, male uiuēdo, aliquā do etiam aperte repugnādo, dissipār. Quæ te autem stulti sapientium actus lacerent, sequētibus uerbis ostenditur, cū dicitur: f ¶ *Ambulans recto itinere, et timens deū, etc.*] Abominatio est essi peccatoribus bonorum religio: stultūq; uidetur incredulis, cum fideles propter dei timorem, nō tantum abijciunt timorem, sed & tormenta rident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc apte subiungitur. g ¶ *In ore stulti, uirga superbiæ, labia sapientium custodiunt eos.*] Quia stulti per uaniloquium, humiles quos despiciunt, affligunt: sed idem humiles spiritu per doctrinam se sapientia ne decipiantur, muniunt. h ¶ *Vbi non sunt boues, præsepe uacuum est: ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bouis.*] Hærent hæc superioribus. Boues nanq; doctores catholicos: præsepe, cœtum auditorum, segetes dicit fructus operū bonorum. Incassum ergo tumet superbus, & indocta eloquētia uerberat aures ac corda subiectorum: quia ubi non sunt docti prædicatores, frustra ad audiendū confluit turba plebium. Vbi autem plurimæ operationes apparent uirtutum, ibi apertissime claret: quia non hæreticus in uanum garrit, sed pro uerbi fruge laborauit ille, qui & ipsum uerbum casto ore ruminare, & uiā ueritatis recto discretionis pede nosci incedere. Nec mirandū, cur in præsepi, auditores significari dixerimus, cum bos alatur de præsepi, doctor autem uerbo audiētes soleat nutrire: sed intuendum, quia & de labore bouis præsepe impletur, & ipse bos suo fructu de præsepe resicitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audiētes uerbo reficit, & eadem refectione apud deum ipse proficit, quod in opere figuratur Heliæ, qui Sareptanā uiduam pascit, à qua & ipse pascitur. i ¶ *Quærit derisor sapientiam, etc.*] Caiaphas qui domino dixit: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus: quia male quærebat, inuenire quod rogabat, non meruit. At discipuli qui sese humiliter auditui ueritatis subderant, accepta spiritus gratia, non solummodo Christum dei filiū cognoscere, sed & abdita scripturarum intelligere meruerunt. Sed & tunc doctrina prudentiū facilis erat, quando Cornelius cum domo sua, & cęteri tales uerbum humiliter audientes, mox credebant: & accepto spiritu sancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoq; doctrinam fidei catholicæ prudens quisque dū catechizatur, facile percipit: quā hæretici quia peruersę quærunt, nunquā prorsus inuenīūt. k ¶ *Væ de contra uirum stultum, & nesciet labia prudentiæ, etc.*] Ideo derisor sapientiam quam quærit, nō inuenit: quia & si aperte contra illius stultitiam disputando incedas, nescit intelligere quæ dicis: ut Arius, qui uerbum consubstantialitatis in patre & filio, nusquam in scriptura inueniri posse contendebat, cum ei manifeste scriptum

A obiſceretur: Ego & pater unum ſumus. Et: Deus eſt uerbum, & cætera talia. Ideo doctrina prudentiũ facilis eſt: quia labia prudentiæ ſapiẽtia, id eſt, quia labia quæcũque prudentiæ moderamine reguntur, de ſapientia ſolum loqui & audire dulce habẽt: eiuſq; meditatiõi operam dare ſatagunt.

a ¶ Cor quod nouit amaritudinem animæ, etc.] Amaritudinẽ habẽt animæ & electi, quãdiu à gaudijs differũtur æternis: & reprobi cum deſiderijs affliguntur peruerſis. Sed electi quia in luce ambulant amaritudinem ſuam quando ſit gaudio mutanda præuident. Porrò reprobi propria ſpõte cæcati: quid in præſentu patiantur, non uident: quid in futuro ſint paſſuri, non præuident: ideoq; à futuris bonorũ gaudijs remanebunt extranei, quia amaritudinis eorum præſentis, non nouerũt eſſe particípes. Vnde & apte ſubdit: *b ¶ Domus impiorum, etc.*] Domus quippe in manſiõe, tabernaculis uti ſolet in itinere. Domus igitur impiorũ delebit: quia habitationem uitæ præſentis, in qua ſemp manere deſiderabãt perdent in morte reprobi: & hoc quod non præuidebant, exiliũ perpetuæ damnationis ſubibunt. Tabernacula autem iuſtorũ germinabunt, quia præſens eorum conuerſatio, in qua incolæ ſunt apud deũ & peregrini, creſcentibus ſine ceſſatione meritis, ad fructum uſq; ſuauiſſimum patriæ cœleſtis perringit. *c ¶ Innocens credit omni uerbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos.*] Hanc innocentiam uetuit, & hanc habere docuit aſtutiam Ioannes cum ait: Chariſſimi, noli te omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi ex deo ſunt. *d ¶ Sapiens timet, & declinat à malo, ſtultus tranſilit & confidit.*] Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate confidere, torrentem rapidum, uel uoraginem latiorẽ ſaltu uelle trãſire: ſapientis autem ad planum uel pontem diuertere: ita qui peccatũ quantum ualet declinat, timens ne inuoluatur malis, ſapiens eſt: Stultus autẽ ille qui cõtemptim peccat, blandiens ſibi quia aut poſteriori tempore pœnitentiam agat commiſſorum: aut ſi repente moriatur, fortiter pœnas inferi ſufferat. *e ¶ Impatiens operabitur ſtultitiam, etc.*] Reprehenſibilis quidẽ eſt homo impatiẽs: ſed multo peior & odioſior deo eſt uerſutus: tametſi apud homines melior æſtimeẽ. Ille enim palãm omnibus ſuam oſtẽdit ſtultitiam: iſte autem cũ ſit corde peruerſus, ſæpe ſimplicitatẽ ſimulat & iuſtitiam: atq; humano iudicio ſanctum ſe dici delectat, cũ ſit diuino examine inter reprobos æſtimatus. *f ¶ Lacebunt mali ante bonos, etc.*] In nouiſſimo iudicio coronatis iuſtis, damnabuntur reprobi, qui eos in præſenti premebant. Quod eñ ait; ante: id eſt, ante bonos, & ante portas iuſtorum: non ad uicinitatem loci, ſed ad uiſionem pertinet bonorum, qua malorũ tormenta ſemper aſpiciũt, ut maiores ereptori ſuo gratias ſine fine referãt. Vnde Eſaias de illis: Egredient & uidebunt, inquit, cadauera uirorum, qui præuaricati ſunt in me: Vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur: & erunt uſque ad ſatietatẽ uiſionis omni carni. Quod autẽ ait, egredientur: non pedum proceſſum, ſed oculorum ſignificat intuitum: quem intus in regno poſiti, ad uidẽda prauorum ſupplicia, foras cum uoluntate mittũt. *g ¶ Corona ſapientium, etc.*] Sapientes non terreni aliquid emolumenti pro diuitijs habent: ſed coronã ſolũmodo quam pro uirtutibus in futuro percipient. At ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt: quia improuidi æternorum, de præſentibus tantum cõmodis gaudent. Imprudẽtia enim quaſi improuidentia dicitur. *h ¶ Liberat animas teſtis fidelis, & profert mendacia uerſipellis.*] Liberat animas Chriſtus, qui eſt teſtis fidelis, ut in Apocalypſi legimus, & ſicut Apoſtolus ait: Teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionẽ. Et profert mendacia diabolus. Qui recte appellatur uerſipellis: quia mala quæ facienda gerit, bona eſſe pronunciat: & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui teſtimonia ſcripturarum fideliter, id eſt recte prædicat, & profert mendacia hæreticus. Vel ſicut alia æditio manifeſte tranſtulit: Incendit autem mendacio doloſus, ſub auditur, animas eorum, quos ſuo errore decepit. *i ¶ In timore domini fiducia fortitudinis, etc.*] Timor dñi fiduciam fortitudinis præſtat: quia nimirũ mens noſtra tãto ualẽtius terrores rerum temporaliũ deſpicit: quãto ſe autori earum ueracius per formidinẽ ſubdit. Filij autem timoris domini dicũtur: qui diuino timore reguntur, ſicut filij uirtutis, & filij reſurrectiõis qui uirtutibus ſtudent: uel qui ad gaudia reſurrectiõis pertinẽt, quibus erit ſpes, iuxta illud pſalmiſtæ: Qui timẽt dominũ ſperent in domino. De qua ſpe conſequenter adiũgit. *k ¶ Timor domini, etc.*] Hæc eſt ergo ſpes eorum qui timent dñm, ut declinãtes à ruina mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Dictum eſt autem ſupra: Lex ſapientis, fons uitæ, ut declineta ruina mortis. Et nunc dicitur: Timor dñi, fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Ex quo patet, quia nulla prior eſt lex ſapientis, qua mortẽ uitare, & uitam æquirere debeat æternam: cõp habere timorem dñi. Vnde & alibi

A & alibi dictum eſt: Initium ſapientiæ, timor domini. *a ¶ In multitudine populi, dignitas regis, & in paucitate pl. etc.*] Vbi multitudo ſeruientium deo, ibi ſpecialiter Chriſti gloria: ubi ſoli catechumeni uel recẽs nati infantes ſub regno adhuc tenentur diaboli: & ipſi tempore cõgruo feſtinãtes in Chriſto renaſci, ignominia ibi manifeſta principis mundi. Vel certe in conuenticulis hæreticorum, quæ ſemper ſunt pauciora eccleſiis catholicorũ: ignominia patet eorũ qui hæc ab eccleſiaſtica unitate ſegregarũt. *b ¶ Vita carniũ, ſanitas, etc.*] Per carnẽ infirma quædam ac tenera: per oſſa, fortia acta ſignant. Bene ergo dicitur: Vita carnium, ſanitas cordis. Quod ſi mẽtis innocẽtia cuſtoditur: & ſi qua foris infirma ſunt, quãdoq; roborant. Et recte ſubdit: Putredo oſſium, inuidia, quia per liuoris uitium ante dei oculos pereũt & quæ humanis oculis fortia uidentur. Oſſa quippe

B per inuidiam putreſcere, eſt quædã eiã robuſta deperire.

c ¶ Acceptus eſt regi miniſter, etc.] Ille uide licet cui dicit: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium dñi tui. *d ¶ Iracundiam eius, etc.*] Ille utiq; de quo idẽ ait: Et inutilem ſeruũ eijcite in tenebras exteriores.

Cap. XV

Reſpõſio mollis frãgit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.] Qui uerba increpantis humiliter recipit, iam propinquat ueniæ reatus quem geſſit. At qui ſuperbus arguenti reſultat, maiorem contra ſe iram diſtricti iudicis prouocat. *f ¶ Linguæ ſapientium ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam.*] Lingua catholicorum patrum, ornat ſcientiam diuinorum eloquiorum, latius expoendo quæ ſcriptura canonica, aut obſcura poſuit, aut hiſtorica tantum ratione ſcripta reliquit: & os hæreticorum ebullit ſtultitiam, dicta ſacræ ſcripturæ peruerſe intelligendo, ſuoſq; ſenſus eius autoritati præponendo. Poteſt & de paganorũ philoſophis intelligi quod ait: Os fatuorum ebullit ſtultitiam: quales fuere Porphyrius & Iulianus, qui contra eccleſiæ doctores ſtultitiæ ſuæ fluenta fundebant. *g ¶ Linguæ placabilis, lignum uitæ, quæ autem immoderata eſt conteret ſpiritum.*] Lingua catholici doctoris ad fructum uitæ ducit ſempiternum: quæ autẽ immoderata eſt, modũ eccleſiaſticæ normæ ignorat: & ſuum ſpiritum, & eorum qui ſe audiunt, male loquendo conteret. *h ¶ Domus iuſti plurima fortitudo, et in fructibus, etc.*] Domus Chriſti, id eſt, eccleſiam plurimã habet fortitudinem: ita ut pluuia, uentis, fluminibuſq; tentationũ frequentiũ, nequaquã poſſit dirui, & in operibus diaboli conturbatio feruet aſſidua: quę eãdem Chriſti domũ, uel per falſos fratres, uel p apertos aduerſarios deijcere tẽtat. *i ¶ Labia ſapientium diſſem. etc.*] Labia catholicorum diſſeminabunt prædicando ſcientiam rectæ fidei: cor hæreticorũ diſſimile erit: quia perfidiam pro ſcientia cõcipit ut doceat. Poteſt & ita intelligi: qa cor ſtultorum etiã ſibimetipſi diſſimile erit: dum mutabilitate diuerſarũ cogitationum uarium ſe exhibet: & nunquã idem quod fuerat manet: cui contra de Anna cum dominũ intẽta mente ſupplicaret dicitur: Vultuſq; eius non ſunt amplius in diuerſa mutati.

1.Reg.1.c

k ¶ Victimæ impiorum abominabiles domino; uota iuſtorum placabilia.] Orationes, opera, & ſacrificia hæreticorũ abominatur dominus, & uota eorum accepta habet, qui fidem catholicam iuſtis operibus affirmant. *l ¶ Doctrina mala deſerentium uiam uitæ: qui increpationes odit, morietur.*] Mala eſt ergo doctrina eorum qui uiam deſerunt

Matt.5.e

ueritatis, de quibus dominus ait: Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Sed talibus adhuc ſi correpti pœnituerint, patet reditus ad ueniam. Si autem nec correptionibus eccleſiaſticis annuerint, iam certus eis reſtat interitus. *m ¶ Omnes dies pauperis mali, ſecura mens quaſi iuge conuiuium.*] Omne tempus populi dei quandiu in præſenti pauper eſt, afflictionibus abundat & ærumnis: quia necdum ad diuitias ſupernæ bonitatis & perpetuæ manſionis peruenit. Vnde monet Apoſtolus dicens: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. At uero reprobi qui metu carentes diuino, ſecuri mundo utuntur: quaſi iugibus ſtulti reficiuntur epulis. Vnde recte ſubiungit.

Ephe.5.d

n ¶ Melius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.] Quale eſt in pſalmo: Melius eſt modicũ

A iusto super diuitias peccatorū multas. Melius ergo est ut seruato timore dei, egeas opibus, uel etiā uictu quotidiano: quam ut desiderio plura acquirendi dei timorem deseras. a ¶ *Melius est uocari ad olera cum charitate, quam ad uitulum saginatum cum odio.*] Omnis qui operū bonorum exempla proximis quæ imitētur ostēdit, quasi ad epulas quibus reficiant, conuiuas uocat. Melius est autem uocari ad olera cum charitate, quàm ad uitulū saginatum cū odio: quia nimirum multo est utilius simplicis uitæ innocentiā cum charitate seruare, q̄m maioribus uirtutum miraculis foris fulgere, & interiora mētis ab odiorū sorde non expurgare. Vnde qui busdam in fine dicentibus: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? dicet ipse dominus: Quia nūquā noui uos, discedite à B me oēs operarij iniquitatis. b ¶ *Iter pigrorum quasi sepes spinarū.*] Pigros dicit eos quos piget operari iustitiam, qui cū uiā domini appetūt, eos uelut spinæ obsistentium sepium, sic formidinum suarū oppositæ suspiciōes pūgunt. Quod quia electos præpedire nō solet, adiūxit: c ¶ *Via iustorum absq; offendiculo.*] Iusti quippe in conuersatione sua, quodlibet eis aduersitatis obuiauerit, non impingūt: quia tēporalis aduersitatis obstacula æternæ spei, & internæ contemplationis, saltu transiliunt. d ¶ *Lætatur homo in sententia, etc.*] Humanum quidē est de sua sentētia quasi prudenter prolata quēq; lætari: sed uerus sapiens, non solum res quas loquitur, uerum etiā opportunitatē loci uel temporis, uel personæ cui loquatur, diligenter inquirit. e ¶ *Semita uitæ super eruditum, etc.*] Eruditum dicit: non solum scientia, sed & operatione perfectū: Huic etenim iure semita uitæ desuper aperta est, huic cœli ianua patet. Infernus autem nouissimus de quo liberatur, ultima est pœna damnationis. Nam primus infernus, est cæcitas animæ peccantis, & ueræ lucis scientia carentis, de quo dicitur in psalmis: Et descendant in infernum uiuentes, id est scientes labentur in peccatum. f Psal. 54.c ¶ *Domum superborum demolietur dominus, & firmos faciet. etc.*] Conuenticula hæreticorum cæterorumq; ecclesiæ persecutorum demolitur dñs, & firmos facit in orbem uniuersum terminos eiusdem ecclesiæ: sponsę uidelicet suę pro cuius uita mori dignatus est. g ¶ *Abominatio domini, cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.*] Abominatur dñs cogitationes hæreticorū, imò omnes pietati contrarias, & purus sermo rectæ fidei firmabitur ab eo, quando in iudicio nō solum factis, sed & uerbis omnibus digna præmia reddet. Abominatus est cogitationes malas eorum qui dicebāt: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Et purū sermonē eius qui dixit: Tu es Christus filius dei uiui: pulcherrimum esse firmauit, cum respondit: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. h ¶ *Lux oculorum lætificat, etc.*] Iure mentē delectat humanā, cū se lucem cœlestiū arcanorum domino reuelante percepisse cognoscit, quod alia ædditio manifestius dicit: Videns bona oculis oblectat cor: bona uitq; domini in terra uiuentium. Quæ qui mentis oculo cōtemplatur, merito in corde oblectatur: tametsi extrinsecus tristis incedere, inimico affligēte uidetur. Fama quoq; illa felicissima: qua nostros nō solū actus & sermōes, sed & cogitatus angelis deferentibus in cœlo patere cognouimus, pinguedinē dilectionis & fidei, nostris uirtutib. ne deficiēdo arescāt, exhibet. Quāto enim certius tenemus occulta nostri cordis, simul & aperta operis, diuinis patere conspectibus: tāto magis fortitudinē nostræ bonæ actionis, oleo charitatis eius ne lasfescat, impinguare satagimus. i ¶ *Auris quæ audit increpationes uitæ, etc.*] Discipulus q̄ increpationibus docentiū obediēter annuit, plerūq; proficiēdo ad cathedrā usq; doctoris ascēdit. Denicq; Paulus qui increpatiōi sui cōditoris sese humiliter subtraxit, ad sedē postmodū apostolicæ dignitatis sublimiter peruenit.

magni & insatiabiles. Melius ēst uocari ad olera cū charitate, quàm ad uitulum saginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, Via iustorū absq; offendiculo. Filius sapiēs lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam. Stultitia gaudiū stulto, & uir prudens diriget gressus suos. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium: ubi uero plures sunt consiliarij, confirmantur. Lætatur hō̄o in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Sēmita uitæ super eruditū, ut declinet de inferno nouissimo. Domū̄ superborū demolietur dominus, & firmos faciet terminos uiduæ. Abominātio domini, cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domū suam qui sectatur auaritiam: qui autē odit munera, uiuet. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, per timorē autem domini declinat omnis à malo. Mens iusti meditatur obedientiam, os impiorum redundat malis. Longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. Lux ōculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa. Aūris quæ audit increpationes uitæ, in medio sapientium commorabitur. Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini, disciplina sapiētiæ, & gloriam præcedit humilitas.

Matt. 7.c

Luc. 7.8

Matth. 16.c

p.

Caput XVI.

HOminis est animum præparare, & domini gubernare linguam. Omnes uiæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est dñs. Reuela domino opera

Hominis est animum, etc.] Certum est quia neq; animū præparare, neq; gubernare linguā, neq; aliquid facere boni absq; diuina gratia ualemus: Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Quomodo ergo hominis est animū præparare, & dei gubernare linguā? Nisi quia hæc proprie tēpus persecutiōis significāt. De quo dominus ait: Cum aūt tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabit enim uobis in illa hora quid loquamini. l ¶ *Omnes uiæ hominum, etc.*] Ita uias, id est, actiones omnium, & bonorū uidelicet & malorum dominus uidet, ut etiam spiritus singulorum quid in occulto cogitēt, certa lance discernat. Vnde rectē subiungitur: m ¶ *Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.*] Domino quippe opera nostra reuelamus: quando

Luc. 13.d

Matt. 12.c

Prou. 21.c

A quando eum quem nihil latere nouimus, in cūctis quę agimus, in memoriam reducimus, atq; illius in omnibus flagitamus auxilium: & cum hoc deuoti agimus, fit ut non opera eadem tantummodo, sed etiam internæ nostræ cogitationes, illo dirigente procedant. a ¶ *Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, etc.*] Nulla fuit dño causa creaturam uisibilem uel inuisibilem faciēdi, nisi uoluntas sua, ut suā uidelicet bonitatē rationabili creaturæ, quam perpetuo beatam faceret, ostenderet: eum quoq; qui bonum conditionis propria sponte deseruit, id est, diabolum cum suis sequacibus, iusta sententiae damnauit. b ¶ *Abominatio est domini omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, etc.*] Quicunq; sibi tribuit bonum quē facit: etiam si nihil mali uidetur manib. operari, iam cordis innocentiam perdidit, in quo se largitori donorum prætulit. Et ideo talem conditor suus abominatur ut reum, quem suis beneficijs contemplatur ingratum. c ¶ *Cum placuerint domino uiæ hominis: inimicos quoq; eius, etc.*] Tanta est sanctitas diuinæ religionis, ut eam plerunq; etiam qui foris sunt, uenerationi habeant: & quos perfecte deo seruire perspexerint, cum his pacem habere, quamuis religioni discrepantes incipiant. Denicq; quia placuerunt domino uiæ Danielis & trium puerorum: inimicos quoq; eorum qui eos in ignem uel bestijs miserunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt domino uiæ sanctorum prædicatorū: multos eorum persecutores non ad pacem tantummodo, sed ad eandem etiam fidei & religionis unitatem conuertit. d ¶ *Melius est parum cum iustitia, etc.*] Et beati, inquit dominus, pauperes, quia uestrum est regnum cœlorum. Et iterum: Væ uobis diuitibus, quia habetis cōsolationem uestram. Potest & sic accipi: Quia melius sit in simplici cōuersatione deo deuote seruire, quàm multis abundantem uirtutibus: uerbi gratia, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, doctrina, castitate, proximorum facta despicere: & de sua quasi singulari sublimitate gloriari. e ¶ *Diuinatio in labijs regis, in iudicio, etc.*] Illum signi ficat regem, de quo dictum est: Deus iudicium tuū regi da. Quis est enim regum temporalium, qui nunquā erret in iudicio? In cuius labijs est diuinatio: quia non suorum solummodo sermones & facta dirigit, sed & gentilium uates, qui uulgo diuini appellantur: quid scisciantibus respondeant, illo intus indicante disponitur, testante Michea propheta, qui ad deceptionem Achab regis impijssimi testatur missum à superni iudicis solio spiritum, qui prophetarum eius ora impleret, atq; ad suadendum ea quibus rex nefandus periret, armaret. Neq; enim in hoc iudicio errauit os regis æterni: sed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit, ipse hoc prophetas erraticos eloqui permisit. Sed & Ezechiel peccanti ac perituro Ammonitarum populo dicit: cum ubi uiderentur uana, & diuinarentur mendacia. Non est dæmonum diuinatio, sed dei iudicium: qui perfectæ malitiæ elidit finem. Hūc uersiculum alia translatio sic habet apertius de domino: Nihil falsum exiet de ore eius: quia nimirum ipse nec ullo mentiente falli, nec potest aliquando mentiri. f ¶ *Pondus & statera, iudicia domini sunt: & opera, etc.*] Lapides seculi, iustos & fide fortes appellat: quales esse desiderabat apostolus Petrus eos, quibus admonens dicit: Et uos tanquam lapides uiui superædificamini in domos spirituales. Nullus igitur ab initio seculi sua uirtute electus, & cœlesti ædificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere & mensura & numero constituens, unicuique sicut uoluit mensurā fidei & gratiarum distribuit. g ¶ *Voluntas regum, labia iusta.*] Reges dicit sanctos, qui uitijs principaliter imperare, & uirtutib. animæ quasi obsequentium comitum cuneis stipari consuetuerūt, de quibus dominus: Multi, inquit, prophetæ & reges cupierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt. Alioquin reges terreni multum sæpe labia iusta detestantur, ut Herodes Ioannis, propter quod eum & capite puniuit. h ¶ *Quæ recta loquitur, etc.*] Vt uidelicet rectis operum gressibus ad uitam perungat æternā. At contra: Vir linguosus non dirigetur super terrā. Nec repugnat huic sententiæ, quæ de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim hominē illum dirigendum scriptura dixit, quem peruersum ac pessimū futurum esse præuidit: sed dolus, inquit, in manu eius dirigetur: quia scilicet fraudes & scelera quæ disposuit, ad effectum quem proposuit, nullo retardante perduxit, quibus tamen peractis in æternum ut meruerat periit. i ¶ *Indignatio regis, etc.*] Nuncij mortis, sunt angeli satanæ, id est, hæretici, & uani philosophi: imò omnes qui uerba nuncient proximis, unde à morte rapiantur æterna: qui quo amplius autori mortis seruiunt, eo grauius uitæ largitorē offendunt: nec tamen talibus iter pœnitentiæ præcluditur. Nam subditur: k ¶ *Et uir sapiens, etc.*] Potest enim resipiscendo dñm placare, quem contigit stulte loquēdo offendisse. l ¶ *In hilaritate uultus, etc.*] Quicunq; hilarem Christi uultum uidere merentur, his in æternum cum illo uiuere dabitur. Alioquin in die iudicij, sicut scriptū est: Videbit omnis caro salutare dei. Sed hunc reprobi runc iratum, tusti uidebunt placidum. m ¶ *Et clementia eius quasi imber serotinus, etc.*] Serotinus imber in Iudæa iam maturis messibus usq; hodie uenire consueuit, ubi dominus & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetam: Dabo uobis pluuiam matutinam & serotinam terræ. Pluuia ergo matutina est, siue temporanea, ut alibi nominatur: quando prima credēdi in Christum semina suscipimus. Pluuia uero serotina, quando maturis uirtutum frugibus ablati de hac uita, in dominico horreo recondimur. Et rectē clementia regis, imbri

auro

1. Pet. 2.c

Luc. 16.d

D

Mat. 6.c

Deut. 11.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

A serotino comparatur, quia quod fructum uitæ bene agentes percipimus: non hoc nostri libertas arbitrij, sed superni facit irrigatio doni. *a* ¶ *Contritionem præcedit superbia, etc.*] Contritionem enim futuræ comdemnationis præcedit superbia uitæ præsentis, & unde hic omnis reprobus eleuatur, inde illic iuste deiicitur. *b* ¶ *Eruditus in uerbo reperiet bona, & qui in domino sperat, beatus est.*] Non solũ qui ad prædicandum dei uerbum eruditus est, bona apud illum reperiet, sed & ille qui in domino spem poniere didicit: etiam si ad prædicãdum alijs idoneus nõ est, eiusdem beatitudinis particeps existit. *c* ¶ *Qui sapiens corde est, etc.*] Qui sapientiã catholicæ fidei quam didicit, illibatam suo in corde custodit, merito prudentis nomen accipit. At qui eãdem sapientiam etiam docte prædicare, & contra hæreticos defendere nouit, maiora laboris amplioris præmia percipiet. *d*

B ¶ *Fons uitæ eruditio possidentis, doctrina stultorũ fatuitas, etc.*] Cum diceret, possidentis: nõ addidit, quid possidentis. Quid autem putamus eum uoluisse intelligi, nisi forte ipsam eruditionem, ut sit plena sententia, fons uitę eruditio possidentis ipsam eruditionem suam: quod est aperte dicere, quia ille prædicator uere suis auditoribus uitæ uias aperit, qui exercet ipse quę prędicat: qui amorem uerbi quo alios erudit, fixum in corde possidet: nec tantummodo memoria retentum quasi collectum gremio semen iactat in terram. Idcirco nanq; doctrina stultorum fatuitas est: quia & si qua bona dicere usu eruditionis didicerunt, eadem tamen quæ dicunt bona ipsi fatuo corde contemnunt. *e* ¶ *Fauus mellis uerba composita, dulcedo animæ sanitas, etc.*] Multi per eloquentiã possunt amantibus & fauentibus suauiter pronunciare bona quæ ipsi non amant: ea autem solum uerba ad sanitatem ossium tuorum, hoc est, ad uirtutum tuarum spiritalia incrementa proficiunt, quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedunt. *f* ¶ *Anima laborantis laborat sibi, quia, etc.*] Constat iuxta literam, quia expulsus de paradiso homo, quotidianum laborem ne deficiat exercet. Compulit enim os suum, quando cum serpente lo-
Gen. 3. d quutus est, quando uetitum tetigit, ut exilium longum cum sudore sufferat, & in sudore uultus sui pane uescatur. Sed & doctorem os suũ ut laboret compellit, quia necesse habet agere bona quæ dicit. *g* ¶ *Vir impius fodit*
Hier. 9 *malum, & in labijs eius ignis, etc.*] Et propheta ait: Vt inique agerent laborauerunt. Potest & de hæretico specialiter intelligi, qui pulcherrimos ac florentissimos diuinorũ eloquiorum campos, noxio linguæ suæ uomere rumpit: ut de internis eorum finibus, sensus impios qui ibi non insunt, eruat. In cuius labijs ignis ardescit, quo se suosq; auditores in perpetuum perdat. Vnde & Iacobus: Lingua, inquit, constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus nostrum, & inflammat rotã natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. *h* ¶ *Vir iniquus lactat amicum suum, etc.*] Potest & de hæretico & de omni fautore malorum accipi: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: & qui iniqua gerit, benedicitur. *i*
pſal. 9. d ¶ *Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua, etc.*] Grauius est perficere malũ quàm facere. Non solum autem ille perficit malũ, qui per membra sui corporis peruersum quid operatur & noxium, uerum etiam ille qui fixa intentione malum patrare disponit: solent enim superbi indignantes labia mordere: solent attonitos habere oculos, & præsentia non uidere dum aliquandiu taciti sedula mente pertractant. Vnde datur conijci quod attonitis oculis pratia cogitare dicat eũ, qui sic mala quæ facit, inquirit, ut quæ se in futurum retributio malorum operum sequatur, non uideat. *k* ¶ *Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo, etc.*] Minor est uictoria urbes expugnare, quia extra sunt quæ uincuntur: maius autem est quod per patientiam uincitur, quia ipse à se animus superatur: & semetipsum sibimetipsi subijcit, quoniam eum patientia in humilitate tolerantiæ sternit. *l* ¶ *Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur.*] Sicut sortes palàm in sinum mittuntur, at clausæ in sinu continentur: diuini autem est iudicij, cuius sors elata palmam teneat: sic hominum facta in præsenti quidem uita latent: sed cuius sint meriti pateſcet in futuro, prolato uidelicet tunc ac manifestato iudicio singulorum, quasi de sinu examinis diuini.

auro melior est: & acquire prudentiam, quia preciosior est argento. Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat uitam suam. Cõtritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Eruditus in uerbo reperiet bona, & qui in domino sperat, beatus est. Qui sapiens corde est, appellabitur prudens: & qui dulcis est eloquio, maiora percipiet. Fons uitæ eruditio possidentis, doctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam. Fauus mellis uerba composita, dulcedo animæ sanitas ossium. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Animã laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. Vir impius fodit mãlum, & in labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites, & uerbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicũ suum, & ducit eum per uiam non bonam. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficiet malum. Corona dignitatis senectus, quæ in uijs iustitiæ reperietur. Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinũ, sed à domino temperantur.

Cap. XVII

MEliõr est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena uictimis cum iurgio. Seruus sapiẽs dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Sicut igne probatur argẽtum, & aurum camino, ita cor-

CAPVT XVII

Melior est buccella sicca cum gaudio quàm, etc.] Melius est parua bona cũ charitate facere sine scientia prędicandi: hoc est enim siccam esse buccellam, cui magnis effulgere uirtutibus cum admixtione discordiæ. *n* ¶ *Seruus sapiens dominabitur filijs stul. etc.*] Seruit quilibet peccator delictis suis subditus olim: qui post conuersionem uitæ suæ sapiens effectus, atq; flagrantissimo amore dilectione dei feruens, filijs stultis, hoc est, quibusdam fidelibus à charitate dei per acceptam fidem tepescentibus, actu uel prædicatione sua eis prælatus dominatur: atq; inter fratres perfectos scilicet sanctos, supernæ patriæ hæreditatem diuidet. *o* ¶ *Sicut igne probatur argentum, & aurum camini, etc.*] Argentum quippe uel

A pe uel aurum si reprobum est, igne consumitur: si uero probatum, igne declaratur: sic nimirũ est sensus uniuscuiusq; operantis: nam qualis sit, in eo quod laudat uel uituperatur, ostenditur. *a* ¶ *Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. Non decent stultum uerba, etc.*] Senes dicit patriarchas & prophetas, qui à filijs filiorum, hoc est, à successoribus apostolorum: digna laude celebrantur: & gloria est prędicatorum noui testamẽti, quod filij ueterum esse meruerunt. *b* ¶ *Gemma gratissima expectatio præstolantis, quocunq; se uerterit prudenter intelliget. Qui, etc.*] Qui præmia futura fideliter expectat, quasi gẽmę splendidissimæ possessionẽ lætatur. Nam & in
Mat. 13. f euãgelio negociator sapiens pro acquisitione pretiosæ margaritæ, id est, desiderio cœlesti, omnia quæ habuit uendidit: talisq; exactor siue aduersa seu prospera cõtigerint, à sua intentione non flectit, prudẽter intelligẽs: Quo-
B niam diligentib. deRom. 8. c um omnia cooperantur in bonũ. *c* ¶ *Semper iurgia quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum.*] Angelus crudelis, immundus est spiritus: qui à domino contra peccãtes mittitur: ut eos uel in præsenti affli-
Psal. 77. e gat, ut Aegyptios: quibus immisit iram indignationis suæ: indignationem & iram & tribulationẽ, immissionem per angelos malos, uel etiam post mortem ad interitũ
Ibid. 33. b rapiat æternum. At contra immittit angelum dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos. *d* ¶ *Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis, etc.*] Facilius erat doctoribus sanctis, furori gẽtilitatis occurrere, raptis à se populis aliquibus, atq; à bestiali eius fœuitia ad fidei pietatem prædicando conuersis, quàm hæretico cuilibet confidenti in sui perfidia dogmatis: quia nimirum illud contra exteros, hoc contra sua uiscera certamen agebant. Potest ursæ nomine ipsius hostis antiqui malicia intelligi: cuius fœtus rapimus, cum eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum dei societati adiungimus: & hoc plerunq; multo leuiore labore perficitur, quàm sit hæreticum ad fidem rectam reuocare, uel catholicum praua agentem, ad bonæ operationis statum reducere. *e* ¶ *Qui dimittit aquã, caput est iurgiorum.*] Aquam dimittere, est linguam in fluxum eloquij relaxare, quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde e diuerso scriptum est: Qui impo- Infr. 26
nit stulto silentium, iras mitigat. *f* ¶ *Quid prodest habere diuitias stulto, etc.*] Quid prodest populo Iudęorum in fideli habere diuitias scripturarum, cum in his Christum intelligere nõ possit? Quid hæretico eisdem abũdare diuitijs, cum unitatem fidei in eis discere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere uerę fidei, cum sapientiam piæ actionis habere neglexerit? *g* ¶ *Omni tẽpore diligit qui amicus, & frater in angustijs comprobatur.*] Qui dominum uere amat, omni tẽpore eius custodit amorem: neq; in angustia passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confessus est. *h* ¶ *Homo stultus plaudet manibus cũ spoponderit pro amico suo etc.*] Stultus est, qui cum animam fratris suscipit regendam de suis gloriat actibus, & non potius ei humili cõpassione quic quid potest auxilij salutaris impendit. *i* ¶ *Animus gaudens ætatẽ floridam facit, spiritus tristis exiccat, etc.*] Qui interna spiritus sanctũ consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorũ præstolatur cœlestiũ. Qui uero tristitia seculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinæ charitatis in robore uirtutum quas exercere uidetur habere nullatenus ualet: sed quasi exiccatis ossibus marcescit, quia in bonis actibus quæ facit gratiam dilectionis amisit. *k* ¶ *In facie prudentis lucet sapientia, etc.*] In facie quidem domini saluatoris lucet sapientia diuinitatis: quam in carne apparens, uirtutũ & doctrinæ testimonijs demonstrabat. Verũ oculi Iudæorũ non credentiũ, terrenis potius desiderijs perficiẽdis quàm salutaribus eius monitis intendebant. Sed & generaliter sæpe prudentes grauitatem sui sensus in ipso etiã frontispicio præmonstrant: nec tamen stulti ad hãc admirandam sectandamq; oculos mentis attollunt, sed econtra qualiter ad finem uoluptatum carnaliũ pertingant, tota intentione perquirunt. *l* ¶ *Non est bonum damnum inferre iusto, nec, etc.*] Et de ipso principe ac iudice

sæculo-

A seculorū qui pro nostra salute percuti uoluit accipi potest, & de omnibus generaliter ecclesiæ rectoribus: qui uel facultatibus nudati ab impijs, uel ipsa æterna sunt morte consumpti.

CAP. XVIII

Impius cum in profundum uenerit peccatorum contemnit, sed sequitur cum ignominia & opprobriū.] Qui longis peccatorū tenebris inuolutus semel de luce desperat, iam ex desperatione passim sibi peccandi frena relaxat, sed talis opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit, quē ab usu suæ iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit. *b* ¶ *Aqua profunda, uerba ex ore uiri, & torrens redundans fons sapientiæ.*] Verba sapientiū aquæ comparantur, quia & lauant mētes audientium, & irrigant, ne uel peccatorum sorde deformes remanēāt: uel doctrinæ cœlestis inopia tabescant, & quasi nocua ariditate deficiant. Et quia eadem doctorum uerba fidelium, B quædam mystica latēt & occulta, quæ sollertiore comprehendātur industria, quædam uero aperta & cunctis audientib. facilia ad intelligēdum profluunt, recte hæc & aquam profundā & torrentem dicit esse redundantem. Potest autem & ita distingui: ut quia ueteris testamenti scriptura typice prolata est, dicatur de ea: Aqua profunda, uerba ex ore uiri. Quia dominus & apostoli palam utriusq; testamenti sacramenta mundo reserabant, adiungatur de illis: Et torrens redundans fons sapientiæ. *c* ¶ *Verba bilinguis quasi simplicia, etc.*] Bilingues sunt cuncti hæretici, quia praua persuasione locutionis suæ mentes simplicium uelut pestifero ueneno ita corrumpunt, ut ad sanitatem difficile uenire possint. *d* ¶ *Qui mollis & dissolutus est in opere suo, etc.*] Quia qui cœpta bona districte non exequit̄, dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. *e* ¶ *Substantia diuitis urbs, etc.*] Non terrena substantia semper defendere potest, imò plerisq; propter diuitias sunt Eccl. 5.c capti uel occisi. Vnde & Ecclesiastes ait: Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. Melius ergo intelligitur substantiam laudare uirtutum, quibus quicunq; abundat, quasi muro inexpugnabili cunctas hostium arcet insidias. *f* ¶ *Antequam conteratur, exaltatur cor ho. etc.*] Id est ante contritionem futuræ ruinæ uel damnationis, præcedit elatio cordis atq; praua actio. *g* ¶ *Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum.*] Qui prius doctor esse desiderat quàm discat, stultitiæ noxam non declinat. Qui iudicare proximorū facta prius quàm plene causam utriusq; partis cognoscat, inordinate festinat, se confusione dignum demonstrat. *h* ¶ *Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam.*] Et ipse uir ait: Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. Potest & de quolibet uiro sancto accipi qui carnis imbecillitatem ne in tentationibus cedat, mētis fortitudine sustentat. *i* ¶ *Spiritum uero ad irascendum facilem quis poterit sustinere, etc.*] Quia qui ad irascendum facilis est, nec se ipsum potest sustinere: ita ut iratus sępe dicat ea quæ postmodū placidus quia dixerit pœniteat, & plerunq; an dixerit ignoret. Cuius tamen ue sania nonnunquam per sapientium modestiam facillime suffertur, atque in tempore sopitur. *k* ¶ *Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spacium ei facit.*] Donum charitatis siue aliarum uirtutum quas à dño fideles accipiunt, dilatat uiam actionis eorum, quia quo magis gratia spiritus intus replētur, eo latius foris bonorum operū gressus multiplicant, atq; inter magnos ecclesiæ rectores, in futuro columen sortiū tur honoris. Aliter: Donum spirituale sanctum mones suos, doctus & prudens est, & precioſi spiritus uir eruditus. Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur, & si cōpresserit labia sua, intelligēs. Occasiones quæ rit qui uult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus uerba prudentiæ nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius. Cap. XVIII

Impiùs cum in profundum uenerit peccatorum contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aquâ profunda, uerba ex ore uiri, & torrens redundans fons sapientiæ. Accipere personam impij in iudicio non est bonum, ut declines à ueritate iudicij. Labia stulti immiscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. Vērba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt usq; ad interiora uentris. Pigrum deijcit timor, animæ autem effœminatorum esurient. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Sūbstantia diuitis urbs roboris eius, & quasi murus uallidus circundans eum. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam, Spiritum autem ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quærit doctrinam. Dōnum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spacium ei facit. Iustus prior est accusator sui, uenit amicus eius & inuestigabit eum. Cōntradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat. Frāter qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi uectes urbium. De fruatoris quod mundo attulit, dilatauit uiam eius: quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suæ præsentiam ueniret: nec solum populos, sed ipsos etiam rerum dominos, concupiscentijs renunciare, ac sibi libenter obtemperare faceret. *l* ¶ *Iustus prior est accusator sui, uenit amicus eius inuestigabit eum.*] Omnis qui uere iustus est, ubi peccantium errata conspicit, primo ad seipsum oculum considerationis inflectit: dumq; suam fragilitatem solicitus accusauerit, sic demum ad corripiendos alios linguam benignus exerit. Sed ille qui suis fidelibus dicere dignatus est: Vos autem dixi amicos, quia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis: uenit in cor eius per præsentiam diuinæ contemplationis: & quem mūdum à sorde iniquitatis agnoscit, eius humilitatem digna mercede remunerat. *m* ¶ *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes, etc.*] Sors est occulta & incomprehensibilis prædestinatio ex diuina regula procedens. Quæ inter potētes: hoc est inter electos dum singulis propria assignat dijudicat. *n* ¶ *Frater qui adiuuatur, etc.*] Cum populus uterq;, Iudæorum scilicet & gentiū, frater-

A fraterna sibi in Christo charitate consentit, unā iam catholicæ ecclesiæ ciuitatem construit, & sicut uectes urbium portas muniunt, ita dogmata utriusq; testamēti, ecclesias per orbem quæ unā catholicam faciunt, ab infidelium incursione defendunt. *a* ¶ *Cum obsecrationibus loquetur pauper, &, etc.*] Humiles spiritu, humiliter dominum adorant: ut euāgelicus Luc. 18.b ille publicanus: superbi sua merita iactant, ut pharisæus. *b* ¶ *Vir amicabilis ad societatem, etc.*] Credens ex gentibus populus magis amatus est à dño, q̄m Iudaicus sine fide perdurans, in qua secundum carnē natus est. Potest & de apostolis ex Iudæa nātis intelligi, quia magis eos amarēt credentes ex gētibus quàm ex sua gente increduli.

CAP. XIX

Melior est pauper q ambulat in simplicitate, etc.] Melior est simplex auditor uerbi dei: si ea quę intelligere in scripturis potuit, operando B perficiet: quàm eruditus quisque, si in illis quæ acute intellexit, ad hæresim prædicandam labia retorquet. *d* ¶ *Vbi non est scientia, etc.*] Animæ quidem humanæ, scientia uitæ cœlestis est necessaria: quia nimirum sine hac beata in perpetuum esse non potest: attamen qui effrenatis sensibus mentis, plus appetit sapere quàm decet, plerunq; offensionem hæreticæ stultitiæ temerarius incurrit. Quod in primis humani generis parentib. mystice signatum est: qui dum appetitu scientiæ maioris, uetitū contingere properabant: à statu beatitudinis in qua cōditi fuūt deuiantes, in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderūt. *e* ¶ *Stultitia hominis, etc.*] Stultorū moris est, ut cū peccādo uiā ueritatis deserunt, non se errasse fateant: sed ad culpam conditoris, sui reatus originē referāt: quasi ipse occasionē peccandi tribuerit, qui uel fragilē fecerit hominem, uel ad tentationē eius hostem uersutū admiserit. Vnde & primus nostri generis parens, post præuaricationis excessum increpatus à dño, ad defensionē mox Gen. 3.c excusando refugit, dicens: Mulier quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Et ipsa mulier: Serpēs, inquit, decepit me. Ambo nanq; in creatorē quod Psal. 140 peccauerāt retorquebāt. Ille quod mulierē per quā periret à dño sociā accepisset, illa quod dñs serpentē qui se deciperet in paradiso cōstituisset: quo cōtra sapiēs dñm precatur, ut nō declinet cor suū in uerbū malū ad excusandas excusationes in peccatis. Sed & ille suos supplāntans gressus contra deū feruet animo, qui diuina imperia per suā inertiā cōtemnens, insuper ipsum dñm quasi importabilia hominib. onera imposuerit, mēte repre hendit insana. *f* ¶ *Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem, etc.*] Diuitiæ regni cœlestis, quæ per sanctos doctores fidelibus tribuendo prædicantur, multos amicos & eisdem prædicatoribus, & earum largitori domino asciscunt: A philosophis autem cæteris q̄ gentium magistris: quia nil certę beatitudinis in futurum norunt promittere, & hi quos habuere separantur, ui delicet conuersi ad fidem spemq; dominicæ passionis certissimam. *g* ¶ *Qui tantum uerba sectatur, nihil habebit, etc.*] Et Apostolus Rom. 2.b ait: Non auditores legis iustificabuntur apud deū sed factores legis iustificabuntur. *h* ¶ *Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, etc.*] Redarguerat eum qui uerba tantū scientiæ absque operationis efficacia sectatur: redarguit nunc illum qui ipsa uerba diuinæ auD toritatis male interpretando corrumpit. Quod autem multa sæpius iterantur, sit mitatis indicium est: ut Ioseph somniū re Gen. 41.d gis interpretans ait: Eo q̄ sit sermo dei & ueraciter impleatur. *i* ¶ *Non decent stultū deliciæ, nec seruum do. etc.*] Non decent hæreticū deliciæ scripturarum: quia his bene uti nō nouit, nec illum qui seruus adhuc peccati esse probatur, præferre iustis in regimine ecclesiæ. *k* ¶ *Doctrina uiri per patientiam nosci tur.*] Doctrina ecclesiastica per patientiam doctorum quàm sit perfecta monstratur: quia dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere quàm à docendi officio cessare uoluerunt: ostendebant utiq; quantum esset salutaris, quam tanta instantia defensare curarunt. Aliter: Doctrina uiri per patientiam noscitur, quia tanto quisque minus ostenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens. Nec enim potest ueraciter bona docendo impendere, si utuendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Recte autem subditur. *l* ¶ *Et gloria eius est iniqua prætergredi.*] Quia nimirum perfecti doctoris est, sic aliorum improbitatem patienter sufferre, ut suam quoque fragilitatem nouerit ab iniqua actione solerter obseruare. Neque enim aut mundicia propriæ conuersationis, sine tolerantia sufficit externæ perturbationis: aut si is qui fortiter aduersa foris sustinet, intus adhuc eneruiter iniquis motibus feruet. *m* ¶ *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.*] De Dauid rege dicit, qui in iudicio, & hilaris ac blandus iustis, & terribilis apparebat iniustis. *n* ¶ *Dolor patris filius stultus.*] Deus qui in sua natura impassibilis semper est & placidus, dolere tamen nostro more dicitur, cum homines

De fructu oris uiri replebitur uenter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & uita in manibus linguæ, qui diligunt eam comedent fructus eius. Qui inuenit mulierē bonam, inuenit bonum, & hauriet iocunditatem à domino. Qui expellit mulierē bonam, expellit bonum: qui autē tenet adulterā, stultus est & insipiens. Cùm obsecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide. Vir āmicabilis ad societatē magis amicus erit quàm frater. Cap. XIX

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua & insipiens. Vbi nōn est scientia animæ, non est bonum, & qui festinus est pedibus offendit. Stūltitia hominis supplantat gressus eius, & contra deum feruet animo suo. Diuitiæ āddunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit, separantur. Testis falsus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, non effugiet. Multi colunt personā potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres omnes pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum uerba sectatur nihil habebit: qui autem possessor est mentis diligit animam suā, & custos prudentiæ, inueniet bona. Fālsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia peribit. Nōn decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. Dōctrina uiri per patientiam noscitur. Et glōria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Dōlor patris

A quos ad se credendum laudandumq; creauit, hosti po
Gen. 6.a tius maligno quàm sibi seruire cõsiderat. Vnde & Moy
ses loquitur: Pœnituit eum quod hominem fecisset in
terra, & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, in
quit, hominem quem creaui, à facie terræ. a ¶ Et tecta
iugiter perstillãtia litigio. etc.] Sicut tecta per
stillãtia pluuiam quidem de cœlo suscipiunt, nec tamen hanc
ad utilitatẽ aliquã dispertiunt, sed ad molestiam potius inha
bitantium deriuãt: Ita nimirum hæretico
rum ecclesia, cœlestiũ dona uerborum non
ad salutem animarũ: sed ad suæ usum ne
quitiæ male interpre
tando, & cõtra catho
licos litigando con
uertit. Tecta enim per
stillantia, mũdas quidẽ pluuiæ guttas acci
piũt, sed sub tectis in
domo sordidas red
dũt: & hæreticus lim
pidissima cœlestis o
raculi uerba, auditu
corporis hauriti: at u
bi hæc corde polluto
attigerit, auditoribus
suis sorde mixta mi
B nistrat. b ¶ Pigredo im
mittit soporem.] Piger
appellatur, qui recte
sentiendo quasi uigi
lat: quamuis nihil o
perãdo torpescat. Sed
pigredo immittit so
porẽ, quia paulisper
etiam recte sentiendi
uigilantia amittit, dũ
à bono operandi stu
dio cessatur. recte au
tem dicitur: c ¶ Et de
nima dissoluta esur. etc.]
Nam qui se ad supe
riora stringendo non dirigit, neglectum se inferius per
desideria expandit. Et dum studiorum subtilium uigo
re non cõstringitur: cupiditatis infimæ fame sauciatur:
ut quo per disciplinam ligari dissimulat, eò se esuriens
per uoluntatum desideria spargat. d ¶ Fœneratur domino
qui, etc.] Fœneratur domino qui miserẽ pauperis. Fœ
nus est pecunia ad usuram commodata: qui enim mise
retur pauperis, fœneratur domino: quia ideo erogat
modica temporalia, ut ab eo recipiat ampliora æterna.
Huius sententiæ ueritatem probat ipse dominus, cum
Mat. 25.d se eleemosynã facientibus dicturũ esse prædixit: Quam
diu fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis. e
¶ Erudi filium tuum, etc.] Subiectum tibi quemlibet si erra
re conspicis, diligenter castigare curato: quod si curari
renuit, ita erga illum circumspecte & temperanter age:
ne quid omnino in tuis uerbis uel actibus, unde am
plius peccet inueniat. Cui sensui opitulatur illud quod
sequitur: f ¶ Qui impatiens est, sustinebit damnum, & cum ra
puerit, etc.] Si enim duritia contradicentis fratris quem
erudire cœpisti, prouocatus ipse in impatientiæ uitium
labaris, damnum profecto tuę uirtutis incurris: & cum C
illi durius forte increpando spem promerendæ salutis
agendæq; pœnitentiæ quam habuerat rapueris: ratio
nem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudi
ci reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatiẽtiam
tris filius stultus. Et tẽcta iugiter perstillantia litigiosa mu
lier. Domus & diuitiæ dantur à parẽtibus, à domino au
tem proprie uxor prudens. Pigrẽdo immittit soporem,
Et ãnima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum, cu
stodit animam suam: qui autem negligit uiam suã, mor
tificabitur. Fœnẽratur domino qui miseretur pauperis,
& uicissitudinem suam reddet ei. Erũdi filiũ tuum & nõ
desperes, ad interfectionem autẽ eius ne ponas animam
tuam. Qui impatiens est, sustinebit damnum, & cum ra
puerit, aliud apponet. Audi consilium & suscipe disciplinam, ut sis sapiens in nouissimis tuis. Multæ cogitationes
in corde uiri, uoluntas autem domini in æternum per
manebit. Hõmo indigens misericors est. Et mẽlior est
pauper quàm uir mendax. Timor domini ad uitam, &
in plenitudine commorabitur absq; uisitatione pessimi.
Absõndit piger manum suam sub ascella, nec ad os suũ
applicat eam. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit,
si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiã. Qui
affligit patrem & fugit matrem, ignominiosus erit & in
felix. Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores ser
mones scientiæ. Tẽstis iniquus deridet iudicium. Et ỏs
impiorum deuorat iniquitatem. Pãrata sunt derisoribus
iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Lu
xuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his
delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & ter
ror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.
Honor est homini qui separat se à contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumelijs.

Caput xx

PRopter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo
æstate & non dabitur ei. Sicut aqua profunda, sic consi
medendo reducere laborem putet: sed pigro labor est,
manum ad os porrigere: quia desidiosus quisq; prædi
cator, ne hęc uult operari quę dicit. Manum quippe ad
os porrigere, est uoci opere concordare. h ¶ Testis inic
quus deridet, etc.] Illud uidelicet de quo dicitur: Non fal
sum testimonium dices, uel certe uenturum de quo su
Exo. 20.b pra dicitur: Testis falsus non erit impunitus: & qui lo
quitur mendacia, peribit. i ¶ Et os impiorum, etc.] Sicut
Supr. cap.a famelicus refici cibis desiderat, ita impius ut iniquitatis
executione satietur, ardenter exquirit. m ¶ Parata sunt
derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum, etc.] Et si re
probi, sicut prædictum est, uel iussionis uel commina
tionis diuinæ iudicium derident: parata tamen eos ex
pectant iudicia damnationis, quæ ut mallei ferrũ can
dens, ita eos in fornace gehennæ sine fine uerberent.

CAPVT XX

PRopter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, &
non dabitur ei, etc.] Qui nunc propter desidiam in dei
seruitio laborare neglexit: uenturo die regni men
dicabit, & non dabitur ei: quia quæcunq; seminauerit
homo

A homo, hæc & metet. Bene ergo regnum dei æstati com
paratur: quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, &
uitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. a ¶ Multi ho
mines misericordes uocantur: uirum autem fidelem quis inueniet?
& cæt.] Multi quidem misericordes præsenti in secu
lo apud homines ui
dentur: uirũ aũt fide
lem, hoc est qui recta
intẽtione bonũ opus
faciat, inueniri diffici
le est. b ¶ Iustus qui
ambulat in simplicitate,
etc.] Non hoc secun
dum literam semper
stare potest. Nam &
1 Reg. 8.a beatus Samuel uir iu
stus ac simplex, dissi
miles sui filios reliqt:
4 Reg. 18 & Achaz iniustus ac
reprobus, beatũ post
se filium reliquit Eze
chiã: sed filios iusti di
cit eos, qui exempla
iusti sequũtur. Vnde
omnes electi propter fidẽ, filij uocant Abrahæ: teste A
postolo qui ait: Si aũt uos Christi, ergo semen Abrahæ
estis: quibus beatitudo nõ huius seculi, sed futura pro
mittit. Vnde rectè subiungit: c ¶ Rex sedet in solio iudi
cij, etc.] Et si enim in hac uita electi mala patiant repro
borum, ubi uniuersalis iudicij dies apparuerit, omnia
mala dissipant: & coronatis cum dño iustis, soli pœnas
subibunt iniusti. Quod etiã nunc per partes agit, cum
quis sanctorũ uictor extiterit de seculo, & ille qui eum
tribulabat persecutor digna factis perceperit. Potest hic
B uersus & de electis accipi, qui habẽt aliquãdo latẽtia in
mẽte mala: quæ ab alijs uideri nõ possunt hominibus:
Luc. 22.g quæ tamen dñs cernit, quando ea occulto respectu gra
tiæ destruit. Denicq; conuersus dñs respexit Petrũ, & re
cordatus est Petrus uerbi dñi, & cætera. d ¶ Quis po
test dicere, mundum est cor meũ: etc.] Notandũ quod nõ ait:
Quis potest mundũ habere cor, & purus esse à pecca
to: sed quis potest dicere, inquit, mundũ est cor meũ,
purus sum à peccato: quia sunt qui largiẽte diuina gra
tia, possunt iuxta humanũ modum & cordis & operis
Matth. 5.a mundiciã habere: unde est illud dominicũ: Beati mun
Psal. 23.a do corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Et in psalmo: Quis
ascendet in montẽ domini, aut quis stabit in loco san
cto eius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim
nemo mundũ habet cor, neq; ullus purus est à pecca
to: consequens est profecto, ut nullus ascendat in mon
tem dñi, nullus hominũ stet in loco sancto eius. Quia
uero constat multos ascensuros in montẽ domini, sta
turosq; in loco sancto eius: restat utiq; ut sint multi mũ
do corde: & iuxta humanæ possibilitatis modũ puri à
peccato: nec tamẽ seipsum quisquã mundũ corde & im
munẽ esse à peccato absq; temeritate pronunciat. Stul
ta est namq; propriæ laudis iactantia: temerariũ de sua
quemq; innocẽtia uel iustitia gloriari. Et quia sunt qui
sua laudare quasi fortia: proximorum uero facta uelut
uilia solent improbare, rectè subiungitur: e ¶ Pondus
& pondus, mensura & mensura, etc.] Pondus & põdus, hoc
est, maius & minus: mensura & mensura, similiter ma
ior & minor, utrumq; est abominabile apud deũ. Præ
positi enim in ecclesia parce uiuẽtes, has duplices men
suras in domibus, hoc est conscientijs suis habent: quia
bonum quod alijs imperãt, ipsi minime faciunt: & ma
lum quod in subditis damnãt, ipsi perpetrare non de
sinunt. Pondus & pondus, mensurã & mensurã, hypo
critæ atq; hæretici in domibus, hoc est in sensibus suis
habent, in eo quod se mundos in cogitatione & puros C
in actione sua esse mentiuntur: cęteros uero uelut sordi
dos atq; peccatores respuunt & contemnunt: quasi sta
tera dolosa & mensura duplici aliter sua, & aliter facta
proximorum pensant, ac per hoc in utroq; abomina
biles apud deum exi
stunt. Diuersum nãq;
põdus in domo sua,
diuersam habet men
surã: ut aliter uidelicet in semetipso, ali
ter metiatur in proxi
mo: q̃ in suis semper
actibus quæ laudari,
in aliorũ uero quæ ui
tuperari possint rima
tur. Et ideo talem iu
ste abominatur dñs:
quia nimirũ quantũ
sibimetipsi absq; me
ritis placet, tanto su
perno inspectori me
rito displicet. Verum
quia periculosum est
cuiquã de aliena conscientia iudicare, cuius intentionẽ
scire nequit, dat consiliũ quibus indicijs iudiciũ nostri
cordis erga proximũ dirigere debeamus. Nam sequit:
f ¶ Ex studijs suis intelligitur puer, etc.] Quemcunq; enim
uirtutibus studere, modestiæ, continentiæ, auditioni sa
pientiũ, & obseruantiæ mandatorũ dei: maximeq; hu
militati ac simplicitati uideris: huius munda esse & re
cta opera intellige. Quẽ uero his contrariũ iter tenere
deprehendis, hunc uelut immũdi ac distorti cordis ho
minẽ, aut corrigere aut castigare: aut si nõ uales, uitare
ac declinare, ne ab eo ipse corrũparis, curato. Nec uide D
ri contrariũ debet, quod hic studiosi pueri munda esse
& recta opera testat: suprà uero ait: Quis potest dicere,
mundũ est cor meũ, purus sum à peccato? In hoc enim
uersu studiũ rectæ uiuẽdi suadet, in illo præsumptionẽ
propriæ puritatis dissuadet. In isto mundiciã & rectitu
dinẽ qualis in hac uita esse iustorũ potest, docet haben
dam: in illo subtilitatẽ diuini examinis, qua hominũ fa
cta & intentiones dijudicat, monet semper ante oculos
habendam. Vnde & illum locũ antiqui interpretes ita
transtulerũt: Cũ sederit rex iustus in solio iudicij, quis
gloriabit castũ se habere cor: aut quis gloriabit mundũ
se esse à peccato? qui & hunc quem exponimus uersicu
lum, manifestius posuere dicentes: Iuuenis qui cum iu
sto est, directa erit uia illius. Qui enim cum sapientibus
graditur, sapiens erit. Sicut econtra, amicus stultorum
efficietur similis. g ¶ Aurem audientẽ, & oculum uidentem,
etc.] Aurem audientem, dicit auditorẽ uerbi obedien
tem. Oculum uidentem, doctorem eruditũ. Nemo er
go cum se scripturarũ scientia institutũ, & ad docẽdum
uerbum dei uiderit idoneum: despiciat simplicitatẽ fra
tris: qui & si minus doctus ad prędicandum: nõ tamen
minus est promptus ad discẽdum, uel ad implendum
bona quæ didicit: sed recolat quia qui sibi maiorẽ scien
tiæ gratiam dedit: ipse fratri quæ habet spiritualia do
na tribuit: nec sibi propter se solummodo, sed etiam
propter fratris cõmoda tribuit dona quæ uoluit: dans
unicuiq; gratiam secundum mensurã donationis suæ.
h ¶ Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, etc.] Noli dili
gere somnum peccati & inertiæ, de quo Apostolus ait:
Hora est iam nos de somno surgere: ne te si non bene Rom. 13.c
uigilare noueris, egestas in futuro, illa grauissima ubi
nec stillam aquę unam sitiens inuenire queas occupet.
Aperi oculos tuos cordis ad uigilias sanctas, & saturita
tem tibi gaudiorũ cœlestium bene uiuendo conquire.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Malum est, malum est dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.*] Ergo & is qui æterna in cœlis præmia comparare desiderat, malum est quod in præsenti debet sustinere: ut cum recesserit de mundo tunc gloriet

Ibid. 8.d tur aperte perspiciens: Quia non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. *b* ¶ *Est aurum & multitudo gemmarũ, etc.*] Hęc est gloriatio sapientis emptoris, qui quam diu emerit, malũ esse dicit quod secum agitur: cum autem recesserit, lætabitur se sapienter emisse. sic etenim etiam cœlestis regni emptor ubi hinc recesserit exultabit, cõperiens labia scientiæ: id est doctrinæ spiritualis qua usus est in cõparatiõe cœlestiũ, auro gẽmis & ualis esse assimilanda pretiosis. *c* ¶ *Suauis est homini panis mendacij: & postea implebitur os, etc.*] In quocunq; membro quis amplius peccauerit, in eo ampliora in ultione patietur tormẽta. Vn

B de recte qui in lingua magis delinquit, in ea plus arsurus esse perhibetur dum os eius calculo qui est lapis ignitus implendum esse refertur: quod accidisse cõstat diuiti illi qui epulabatur quotidie splendide: cum in inferno ardens, refrigerari sibi

Luc. 16.c à Lazaro linguam petebat. Nam quia in uerbis superuacuis in epulando defluxerat, in lingua amplius ardebat. *d* ¶ *Et qui reuelat mysteria & ambulat fraudulenter, etc.*] Si quis uoluerit tuis misceri amicitijs: & hunc uideris prioris amici pandentem secreta, hunc ueluti perfidũ caue. *e* ¶ *Hæreditas ad quam festinatur in principio: in nouissimo benedictione carebit.*] Qui per auaritiæ nequitiam in hac uita multiplicari appetunt: in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Aliter: Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Qui gradum regiminis priusquãm sub esse didicerit: id est ante tempus festinans præposterus accipit: in nouissimo mercede benedictionis, quæ bonis rectoribus debetur, carebit: qui ad mysterium altaris indoctus & temerarius accessit, & ipse in die nouissimo gratiam remunerationis quæ bene ministrantibus repromittitur perdet. Potest & ita accipi: quod qui in præsenti suas ulcisci uult iniurias, hic corona patientiæ in futuro carebit. Cui sensui potissimum uidetur conuenire quod sequitur: *f* ¶ *Ne dicas, reddam malum, etc.*] Quod etiam uersiculo sequenti astruit, cum dicit: *g* ¶ *Abominatio est apud dominum pondus et pondus, etc.*] Duplex nãq; põdus & stateram habet suo in corde dolosam: qui dũ peccauerit, ipse ueniã petit à domino: & nihilominus peccanti in se homini ac pœnitenti, quod peccauit dimittere non uult: eum qui deus est flectere ad misericordiã dum precibus satagit, cum ipse homo existẽs, nullis hominum precibus flecti ad misericordiã possit. Qui iure quasi iniquus põderator abominatur à domino: quia suas iniurias grauiores cõ domini mensurat. Verbi gratia: nolens indulgere ei qui suã uxorẽ polluit: & postulans sibi indulgeri, cum forte desponsatam Christi uirginem maculauerit: uel certe animam suam deo in baptismate consecratã, aliqua uitiorũ sorde fœdauerit. *h* ¶ *A domino diriguntur gressus uiri.*] Quicunque hominum gressus rectum iter incedũt, nõ fit hoc libertate humani arbitrij: sed gubernatione illius, cui

Esa. 26.c dicit Esaias: Omnia eũ opera nostra operatus es nobis. *i* ¶ *Quis autem hominum intelligere potest uiam suam?*] In hoc, inquit, manifeste claret, qa quicquid boni habet quisque, à seipso nõ habet, sed per gratiam dei: quod nec per sui libertatem arbitrij qualis futurus sit, qualiter uel quãdiu uicturus intelligere poterit. *k* ¶ *Ruina est homini deuotare sanctos: & post uota retractare.*] Cum peccatum sit ulli hominũ D nocere: quanto magis est cum quis sanctos dei offenderit si

Act. 23.e ue læserit & quasi uile mancipium pro libito suæ uolũtatis eos tractare non timuerit. Quomodo quadraginta uiri in Actibus apostolorum deuouerunt se nõ mãducaturos neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Et pagani sæpe, ut legimus, dijs suis Christianorum de uouere sanguinem. Hunc uersiculum antiqua æditio, iuxta alium sensum posuit, dicens: Muscipula est uiro citato aliquid de suis consecrare: postea autem cũ uotũ fecit pœnitẽtiam agit. Et quia utriq;, & eis uidelicet qui sua uota contemnunt, & eis qui ut sua uota compleant sanctos persequuntur, dãnatio restat æterna: recte subditur: *l* ¶ *Dissipat impios etc.*] Moris aũt fuit antiquorũ, ut adepta de hoste uictoria, fornices sibi erigerẽt: in quibus uirtutũ suarũ laudes describerẽt: ut in Saulis opere

1. Reg. 15.c legimus. Dns ergo rex noster, nõ solũ impiorũ destruet in fine malitiã: sed & magnã cũ electis suis eiusdem triũphi gloriã perpetuo celebrat. Hũc uersum antiqua translatio sic habet: Ventilator impiorũ rex sapiens: & immittet illis rotã malorũ: id est pœnam nullo fine cõsummandã. Cui uidelicet rotæ contraria est corona uitæ æternæ: quã repromisit deus diligẽtibus se. *m* ¶ *Lucerna dom, etc.*] Diuini afflatus illuminatio cũ in mẽtem hominis uenerit, eã sibimetipsi illuminãs ostẽdit: quæ ante spiritus sancti aduentũ cogitationes prauas & portare poterat, & pẽsare nesciebat. *n* ¶ *Exultatio iuue. etc.*] Canitiem sapientiã dicit. Tunc etenim ciuitatis cuiusq; bene ordinatæ: tunc res sanctæ ecclesiæ recte agunturs cum & fortiores quiq; uiribus necessarijs insistunt operibus, & seniores maiore prudentia prædíti, de his quæ agenda sunt salubriter consulunt. *o* ¶ *Liuor uulneris, etc.*] Cum enim exterius percutimur ad peccatorũ nostrorum

A strorum memoriã tacti afflictiq; reuocamur: & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus: sicq; fit ut inter aperta uulnera corporis magis nos abluat plaga secreta uentris: quia sanat nequitias praui operis occultum uulnus doloris. Solet quippe uentris appellatione mens accipi: quia sicut uenter consumit escas, ita mens pertractando excoquit curas. Cap. XXI

Sicut diuisiones aquarum, etc.] Quare cor regis, & non potius hominum in manu dei esse perhibet, cum scriptum sit:

Psal. 94.a Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: nisi fortè regẽ, sanctum quemq; appellat, qui uitiorũ bella in seipso uincere, uirtutum militiã nouit stipare. Sicut esti dominus multifidis aquarũ diuisionibus terrarum fines late simul & aeris implet: tegit quoq; aquis superiora cœlorum: ita cor regis quocunq; uoluerit inclinabit illud: quia sicut diuisiones gratiarum, iuxta

B suam uoluntatẽ, & angelis & hominib. tributa & corda sanctorum quibuscunq; uoluerit digna donationib. reddit. Neq; ullum habet Pelagianista locũ, quo absq; dei gratia quis saluus fieri possit. *b* ¶ *Peruersa uia uiri aliena est, etc.*] Iuste corã domino uiuere, pro

Eccl. 12.d prium est humanæ cõditionis. Vnde alibi dicit: Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo. At qui peruerse uiuit, alienam profecto à natura humana uiam incedit. Peruersa ergo actio, aliena est & cõtra naturã. Qui aũt mundus est in opere, hic recte quod per naturã originaliter sumpsit exequitur. *c* ¶ *Melius est sedere in angulo domatis, etc.*] Adeo uerũ est, melius esse sedere in angulo domatis: id est in secreta altitudine continentioris, q̃m cum muliere mala quæ tibi sit cũ illa cõmunis: ut etiã si optima tibi mulier ducenda offeratur, melius sit contempto cõnubio propter comitatũ agni, cœlibem ducere uitã. Aliter: Quid per angulum domatis, nisi uita religiosa, ab omni actione terrena remota: & à turbationibus uitæ præsentis quieta? Quid per mulierem litigiosam, nisi perturbati seculi actio designat, quæ amatoribus suis incessanter tẽtationes mouet: iurgia atq; scandala seminat, immittit lites, cõcitat bella, diuidit unitatẽ, pacẽ uiolat, amicitias dissipat: eosq; dum uarijs cupiditatibus inflãmat: nec in semetipsis quiescere sinit, nec in fraterna dilectione cõnexos esse permittit. *d* ¶ *Qui obturat aurem suam ad clamorem, etc.*] Generaliter hæc accipienda sententia: & non egeno tantũ uel corporaliter infirmo. Nam & qui criminibus alienis non affectu misericordiæ condolere, sed iudicantis mauult tenere censuram: ostendit se necdum uitiorum sceibus eliquatum, neq; auditu diuinæ miserationis existere dignum. *e* ¶ *Munus absconditum extinguet iras, & donum in sinu indignationem maximam.*] Qui iram districti iudicis quam peccãdo meruit, placare desiderat: eleemosynas det pauperibus: & hoc nulla delectatione fauoris humani, sed tantũ amore cõditoris: qui cordium occulta respicit. Sic enim fit munus absconditũ, sic ad mitigandũ cõditoris irã proficuũ, si nullo extranæ retributionis intuitu porrigãt: sic implebitur quod ipse præcepit: Te aũt faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. *Matt. 6.d*

f ¶ *Gaudium iusto est facere iudicium, etc.*] Gaudet iustus cum bonis desudat operibus: qa sperat se propter hæc bonis remunerandũ esse perẽnibus. At uero reprobi dum mala quæ dñm prohibuisse norũt, faciunt, D quãuis suæ luxuriæ perpetratione carnaliter delectent, mẽtis tamen pauore interno carere nequeunt: quia se mala perpetua passuros pro his quę tẽporaliter male fecerint nõ ambigũt.

g ¶ *Vir qui errauerit à uia doctrinæ, etc.*] Gigantes dicit immundos spiritus, de quibus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, gemunt sub *Iob. 26.b* aquis, qui habitant cum eis: id est, superbi & malefactores spiritus dæmoniorũ cum his quos deceperint hominibus pœnis subacti torquentur: horũ enim cœtui sociabuntur, quia à uia ueritatis errauerunt, ipso iudice attestante qui se illis dicturũ esse prædixit: Discedite *Matt. 25.d* à me maledicti in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. *h* ¶ *Pro iusto datur impius, etc.*] Iusti & recti idem esse uidẽt, sed distat inter impios & iniquos, q̃ iniqui sunt omnes reprobi: impij uero qui maioribus implicati sceleribus, uel nunq̃ sanctæ mysteria fidei perceperũt, uel post accepta ad apostasiam redierunt. Vnde potest hoc loco impius omnis fideliũ persecutor dictus accipi. Porrò iniquorũ uocabulo, generaliter omnes mali signari. Et pro iusto datur impius, cũ pro martyre persecutor qui eũ morti dederit punitur: pro rectis iniqui, qui eorũ iustitiã uidẽtes imitari nolebant. Damnat Herodes nõ tantũ pro innocentib. quos impiæ neci tradidit, sed & augmentũ damnationis accipit: quia fidem magorũ sequi ad quærendũ dñm noluit cum esset Iudæus, & prophetarum dicta cognosceret, hinc enim dominus ait: Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabit eam, &c. Non

A quia ipsa sua uirtute ac potentia cõdemnabit, sed quia in eius comparatione condemnabuntur, qui deuotionem eius scientes cum multo facilius possent, sapiẽtiæ curam dissimulabant habere. *a* ¶ *Thesaurus desiderabilis & oleum in, etc.*] Claritas bonorũ operũ deo semper amabilis, & pinguedo dilectionis in sanctorum ecclesia refulget. Verum reprobi non tantum uirtutes sic non assequi, sed & persequi & quantum ualent in bonis obruere festinãt. Potest sane hic uersus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo: id est corpore anima sancta, dei uidelicet thesaurus seruetur, abundat & unctio gratiæ spiritualis: at persecutor imprudens huiusmodi habitaculum disrumpere potest: thesaurũ uero qui habitaculo tenebatur & oleũ, ne quaquã tangere potest. Vnde dñs docet: Non timete eos qui occidunt corpus & post hæc non habent
Matt. 10.c amplius quid faciãt.
B *b* ¶ *Ciuitatem fortium asc. etc.*] Ciuitatẽ fortium, mundum dicit qui quondã malignorũ spirituum tyrannidi stulte subactus seruiebat: habens fiduciã uitæ in occulto eorum qui non sunt dñi, sed opera manuũ hominũ. Hanc ciuitatẽ intrauit ille natus in carne qui est dei uirtus & dei sapiẽtia: destruxitq; per suos prædicatores cultum deorũ, in quibus fuere confisi, ueritatis ignari: atq; in fide cœlestium docuit habendam esse fiduciam quæ nunq; posset destrui. Sed & quotidie ciuitatẽ fortium ascẽdit sapiens, & destruit robur fiduciæ eius, cũ aliquis fidelis doctor argumenta philosophorũ, uel hæreticorum, uel etiam contumaces carnalũ fratrum contradictiones quibus scelera sua defendere & alleuiare nituntur aspernatione fidei ecclesiasticæ, castigationis disciplina redarguit atq; euiscerans annullat. *c* ¶ *Testis me. etc.*] Qui se deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur, peribit: qui autem fideliter ut promittit, iussis subditur diuinis: huius loquela ad uictoriã perueniet: quia dũ per obedientiã suam desideria uincere satagit, per iustitiam iudicis postmodum uictoriæ palmam percipit.
d ¶ *Vir impius procaciter obfirmat, etc.*] Iudas quia impius corde erat, quamuis ipso domino se redarguente, noluit mala cœpta restringere. Porrò Petrus quia rectus
Luc. 22.g erat corde: id est rectitudinis amator, respiciente se domino mox pœnitendo correxit quod negando deliquit. *e* ¶ *Non est sap. etc.*] Quæcunq; consiliantur & sapiunt hæretici: nihil est & uanum & inutile. *f* ¶ *Equus paratur, etc.*] Hominum quidem est deo deuote tempore persecutionis animum præparare, corpus offerre discrimini, sed diuini est adiutorij: ut cœpto labori agonis uictoria salusq; succedat.

Caput XXII.

M*Elius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ.*] Nomen bonũ dicit, nõ quod à turbis uulgi imperiti, sed quod C à fidelium quãuis paucorũ testimonio laudatur. Neq; enim bonus habere nomẽ bonum refugit, sed á bonis solũ quærebat laudari qui ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nomen ergo bonum est nomẽ religionis, *Gal. 1.b*
quod diuitijs mũdialibus iure præfertur. Nam & si mundum
Matt. 16.d quis lucraretur uniuersum, merito hunc cõtemneret, tantum ut nomẽ eius scriberetur in cœlo, eiusq; memoria & inter homines sanctos figeretur æterna. *h* ¶ *Super argentum et au. etc.*] Illã significat gratiam cum quis pro bono opere laudatur à bonis, imò pro collatis ei donis meritorum glorificat pater qui in cœlis est. *i* ¶ *Dines & pauper obuiauerunt sibi, etc.*] Neq; diuitẽ propter diuitias honores: neq; pro inopia pauperem despicias, sed hoc in utroque merito uenerare: quia opus sunt diuinum & ad imaginẽ dei facti sunt. *k* ¶ *Callidus uidet malum & abscondit se, innocens, etc.*] D
Multi ex principibus credidere in dñm, sed propter
Ioan. 12.f pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur: quia enim erant callidi, uidebant malum persecutionis quod imminebat, & absconderunt fidẽ pietatis quam parumper conceperant. Innocentes uero apostoli pertransierunt itinere recto professionis quo cœperunt, & afflicti sunt uerbere, uinculis, carcere & ipsa etiam morte mulctati. Vtrorunq; autem exemplum multi usq; nunc, & in certamine fidei & in communibus sequuntur actibus. Hunc uersum antiqui interpretes manifestius, sed in alium sensum transtulerunt: Ne quam puniri ualde ipse disciplinam accipit: insipientes autem prætereuntes damno afflicti sunt. *l* ¶ *Finis modestiæ timor domini, diuitiæ & gloria & uita.*] Modestiam dicit constantiam operum bonorum: timorem uero domini illum qui permanet in seculum seculi: quia nimirum perfectio uirtutum est, ad hunc animi statum conscendere quo gratiam conditoris, uel in modico
1. Ioan. 4.d timeamus offendere: nihil prorsus eius memoriæ prę ponentes. quæ alibi charitas uocatur perfecta, foras mittens timorem, seruilem uidelicet & incipientem, quo metuit quisque ne forte peccando pœnis mereatur subigi. Quod autem subiungit: Diuitiæ & gloria & uita: in futuro significat. Finis ergo modestiæ timor domini: diuitiæ & gloria & uita. Quia nimirum perfectio uirtutum est in hac uita, ut timeamus dominum timore sancto: hoc est, syncera illum dilectione colamus: finis uirtutum in futuro, ut diuitijs hæreditatis promissæ regni cœlestis gloriam & uitam sine fine percipiamus á domino. Vnde Petrus: Itaque cum uidecipiamus á domino. Vnde Petrus: Itaque cum uidecipiamus á domino. Vnde Petrus: Itaque cum uideritis, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, portantes finem fidei uestræ salutem animarum uestrarũ.

¶ *Arma*

A *a* ¶ *Arma & gladij in uia, etc.*] Dupliciter intelligendum: quia peruerli & armati semper ad nocendũ proximis uerbo uel opere sceleſto, & ipsos parata semper expectat ultio diuini examinis. Qui uero animã suam in ęternum saluari procurat, longe refugit ab huiusmodi armis & gladijs: quia & mentẽ manumq; suam à proximorũ lęsione refrænat, & ne animaduersione districti iudicis ipse feriatur, intenta mente præcauet. *b* ¶ *Prouerbium est: etc.*] Cõstat pleroscq; in senectute dño donãte maturari á uitijs quæ adolescẽtes habuerãt, & ecõtra nõnullos illo se deserẽte, deserere circa seniũ uirtutes quibus ab adolescẽtia uidebanť illustrari. Sed quia multo sæpius quisq; mores quibus ab adolescẽtia imbutus est, in reliquũ uitę tẽpus exequi consuescit: prouerbiũ esse dicit: quia quod adolescens quisq; coeperit, in senecta nõ mutauerit: nõ tamẽ ipsum semper ita uenire confirmat. Idcirco aũt huiusmodi prouerbiũ ponit, ut auditores suos à prima ætate uirtutib. studere persuadeat: ne forte
B in senectute nõ possint deserere studia, quibus in tenera ætate mancipari despexerant. Nam & Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu. Et Græca narrat historia, Alexandrũ potentissimũ regẽ orbisq; domitorẽ, & in moribus & in incessu Leonidis pædagogi sui nõ potuisse carere uitijs, quib. paruulus adhuc fuerat infectus. *c* ¶ *Diues pauperibus imperat, etc.*] Patet iuxta literã. Sed & diuites uirtutib. in iudicio occulti inspectoris principanť eis, imò eorũ in futuro iudices existunt, qui uirtutũ diuitijs caruerũt. Et qui uerbũ doctri næ salutaris accipit à doctore, seruus est eiusdẽ doctoris: id est debitor implẽdi oĩa quæ illi magisterij cœlestis iure præcipit. *d* ¶ *Qui seminat iniquitatẽ, etc.*] Certũ est q; is qui uel uerbo uel exẽplo docuit iniquitatẽ, recipiet uindictã. Sed quod sequit: *e* ¶ *Et uirga iræ suæ, etc.*]
Illam maxime iniquitatẽ uidetur dicere, quæ immiti & impia mente peragit, ut est latrocinia exercere, homines seruitio premere, tormẽtis laniare, morte perimere, bouẽ uiduæ, p pignore auferre: ipsam de aduersario
Matt. 26.d cũ possit uindicare nõ uelle. Talis uirga iræ suæ cõsummabit, quia sicut dñs ait: Oĩes qui acceperint gladiũ, gladio peribunt: id est, qui iniuste in alios sæuiunt, ipsa sæuitia sibimetipsis interitũ conficiũt. Verũ quia dixerat de impio, sequit econtra de pio. *f* ¶ *Qui pronus est ad, etc.*] Huic simile est illud iudicis eiusdem qui miseri cordes ab impijs discernẽs ait: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Quia esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Possunt autem panes qui pauperi dantur, non solum alimenti carnalis, sed & doctrinæ spiritualis quibus anima recreatur intelligi. *g* ¶ *Eijce derisorem, etc.*] Eijce hæreticũ quem corrigere non potes de ecclesia, & cum illi libertatem prædicandi abstuleris, catholicæ paci auxilium præstabis. *h* ¶ *Qui diligit cordis munditiã, etc.*]
Qui mundo corde recta prædicat, inter illos annume- C
rabitur, de quibus eidem regi & conditori seculorum propheta dicebat: Mihi aũt nimis honorati sunt amici Psal. 138.c
tui deus. Nam si quis gratiã labiorũ recta prædicando præmonstrat: cordis autem mundiciã custodire dissimulat, nequaq; talis æterni regis amicitia frui posse putandus est. *i* ¶ *Oculi domini, etc.*] Superna conspectio custodit semper in ecclesia scientiã ueritatis quam docuit. Verba autem hęreticorũ, imò omnis sermo pietati & iustitiæ contrarius, qui à domino rege nõ seruať, cum suo autore subuertitur. *k* ¶ *Dicit piger, leo est foris, etc.*]
Dicit sæpe in animo suo is qui ad agenda bona opera piger est, ad confitendã fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam noui, foras profiteri: ne me persequutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercẽdas uirtutũ actiones in publicũ progredi, ne fortẽ me uel antiqui hostis aduersitas grauior tentet: uel etiã homo quilibet peruersus cũ suorũ turba derideat, D
conuitijs cõfundat, iniurijs afficiat: aut sicut multos iustorũ qui ab eius uita discordãt, tormẽtis & morte consumat. Leo, inquit, foris, in medio platearũ occidẽdus sum, quod est aperte dicere, & uerba & opera uirtutũ, ubi ostendi foris cœperint, statim persecutio uel hominũ, uel spirituũ comitať immundorũ, nec ualeo tentationibus resistere, sed impijs boni propositi uincor incœptis. *l* ¶ *Fouea profunda os, etc.*] Qui uerba uel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianuam iam gehennalis pulsat abyssi: citoq; mergetur si pedẽ cautus non retrahit: si nõ membra cætera à uicinia cohibet fouea pœnalis: quam nullus omnino nisi filius iræ illabitur. *m* ¶ *Stultitia colligata est, etc.*] Multos nouimus pueros sapientia præditos. Nam & Hieremias puer pro- Hier. 1.c
phetię mysterium suscepit: & Daniel scribit quod dedit Dan. 2.c
deus pueris abstinentibus scientiã & disciplinã in omni uerbo & sapientia. Vnde restat intelligere quod pueros hoc loco non ætate, sed sensu paruulos significet: quales uetabat Apostolus esse eos quibus ait: Nolite 1 Cor. 14.d
pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote. Huiusmodi enim pueros, id est animos stultitiæ, uel lasciuiæ, uel inertiæ deditos, necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustum uitæ tramitem prudentium uigore perduci. *n* ¶ *Qui calumniatur pauperẽ, etc.*] Constat quia rapaces, & quæ pauperibus auferũt, & quæ iuste uidentur possidere, pariter omnia perdent, cum in examine districti iudicis pœnas pro his quæ gessere recipient. Sed & his qui pauperem spiritu fratrem calumniãtur, uirtutibus eius detrahendo, ut per hanc uituperationẽ ipse diuitias quas desiderat augeat: id est gloriã laudis humanæ maiorem, quasi sanctior accipiat: merito talis calumniator quicquid bonæ actionis habere uidebatur amittit, & à fructu uirtutum uacuus in fine manebit. Hucusque pertingit titulus parabolarum Salomo-

his qui supra positus est, ex quo nouum locutionis genus probat assumpsisse, ut ea quæ diceret non quasi ad alium quem doceret loquēdo, sed uelut solus secum ratiocinādo uideatur effari: quarum uidelicet parabolarum primus est uersiculus: Filius sapiēs lætificat patrē: filius uero stultus mœstitia est matris suæ. Vltimus iste ad quem usq; explanando peruenimus. Hinc ad priorē loquendi modū reuertit, ut specialiter ad eum quē instruit uerbū faciat quod ita incipit. *a* *¶ Inclina aurem tuam & audi uerba sapient. etc.*] Pulchrum initiū ponit nouæ locutionis, ut aurem pariter ad audiendū, & cor apponere ad intelligendum quæ sibi sapientes loquantur eum quem erudit iubeat. *b* *¶ Quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in uentre tuo, & redundabit in labijs tuis, etc.*] Aspera sæpe uidetur incipientibus & in suauis doctrina sapientiæ, sed cum eius uirtutem intimo corde perceperint & operibus seruare, cū hanc quoq; labijs propinare fratribus didicerint, pulchriorē hanc cæteris dogmatibus esse deprehendent. *c* *¶ Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, ut ostenderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis, etc.*] Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia cogitare, loqui & operibus hanc exercere præcepit, qua descriptione triplici, totus iste libellus, si quis bene considerat, plenus refulget. *d* *¶ Non facias uiolentiam pauperi quia pauper est, neque conteras egenum in porta, quia dominus iudicabit causam eius.*] Potest de quolibet paupere uel egeno accipi, de quo dictum est: Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Verum quia sequitur. *e* *¶ Et configet eos qui confixere animam eius.*] Melius de illo intelligitur, qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est, & non solum pauper ut nos ditaret, sed & ut nos redimeret, crucifigi dignatus est. Prohibet ergo sapientia suos auditores domino in carne prædicanti uiolētiam mortemq; inferre, quia nimirum certus restat interitus eis qui in autorem uitæ manum mittere non timuerunt. *f* *¶ Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius & sumas scandalum animæ tuæ.*] Et cum hæc de omni iracundo uel furioso possint generaliter accipi, tamen nihil prohibet specialiter accipi de illis qui contra saluatorem & discipulos eius uesana mente furebant. A quorum amicitia & comitatu prohibentur quicunq; in eum credentes, curam suę salutis agebant, ne ex uicinia prauorum & ipsi perirent, quod ex Iudæ Ischariotis casu fieri posse probatum est. Generaliter autem dicendum: quia sicut perfecti uiri peruersos proximos non debent fugere qui illos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad perfectionem nunq; trahuntur, ita infirmi quiq; societatē debent declinare prauorū, ne mala quæ frequēter aspiciunt, & corrigere nō ualent, delectent imitari. *g* *¶ Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui uades se offerūt, etc.*] Noli esse cum his qui se cum essent liberi ac sibi uacantes, defigūt manus in curas salutis malorū, spondentes se rationem pro eorū animabus domino reddituros. Si enim ille pro quo spopōdisti, non habet bona opera q̄bus te liberum ac securū reddat tuę spōsionis, quæ tibi utilitas est ut in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittasq; habitū iustitiæ quo indutus esse uidebaris, ac nudus ab ornamēto uirtutū existere cōproberis, quia quod domino teste pollicitus es implere nequiueras. Hoc aūt dictū est, nō quod curā regendarum animarū cū tibi regulariter imposita fuerit suscipere nō debeas, sed nepassim nullo iubente doctoris tibi ac præsulis officiū temerarius usurpes. *h* *¶ Ne transgrediaris terminos antiquos, etc.*] Ne trāsgrediaris terminos si dei quos catholici ab initio statuere doctores. *i* *¶ Vidisti uirum uelocem, etc.*] Quencūq; uelocē uideris in opere suo, uel in opere bono quod erat ei facere strennue atq; solicitū: scito hunc in die nouissimi examinis coram apostolis, qui cum Christo mundū iudicātes sedebūt, esse staturū: quia uidelicet eorum iussa seruauerit, neq; in parte ignobilium doctorum quorum cauere fecit errorem: id est ad sinistram iudicis esse ponendum.

Caput XXIII.

Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum, etc.] Per Allegoriam cuncta dicuntur: Quando sederis ad legendum cum magistro, ut uero pane uerbi reficiaris: diligenter intellige quæ scripta sunt, & discretionem sacræ lectionis in tua locutione conserua: si tamē talis es tantumq; eruditus qui in potestate habeas animam tuam: nec quasi indoctus mente tua circumferaris omni uēto doctrinæ. Guttur nanq; pro loquela posuit: quia uox in gutture est: Cultrum pro discretione: quia cibo cum reficimur, cultro secante præparamus. Et sedēs ut comedat cultrum in gutture suo statuit, quando is qui diuina sedulus meditatur eloquia, discreta ex ore uerba depromit: nec alia sæpius in lingua quàm cœlestis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius est facere qui in potestate habet animam suam: id est immobilem inter errores fallentium sapientis animæ statum seruare dicit. Vnde & recte subiungit. *l* *¶ Ne desideres de cibis eius in quo est panis mendacij.*] Quod est aperte dicere: Ne desideres eius auscultare sermones, qui dulcedine mēdacium dogmatum auditores suos fallere consuerit.

Noli

a *¶ Noli laborare ut diteris.*] Diuitias scientiæ significat, quas ultra mensuram capacitatis nostræ quærere prohibemur. *b* *¶ Sed prudentiæ tuæ pone modum.*] Illum uidelicet de quo supra dictum est: Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuere patres tui: hoc est terminos datos à patribus ueritatis & fidei. *c* *¶ Ne erigas oculos tuos ad opes, etc.*] Ne erigas mentem tuam ad perscrutanda diuinitatis arcana, quæ penetrare non potes: hæc enim cœlestibus solū ciuibus patent. *d* *¶ Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, etc.*] De scripturis cum hæretico non loquaris: qui inuidet humanæ saluti & malet decipere q̄ corrigi. Quoniam sicut hariolus & coniector somniorum æstimat quæ ignorat: ita hæreticus quæ non intelligit in scripturis pro ut libet interpretari præsumit. *e* *¶ Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecum.*] Securus, inquit, disce quæ dico & age quæ docco, cum in his quæ docet, ipse fidem certā non habeat, sciens finxisse quæ docet. *f* *¶ Cibos quos comederas euomes: & perdes pulchros sermones tuos. etc.*] Sensus peruersos quos ab hæreticis didiceras, necesse est ut uel per pœnitentiam corrigendus deseras: uel post mortem pro his pœnas luere cogaris, per dasq; sermones confessionis quibus eis prædicantibus humiliter fauēdum esse putaueras. *g* *¶ In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.*] Huic simile est illud euangelij: Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos: Sicut ergo supra admonuit ne hæreticorum doctrinis auscultares: ita nunc cohortatur ne amore uanæ gloriæ seductus, immutidis hominibus passim arcana ueritatis ingeras. *h* *¶ Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim eorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam, etc.*] Propinquum paruulorum & pupillorum, dominum appellat: qui cum esset in carne, pauperum magis quàm diuitum consors fieri dignatus est. Alioquin idem dominus est omniū, diues in omnes qui inuocant illum. Possunt autem conuenienter pupillorum ac paruulorum nomine illi designari, de quibus dominus ait: Videte ne contemnatis unum ex pusillis qui in me credunt. Dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis semper uidēt faciem patris mei qui in cœlis est. Quorum agros & terminos qui attigerit: hoc est qui cōuersationem eorum bonā inquietando læserit, iudicium domini non euadit. *i* *¶ Non æmuletur cor tuum peccatores, etc.*] Si tota die, id est toto tempore quo in seculi huius luce cōfistis, & peccatorum exempla uitaueris & dominum timere sategeris: habebis spem beatę retributionis in nouissimo: hoc est cū ad uitæ finem perueneris: ipso attestante qui ait: Esto fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam uitæ. *k* *¶ Noli esse in conuiuijs potatorum: neq; in commessationibus, etc.*] Carnes ad uescēdum conferre, est in collocutione derogatiōis, uicissim proximorū uitia dicere: de quorum pœna mox subditur. *l* *¶ Quia uacantes potibus & dantes symbola, etc.*] Symbolum Græcum nomen est, & interpretatur collatio. Est autem collatio sermonū, sicut in conuiuijs solet: est & pecuniarum siue aliarum rerum, ut præsens locus docet. Potibus ergo uacat, qui de opprobrio alienæ uitæ se inebriat. Symbolū uero dare, est sicut unusquisque solet pro parte sua cibos ad uescendum, ita in conuiuio fabulatione detractionis uerba conferre. Sed uacantes potib. & dantes symbola, sicut scriptum est: consumētur: quia omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopem à cūctis bonis operibus, mors sua inueniet, quem hic alienæ uitæ exquirendo crimina, detractionis suæ langor præoccupauit. *m* *¶ Gaudeat pater tuus, etc.*] Gaudeat deus pater de tua iustitia: gaudeat & ecclesia mater tua, sed & sancti dos qui te per gratiā baptismi regenerauit, qui te eruditi à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus. *n* *¶ Cui uæ? cuius, etc.*] Quærit disputando quib. hominum sceleribus maxima à domino pœna seruetur. Et respondet ipse rationādo: quia his absq; omni dubietate, qui per ebriositatē deuoluūtur ad luxuriā: Cui, inquit, uæ? cuius patri uæ? Væ æternum interitum nominat. De quo dominus: Væ, inquit, homini illi per quem scandalum uenit. Patrem autem cui uæ immineat: uel homi

nem dicit à quo exempla praui operis foras quisq; ut peccaret accepit: uel certè diabolum qui intus in corde uirus pestiferæ suggestionis infundit. De quo Iudæis dicturn est: Vos ex patre diabolo estis & desideria patris uestri uultis facere. *a* ¶ *Cui rixæ: cui foueæ.*] Rixæ, quod cõcordiam seruare & pacem nescit, quem ebrietas sensus impotem reddidit. Foueæ: quia passim in uoluta bro uitiorũ omnium cadere non trepidat, qui inter bona malaq; discernere quasi mẽte captus ignorat. Illamq; sæpissimè foueam ebriosus incidit de qua præfatum est: Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. *b* ¶ *Cui sine causa uulnera?*] Quia multi nimis potati, uulnera per tumorẽ in mẽbris acceperunt, quæ nulla ferri causa pertulerunt. *c* ¶ *Cui suffusio oculorum.*] Quia immoderatus uini haustus, & caliginẽ uisus corporalis, & cæcitatem ingerit sensus interioris. *d* ¶ *Nónne his qui morantur in uino, & student calicibus epotãdis? Ne intuearis uinum, etc.*] Non uetat bibere uinum ad necessitatem, sed morari ultra tempus & utilitatem in uino, & euacuandis alterutrum certare calicibus. Iuxta illud Esaiæ: Væ qui potentes estis ad bibendũ uinum: & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. *e* ¶ *Oculi tui uidebunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.*] Consuetum & penè naturale est uitium post ebrietatis uenena diffusa in corde, muliebrem sequi cõcupiscentiam: comitante prauitate ac turpitudine uerborum. *f* ¶ *Et eris sicut dormiens in medio, etc.*] In medio mari dormit, qui in huius mundi tentationibus positus, præuidere motus irruentium uitiorum quasi imminentes undarum cumulos negligit. Et quasi sopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium solicitudinis perdit. *g* ¶ *Et dices, uerberauerũt me, sed non dolui: traxerunt me, & non sensi. Quando euigilabo & rursus uina reperiam.*] Vox percussi & dormientis exprimitur. Mens quippè à cura solicitudinis dormiens uerberatur & non dolet, quæ sicut imminentia mala non prospicit, sic nec quæ perpetrauerat agnoscit. Trahitur & nequaq; sentit: qui per illecebras uitiorum ducitur: nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Qui quidem euigilare optat, ut uina rursum reperiat: quia quamuis somno stuporis à sui custodia prematur: uigilare tamen ad curas seculi nititur, ut semper uoluptatibus deebriet. Et eũ ad illud dormiat in quo solerter uigilare debuisset, illud appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

Caput XXIIII

Ne æmuleris uiros malos: nec desideres esse cum eis. Quia rapinas meditatur mens eorum, etc.] Ne desideres eos imitari, quos cernis uitijs illis, de quibus cõmoraui, implicari, sed potius sapientiæ operã dare curato. *i* ¶ *In doctrina replebuntur cellaria uniuersa substantia preciosa & pulcherrima.*] Cellaria sunt corda iustorum, quæ non nisi per doctrinam sapientiæ, donarijs uirtutũ replentur. *k* ¶ *Vir sapiens, fortis est, & uir doctus, robustus & ualidus, etc.*] Nõ omnis qui fortis, etiam sapiens est. Omnis autem sapiens & fortis esse dicendus est: quia etsi corpore imbecillis est, si adsit sapiẽtia, omnia fortis aduersarij, id est diaboli certamina uincit. *l* ¶ *Excelsa stulto sapientia: in porta non aperiet os suum.*] Non potest stultus ad sapientiam attingere, adeo alta est: quia in iustis iacet uitiorum. Qui etsi in præsenti se aliquid sapere putat: in porta tamen ciuitatis, id est in exitu huius uitæ, inueniet nihil fuisse quod sapuit. *m* ¶ *Qui cogitat mala facere, stultus uocabitur, etc.*] Neputares stultum æstimandum fuisse eum quem hebetẽ tardũq; ingenio uideres: palàm ostendit: quia ille stultus sit uocandus, qui uel in cogitatione peccati suggestioni consentit, tametsi acer ingenio uidetur existere: non autem ille qui hebes sensu apparet, dei tamẽ imperijs quæ discere potuit, obtẽperare disposuit. *n* ¶ *Si desperaueris lapsus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.*] Nihil execrabilius desperatione: quam qui habuerit, & generales huius uitæ labores, & quod maximè nocet in fidei certamine, constantiam fortitudinis perdit. *o* ¶ *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, etc.*] Potest mystícè accipi: Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur rectã fidem prædicando, libera bonorum operum exempla monstrando eos qui à malè uiuẽtibus catholicis trahuntur ad interitum. Sed & si quos in certamine persecutionis lapsos uel lapsuros aspexeris, solicita hos exhortatione ad uitam restaurare satage. Si quos fame perituros, si quos algore uideris, illis dato uictu & uestitu recrea. *p* ¶ *Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ, etc.*] Patet facillimè quare doctrinam sapientiæ, melli comparet & fauo: quia animirum sicut illud cibis: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter utriusq; significantiam distat: quia mel quod in promptu est ad comedendũ, moralem literæ superficiem insinuat. Fauus aũt in quo mel

mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figurate denunciat: ut subducto literæ uelamine, suauitas sensus spiritualis aliquanto cum labore uel mora percipiatur. *a* ¶ *Ne insidieris & quæras impietatem in domo iusti: neq;, etc.*] Ne quæras aliquam occasionem, qua deroges homini iusto. Ille emi si ceciderit, cito admouet pedẽ suum ut careat uitio: quod quidem non iteratur in facto: impij autem sic corruunt, ut ulterius nõ resurgãt: sicut subsequẽter addit dicẽs. *b* ¶ *Septies enim cadit iustus, & resurgit: impij autem corruent in malum.*] Quomodo autem iustus appellatur: qui cadere, id est peccare memoratur? nisi quia de leuibus quotidianisq; loquitur peccatis: sine quibus nec iustorum quisquam esse in hac uita potuit. Quia nimirum per ignorantiam, per oblitionem, per cogitationem, per sermonẽ, per subreptionẽ, per necessitatem, per fragilitatem carnis, singulis diebus, uel inuiti, uel uolentes frequẽter reatũ incurrimus, & tamen resurgit iustus, uidelicet quia iustus est: nec iustitiæ eius præiudicat lapsus humanæ fragilitatis. Vnde bene cum de iusti casu loqueret, non addit in malũ. Quia & si malum est quod cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hærere possint, citius resurgendo procurant. Ât contra de reprobis: Impij aũt (inquit) corruent in malũ. Quia ut delicet impij cum ceciderint uel (quod est prauius) corruerint: ut scriptura dicit, id est cum capitalia crimina perpetrauerint: ita suo casui delectando assentiũt: ut ab hoc pœnitendo releuari despiciant. *c* ¶ *Cum ceciderit inimicus tuus, etc.*] Supra iusto insidias tendere uetuit: nũc autem ut perfectum te reddat in omnibus, etiam inimicis cum peccauerint, aut aliquid aduersitatis incurrerint, insultare prohibet. Ne si forte miserãte dño ad pœnitentiam salutemq; animæ redierint: ac tecũ amicitias fideles habere cœperint, tunc erubescas: quia illos aliquando despexeris, quos diuina gratia ad uitam reseruauerat. Sed quantũ potes, iacentibus cõdole: eosq; ut resurgere debeant, adiuua. Et si uotũ conatumq; tuum sequitur effectus, gaudebis de sanato quem male habẽtem dolueras. Sin alias, tuæ tamen beneuolentiæ apud dñm fructu non carebis. Vel certe ita dicendum est: Ne gaudeas de casu inimici, ne forte dñs superbiam tuam, quæ illi absq; dubio displicet, hoc ordine deijciens, humiliet: ut te cadente in peccatũ, ille relipiscens sanetur. *d* ¶ *Time dominum fili mi, & regem.*] Iuxta quod dominus ait: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Neq; aliquid obstat in domino, ut regem, patrem & filium intelligas designari, qui uno eodemq; sunt diuinitatis honore colendi. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. *e* ¶ *Et cum detractoribus ne, etc.*] Illis uidelicet qui dicentes se deum patrem nosse filium dei in carne apparentem noluerunt recipere. *f* ¶ *Quoniam repente consurget, etc.*] Vtriusq; dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauendo commixtus est: derogantium Christo principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæresiarcharum, & auscultantium illis auditorum. *g* ¶ *Hæc quoq; sapientibus.*] Subauditur, ignota sunt, quando reproborum quisq; quàm repentino interitu rapiatur à seculo. Vel hæc quoq; sapiẽtibus sunt obseruanda quæ docui: ne detractoribus commisceantur: quia hoc specialiter uitio totũ penè genus periclitatur humanum. Vnde eidem uitio mederi uolens beatus pater Augustinus, hos in suamẽsa fecit uersiculos describi: Quisquis amat dictis absentum carpere uitam: Hanc mensam indignã nouerit esse sibi. Hunc uersiculũ antiqua edi tio manifestius dicit. Hæc dico uobis sapientiam agnoscentib. Quod sequentiũ sententiarũ non incongrue potest esse principium. *h* ¶ *Cognoscere personam, etc.*] Supra regẽ timere docuit, & nunc personã in iudicio cognoscere uetat. Vnde colligit: quia ita principib. debitũ obsequij temporalis subiectos oportet impendere, ut nunq; reuerẽtiæ uel timoris eorũ respectu à uia ueritatis exorbitet. *i* ¶ *Labia deosculabitur, etc.*] Osculũ pacis & amoris est signũ. Qui ergo respondet recta, labia deosculabit: quia quicũq; neglecta acceptione personarũ sola iustitiæ uerba sequit, iste & insipientib. grauis forte uidetur & austerus: multos tamen cum quibus pacẽ habent prudentes: multos qui sua dicta cum amore amplectant inuenier. Sæpe & illos quos aduersantes suis rectis assertionib. tolerauerat, conuersos postmodũ ad meliora amicos recipiet & socios. *k* ¶ *Præpara foris opus, etc.*] Quid est præparato opere agrum diligenter exercere: nisi euulsis iniquitatis sentibus, actionem nostrã ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad ædificium domus redire: nisi quod plerunq; ex bonis operib. discimus quantũ uitæ mundiciã & incogitatione construamus? Ille quippe bonæ mentis domũ ædificat, qui primũ agrum corporis à spinis uitiorũ purgat: ne si desideriorũ sentes in carnis agro proficiant: intus totæ uirtutũ fabricæ, fame boni crescẽte destruatur. *l* ¶ *Ne sis testis frustra contra proximum, etc.*] Hæc ad exercitiũ agri nostri, id est ad cultũ bonæ actionis pertinent: Innocentem uidelicet proximũ falso testimonio nõ lædere: peccanti cuilibet fiduciã amplius peccandi adulando non tribuere, & malum pro malo non reddere. Sic enim fit: ut cum primo actus exterius bene compositus, postmodum ad interioris quoq; hominis excolendam mũdiciam pertingas, & quasi post exercitium agri & mentis, hoc habitaculum pijs cogitationibus ornare

A ornare, aliusq; cõstruere incipias. Quod quia reprobi facere dissimulant, rectè subditur. *a Per agrum hominis pigri transiui, etc.* ¶ Per agrũ, uineamq; pigri ac stulti trãsire, est cuiuslibet uitã negligentis inspicere quam urticæ uel spinæ replent: quia in corde negligentiũ prurientia terrena desideria, & punctiones pullulãt uitiorũ: iuxta quod
prs 21.d scriptum est: Inde sideriũs est oĩis otiosus. Et maceria lapidum, in uinea uel agro stulti destructa iacet: cum cœpta uirtutum munimina, uel improbitate hominũ malorũ deceptus, uel immundorum spirituũ persuasione callida quisque negligens perdit.

COMMENT. BEdæ presbyteri in parabolas Solomonis, Liber tertius.

Cap. XXV

HAec quoq; parabolæ Salomon. etc.] Hinc nouo ordine loqui incipit: ut non sicut prius quasi ad audientem uerbũ faciat, sed secum ipse quid ratio ueritatis
B habeat disputando pertractet: in quibus tamen legens quisq; uel audiens quid appetere, quid cauere debeat, apertissimè dignoscat. Quas quidẽ parabolas uiri Ezechiæ transtulisse referuntur: quia fortassis ad eius usq; tempora, dispersæ habebantur à pluribus: prout ex ore sapientissimi regis semel dictas exceperant: sed per industriã illius collectæ in unum: & in huius libelli sunt corpus insertæ. Notandũ sanè: quia in his parabolis multo sunt plura, quàm in cæteris per allegoriam dicta ex collatione uidelicet rerũ, quæ figuris aptæ esse uidentur. c ¶ *Gloria dei est cælare uerbum, etc.*] Gloria domini est in carne apparentis humanitatis suę infirmitatem, magis quàm diuinitatis æternitatẽ mortalium oculis ostendere, & se potius operum miraculis ac mysticis locutionibus, quàm apertis assertionibus uerbum, id est dei filium fateri. Vnde multo sæpius in euangelio filium se hominis, quàm filium dei appellare consueuit. Et gloria fidelium eius discipulorũ, est diligenter eius inuestigare sermonẽ: quo se deum etiam ubi patẽter non dicit, mysticè significat: quale est illud:
Ioan. 10.f Ego & pater unum sumus, & cætera huiusmodi. Deniq; cælans uerbi æternitatẽ, & prætendens carnis infirmi-
Mat. 16.b tatem, ait: Quem dicunt homines esse filium hominis? Cui rex eximius inuestigator eius sermonis, quem antea sæpius audierat, respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Nec paruam hac inuestigatione meruit gloriam: nam protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, & cætera. *d* ¶ *Cœlum sursum, & terra deorsum, etc.*] Sicut altitudo cœli, & profunditas terræ cõnici ab hominibus non potest: ita scientia prophetarum & apostoloruum, qui arcana diuinitatis spiritusancto reuelante cognouerũt, dum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui: & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerant urticæ: operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cũ uidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsq; quo piger dormies: usq; quo de somno cõsurges? Parum inquam dormies: modicum dormitabis. Pauxillũ manus cõseres ut quiescas, & ueniet tibi quasi cursor egestas tua: & mendicitas quasi uir armatus.

Cap. XXV

HAec quoq; parabolæ Salomonis, quas transtulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda. Glória dei est cælare uerbum, & gloria regum inuestigare sermonẽ. Cœlũ sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento: & egredietur uas purissimum, Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Nẽ gloriosus appareas coram rege: & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: ascende huc, quàm ut humilieris coram principe. Quæ uiderũt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi cum audierit: & exprobrare non cesset. Gratia & amicitia liberant: quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argenteis subditum: nam sicut illi dixit, ut hilares uultus ostendat subiectis: ita hunc admonet, ne in conspectu maiorum arrogans appareat: sed potius in mediocri loco superius euocari mereatur: cui simile est illud domini
Luc. cum: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, & cætera. Possumus autẽ in rege & principe, dominum significatum intelligere, in cuius conspectu nos semper humiliari necesse est, monente apo-
1.Pet.5.b stolo Petro qui ait: Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. *h* ¶ *Quæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo non reueles: ne fortè insultet tibi cum audierit: & exprobrare non cesset: Gratia & amicitia non liberant: quas tibi serua, ne exprobrabilis fias.*] Et in euangelio
Mat. 18.b dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, & cætera. *i* ¶ *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo.*] Sacra eloquia rectissimè lectis comparantur argenteis: lectis uidelicet, quia requiem præstant animabus audientium. Argenteis autem: quia splendida fulgent uirtutibus patrum. Vnde scriptum est: Eloquia
Psal. 11.b domini eloquia casta: argentum igne examinatum. Quorum ornatui lectorum, mala superaddit aurea, quisquis eadem diuina eloquia, & spiritualibus plena sensibus & mysteriis exponendo demonstrat. Qui nimirũ sensus aptè mala uocantur, quia de arbore uitæ: id est dei sapientia sunt orti. Aptè aurea mala: quia

e ¶ *Aufer rubiginem de argento, etc.*] Aufer literæ superficiem de sacro eloquio, & inuenies sensum purissimũ sub utilitate literæ reconditum: & sub carnalium figuris ceremoniarũ, spiritualia latuisse mysteria. *f* ¶ *Aufer impietatẽ de uultu regis, & firmabitur iustitia, etc.*] Aufer impietatẽ persequẽdi Christianos de animo Sauli, uel alterius cuiuslibet æmulatorum legis: & cum Christum prædicare cœperint, firmabitur iustitia cathedræ doctrinæ eorum, quam prius ad
Act. 9.d ruinam sua impellebat impietas: quàm diu iustitiæ dei repugnantes, suam præponere certabant. Iterũ: Aufer impietatem de uultu regis: & firmabitur iustitia thronus eius. Qui enim præsunt populis: si uolũt firmũ esse soliũ suũ, semper hilaritate & gratia plenos uultus exhibeant: ne per arrogantiam rigidiores effecti, in mussitationem incidant plebis. *g* ¶ *Ne gloriosus appareas coram rege & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: ascẽde huc, quàm ut humilieris coram principe.*] Superius præsulem monuit, nunc

noticiam

A noticiam amoremq; perpetuæ claritatis, mentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo: quia qui uerbum dei opportune nouit iuxta audientium capacitatem prædicare: modo exempla ac dicta patrum: per quorum custodiam ad requiem perueniatur æternam, iuxta literã replicat: modo suauiores in his sensuũ spiritualiũ fructus quibus pia audientiũ desideria pascat: remoto literę uelamine pãdit. *a* ¶ *Inauris aurea, & margaritũ fulgens, etc.*] Recte humilis auditor inauri comparatur aureæ: quia dum libenter increpanti ac docẽti autem accõmodat, iam sese ad recipiendum claritatẽ sapientiæ cœlestis præparat: iam supernæ lucis uisioni appropiat. Recte magister eruditus, margarito fulgenti assimilatur: quia dum emẽdationẽ morũ, dum supernorũ scientiã desiderantibus ac pie quærentibus animis ostendit: quasi aureo ornatui maiorem insuper gratiorem q; fulgorẽ gemmæ ardentis annectit. *b* ¶ *Sicut frigus niuis, etc.*] Importunũ uidetur omnimodis tempore messis ningere. Nam & infra legimus: Quomodo
Iuſ. 26.a B nix in æstate, & pluuia in messe: sic indecẽs est stulto gloria. Sed tamen in feruentissimis Palæstinæ regionibus non parum delectabile est metentibus, si subito frigus quomodo in niue solet, aduenit: quod incendia solis aliquantum refrigeret, sudorem laborantiũ tergat: ardentes temperet anhelitus. Cui rectè frigori legatus assimilatur fidelis: qui mentẽ eius qui se misit, prudenter agendo repausat. Mystice aũt, legatus fidelis, doctor est catholicus: qui autem mittit eum dñs. Portò dies messis in æstu, tempus est prædicationis inter furores per-
Mat. 9.d sequentiũ. De quo dictũ est: Messis quidẽ multa, operarij aũt pauci. Frigus niuis in messe, aliquãtula est quies prædicantiũ à persecutione repugnantiũ. Recte ergo dicitur: Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei qui misit eum, animã illius requiescere facit: quia sicut optabile est prædicatorib. uerbi, cum ab infidelium rabie forte aliquid refrigerij accipiunt: nec facultas docendi negatur: ita ipsi qui ad prædicandũ eos misit dño gratum esse constat: cum susceptã ab eo legationem, etiam inter aduersa obsistentiũ fideliter complẽt. Deniq;
Luc. 10.d ut Lucas refert: Reuersis à prædicationis officio discipulis, exultans spiritusancto, patri gratias obtulit dicens: Confiteor tibi dñe pater cœli & terræ, etc. *c* ¶ *Nubes & uentus, etc.*] Huic simile uidetur quod superius ait: Ne la-
Sup. 4.d ctes quenquã labijs tuis. Sed ille uersiculus specialiter hoc continet, ne promittendo hominẽ suscipias: & non complendo decipias. Iste uero uersiculus & hoc continere potest, & illud quod dicit Apostolus: Habẽtes speciem pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegantes. *d* ¶ *Patientia lenietur, etc.*] Quamuis dñm peccando offendisti, potes tamen eius mereri clementiã, si patienter aduersa quæ tibi pro peccatis irrogantur pertuleris, humilicq; satisfactione duritiã domueris cõtumaciæ prioris. *e* ¶ *Mel inuenisti, comede quod sufficit, etc.*] Dulcedinem inuenisti cœlestis intellectus: quæ spiritualium patrũ officio, quasi
d prudentissimarum apium tibi labore ministratur: uide ergo ne in ea plus sapere appetas, quàm oportet sapere: ne dum summa intelligere ultra uires quæris: etiã quæ bene intellexeras, amittas. Potest autem in hoc uersiculo typicè dictum intelligi, quod in sequenti aperte subijciunt. *f* ¶ *Subtrahe pedem tuum de domo proximi, etc.*] Et si etiã proximi cuiuslibet allocutionem uel uisitationem melle dulciorem inueniſti: melius tamẽ est ut rarius ueniendo facias eũ semper tuum diligere adeuentum: quàm ut uel una uice, tamdiu cũ illo maneas, uel totiens ad eum uenias, donec te uidere fastidiat, & ne redeas quę rat. *g* ¶ *Dens putridus, etc.*] Et Hieremias
Hier. 17.d ait: Maledictus qui spem suã ponit in homine, & ponit carnẽ brachium suum. Qui recte denti pũtrido & pedi lasso comparat: quia qui illud unicũ hominis bonum, hoc est adhærere deo, & ponere in deo spem suã nescit: iste nec uitæ percipere cibũ, nec ad mãsionẽ potest desideratæ salutis pertingere. Et
D talis amittit palliũ in die frigoris: quia & si in serenitate uitæ præsentis, habitu religionis uidetur indutus: ubi tamen districtio iusti iudicij ingruerit, nudus omnimodis ab ornatu iustitiæ patebit: nec eorũ cõsortio dignus de quibus scriptũ est: Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambuler, & uideant turpitudinem eius. *b* ¶ *Acetum in nitro, etc.*] Nitrum à Nitria prouincia, ubi maxime nasci solet, nomẽ accepit: Nec multum à salis Ammoniaci specie distat: nam sicut salem in littore maris feruor conficit solis, durando in petrã aquas marinas, quas maior uis uentorũ, uel ipsius maris feruor in litoris ulteriora proiecerit: ita in Nitria. Vbi æstate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, adest ardor sideris tantus, quod ipsas aquas pluuiales per latitudinem arenarum concoquat in petram: salis quidẽ uel glaciei aspectui simillimam: sed nil gelidi rigoris, nil salsi saporis habentem: quæ tamen iuxta naturam salis, in caumate durare, & in nubiloso aere fluere ac liquefieri solet. Hanc indigenæ sumentes seruant, & ubi opus extiterit, pro lomento utuntur. Vnde Iudææ pẽ-
canti dicit propheta: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es iniquitate tua, dicit dominus deus. Crepitat autem in aqua quomodo calx uiua: & ipsum quidem disperit, sed aquam lauationi habilem reddit, cuius natura cui sit apta figuræ, cernens Salomon ait: Acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitrum, protinus ebullit: & peruersa mens quãdo per increpationem corripitur: aut per prædicationis dulcedinem bona suadentur: de correptione fit deterior, & inde in murmurationis iniquitatem succenditur, unde debuit ab iniquitate compesci. *i* ¶ *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, etc.*] Et de corporalibus alimentis: & de spiritualibus potest intelligi. *k* ¶ *Prunas enim congregabis super caput eius: & dominus reddet tibi.*] Non de

incendijs

incendijs pœnarum dicit: neq; enim doceret sapientia, ut bona faciendo inimico, perditionis eius causam ministrares: sed per prunas super caput eius, ardorem charitatis significat. Fit enim nonnunq; ut inimicus crebris uictus beneficijs, odiorum rigore emollito, calorem in mentē charitatis excipiat: ac de inimico amicus fieri: & cum quem iniustè oderit, redamare incipiat. *a* ¶ *Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies tristis, linguam detrahentem.*] Si hilari uultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si uerò tristi uultu hæc audias, ut dixit quidam uir dei: Discit nō libenter dicere: quod didicerit non libēter audiri. *b* ¶ *Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo cōmuni.*] Doma, excelsus & secretus est locus: quod eūm δῶμα Græce, Latine dicitur tectū. Denicq; in actib. apostolorum, ubi Petrus in superiora ad orandum ascendit: pro superioribus, in Græco δῶμα scriptum est. Melius est ergo in altitudine uirtutum manere quempiam liberum à uinculis uxorijs, & à seculi huius secretū desiderijs, quàm cum carnali usu uoluptatis quotidianis nefariæ mulieris contumelijs affici. *c* ¶ *Aqua frigida animæ sitienti: & nuncius bonus de terra longinqua.*] Dicit psalmista: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. Aqua ergo frigida quæ sitienti ardorem restringit, & nuncius qui de longe ueniens, noua quælibet & inopinata gaudia portat, assimilantur: quia & dulcedo diuinæ uisionis animā diu desideratem consolatur: atq; ab æstu præsentium tribulationum liberam reddit. Et angeli quotidiè de terra longinqua, hoc est à superna patria descendentes in mundum, iustos uel inter tentationes spe cœlestiū roborant: uel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuæ retributionis inducunt. *d* ¶ *Fons turbatus pede: & uena corrupta, iustus cadens coram impio.*] Fons & uena uitæ, est os & lingua iusti qui meditatur sapientiam, & loquitur iudicium. Et si hunc à diabolo superari atq; in casum redigi contigerit: merito fons turbatus, aduersario conculcante, & uena dicitur esse corrupta. Euenit enim sæpe ut qui maiori scientia prædicti fulgebant, ad ultimum plus uolentes sapere, quàm fragilitati humanæ concessum est, in insipientiæ foueam decidant. Vnde cōsequenter adiungitur. *e* ¶ *Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.*] Dulcedo enim mellis si plusq; necesse est, sumitur: unde delectatur os inde uita necatur. Dulcis quoq; est requisitio maiestatis: sed qui plus hanc scrutari appetit quàm humanitatis agnitio permittit, hunc ipsa eius gloria premit: quia uelut mel sumptū immoderatè, perscrutantis sensum dum non capitur rumpit. Non hoc autem solum quisq; sapiens attendere debet, ne altiora se quærat: & ne fortiora se scrutatus sit: uerumetiam ne ea quæ rectè atq; utiliter scire potuit, immoderatis sermonibus sibimet minus utilia reddat. Vnde adhuc aptè subnecti-

A

Act. 10. *a*

B

C

Psal. 41. *a*

tur. *f* ¶ *Sicut urbs patens, & absq; murorum, etc.*] Si enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cum se per uerba extra semetipsam iacit, apertam se aduersario ostendit: quam tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa quæ uincitur, contra semetipsam per multiloquiū pugnat.

C

Cap XXVI

Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe: sic indecens est stulto glor.] Hic uersiculus, ne indoctis honor docendi committatur, præmonet. Nix nanq; æstate, & pluuiæ in messe, sunt persecutiones infidelium in tempore prædicationis euangelicæ: quæ dum grauiores fortè insistunt, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bonæ operationis fœdant. Quibus rectè gloria quæ stulto cōfertur esse similis asseuerat: quia si indocto cathedra docendi tribuitur: æque similiter per hoc sibi ecclesia ut infidelium persecutione læditur: quod esse uerissimum Arianæ tempestatis calamitas probauit. *g* ¶ *Nam sicut auis ad alta trāsuolans, & passer quò libet, uadēs, etc.*] Verba quidē rectè auibus cōparantur, quod sonando per aera transuolent ab ore uidelicet loquētis, ad aures usq; audiētis. Sed distant in eo: quia potest fieri, ut auis quò libet uolans, eo loco resedeat: ubi nil ei certè necessitatis aut utilitatis suppetat: Verba aūt quæ loquimur, non quò libet, dispersa in uentū defluunt atq; euanescunt, sed in autorē suum cuncta reuertuntur, & uel bene prolata iuuant loquentē: uel male edita grauāt. Itaq; si pro omni uerbo etiam ocioso rationem in die iudicij reddere cogamur: quanto magis autem maledicta, non solum ea quæ malicioſa mente in insontem iaculantur: uerum etiam illa quæ negligentium consuetudine passim in quoslibet proferuntur: non aliū, sed ipsum maledicum opprimunt? Neq; enim maledici regnum dei possidebunt. Non autem sine causa dicit maledictū frustra prolatum: Est enim maledictum iuxta diuinæ districtionis iram in impios emissum: ut est illud beati Petri in Simonem magum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, & ea quæ in apostatas & hæreticos ecclesiastica animaduersione proferunt anathemata. De quibus dominus eidem ecclesiæ dicit: Quæcūq; alligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. *h* ¶ *Flagellum equo, & chamus asino, etc.*] Et quid per equum, nisi superbū? & quid per asinum, nisi luxuriosum quemlibet figurat? Et ideo necesse est ut per diuinum flagellum, elatio humilietur superborū: ut per infirmitatē carnis uelut per chamum, cohibeatur uoluntas lubricorū: ut qui sponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertant à uitijs: sicut ait prophetа: in chamo & freno maxillas eorū constringe: qui non approximant ad te. *i* ¶ *Ne respondeas stulto iux. etc.*] Non hæc inuicem sibimet contraria debent uideri: non respondere stulto iuxta stulticiam eius, & respondere stulto iuxta stulticiam eius: utrunq; enim pro temporū & personarū diuersitate concordat: dum & stultus contemnitur, quia non percipit sapientiam: & stulta superbia

D

super caput eius: & dominus reddet tibi. Vēntus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis, linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa & in domo cōmuni. Aquâ frigida animæ sitienti: & nuncius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede, & uena corrupta, iustus cadens coram impio. Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Sicut urbs patens, & absq; murorum ambitu: ita uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Caput XXVI

QVomodo nix in æstate, & pluuia in messe: sic indecens est stulto gloria. Nam sicut auis ad alta transuolans, & passer quò libet uadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Flagellum equo, & chamus asino & uirga in dorso imprudētium. Nè respondeas stulto iuxta stulticiam suam, ne efficaris ei similis. Responde stulto iuxta stulticiam suam, ne sibi

A bis alia decutitur stultitia, iuxta quod Apostolus dicit: Factus sum insipiens, uos me coegistis. *a* ¶ *Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit uerba per nuncium stultum, etc.*] Potest fortè euenire, ut sapiens quilibet stultum in legationem mittat, nesciens quia stultus est, nec tamen ipse sapientiæ suæ gloriam perdat, in eo quod de ignoto bonum quod audierat, credidit. Sed qui hæreticum sciens, mittit ad prædicandum populis, claudus est pedibus, & iniquitatem bibens: quia & operis boni foris incessum amisit, & interiora sui sensus haustu stultitiæ debriat.

b ¶ *Quomodo frustra claudus pulchras habet tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola, etc.*] Sicut em̄ frustra claudus habet tibias, cū ambulare non ualet: ita indecēs est in ore cuiuslibet qui indigne se agit sermo cōpositus, dum per degenerem uitam stultus potius quàm sapiens esse approbetur. *c* ¶ *Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurij, etc.*] Qui insipienti, id est hæretico, honorē docendi conferre: non minus delinquit, q̄m qui deos ac delubra gentilium cultu ueneratur manu. *d* ¶ *Quomodo si spina nascatur in manu temulēti, sic parabola in ore stultorum, etc.*] Spina nascitur in manu temulenti: cum in operibus qui carnalibus seruit illecebris, compunctiones oriuntur scelerum. Quibus recte parabola quam stultus proponit assimilatur, quia & si uerba prudentiæ stultus dicere nouit: in his tamen uitiorum punctiones, quibus uel seipsum, uel proximum lacerat, uitare non nouit. Sæpe namque doctor imprudens in eo quod bona dicit aut sancta, occulte suam laudem ab hominibus, aut uituperationem quę rit aliorum. *e* ¶ *Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam, etc.*] Canis cum uomit, profecto cibum qui pectus deprimebat, ejicit: sed cum ad uomitum reuertitur, quo leuatus fuerat, rursus oneratur. Et qui admissa plangunt, profecto nequiam de qua male satiati fuerant, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo proiiciunt: quam post confessionem dum appetunt, resumunt. *f* ¶ *Vidisti hominem sapientē sibi uideri, magis illo spem habebit stultus, etc.*] Hoc exponens dominus ait: In iudicium in hunc mundum ueni, ut qui non uident uideāt, & qui uident cæci fiant.

B

Iean. 9. *g*

g ¶ *Dicit piger, leo est in uia, & leæna in itineribus. Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger, etc.*] Multi cum uerbum exhortationis audiunt, causantur de diabolo: dicentes sibi sapiens esse uideatur. Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit uerba per nuncium stultum. Quomodo frustra claudus pulchras habet tibias, sic indecēs est in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipiēti honorem. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas, & qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi uideri, magis illo spem habebit stultus. Dicit piger, leo est in uia, & leæna in itineribus. Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella, & laborat si ad os suum eas conuerterit. Sapientiór sibi piger uidetur septem uiris loquentibus sententias. Sicut qui apprehendit auribus canem: sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit ludens feci. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora uentris. Quomodò si argento solido ornare uelis uas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Labijs suis intelligitur inimicus, quum in corde tractauerit dolos. Quando submiserit uocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. Qui operit odium

C

uelle quidem se uiam iustitiæ incipere, sed impediri à satana, ne hanc perficere possint. Sicq; huiusmodi excusationis sermonibus semper in lecto sui corporis, sicut ostium in cardine uertuntur, & modo exire ad operandum, modò ad quiescendum redire proponentes, in suis iacere prauitatibus nunquam desistunt. *h* ¶ *Abscondit piger manus sub ascella, et laborat, si ad os suum eas cōuerterit, etc.*] Per manum quippe operatio: per os uerò locutio designatur. Piger labor est ad os suum manum suam porrigere, quia desidiosus quisque prædicator non uult hoc operati quod docet. Manum quippe ad os porrigere, est uoci suæ prædicationis opera concordare.

D

i ¶ *Sapientior sibi piger uidetur septem uiris loquentibus sententias, etc.*] Septē uiros loquentes sententias, illos dicit qui septiformis spiritus gratia pleni, sanctæ scripturæ nobis scientiam ministrauerunt. Quibus se sapientiorē stultus arbitratur: quia sæpe nonnulli adeo mentem ab angelicis his quæ dominus præcepit, despicientes auertunt: ut ne hæc quidem omnia, uel posse ab homine, uel debere impleri contendant: & quasi sapientiores his qui diuina eloquia scripserunt, ea hominem facere non posse autumāt: quæ illi dictante spiritu sancto, hominem facere iusserunt, imò etiam quæ multos homines iuuante spiritus eiusdem gratia, perfeciſſe monstrauerunt. *k* ¶ *Sicut qui apprehendit auribus canem, etc.*] Dicit Apostolus: Noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Quicunq; ergo duplex sensu est, & duobus inter se iurgantibus, mordaci sermone capta fuerit auricula eius, cito incipit & ipse quasi canis latrare, & contentiones generare, sed hoc sapiens omni modo uitat.

2 Tim. 2. *c*

l ¶ *Verba susurronis quasi simplicia, etc.*] Susurronem incentorem litis & bilinguem appellat, qui simulat laudem uerborum, & quærit audire utinde iurgia seminet.

m ¶ *Quomodo si argento sordido, etc.*] Quid per argentum sordidum, nisi scientia corrupta: & quid per uas fictile, nisi cor carneum designatur? Quod dum de ipsa falsa scientia se ornare satagit, in sua locutione contra ueritatem tumet, atque per elationem magistet erroris fit.

n ¶ *Labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde, etc.*] Inimicus iste potest hæreticus nō incongrue accipi: qui cū uerba prædicationis suæ ficta humilitate submittit, corda innocentium & minus intelligentium demulcendo

A seduxit. *d ¶ Lingua fallax non amat ueritatem, & os lubricum operatur ruinas.*] Lingua fallax, prædicatio est mendax. Os lubricũ, sermo fucatus, atq; à luce iustitiæ alienus.

CAP. XXVII

Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.] Ne securus sis aliquã do de futuro tempore, quia & si hodie te domino seruire conspicis, qualis esse in futuro possis, & quo modo uitam finire, prorsus præuidere non uales. Beatus enim homo qui semper est pauidus. *c ¶ Graue est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroq; grauior, etc.*] Graue quidem satis est, quenquam uel uno aliquo crimine capitali quasi pondere saxi deprimi: uel quasi glareis arenæ, innumeris peccatis leuioribus onerari, sed utroq; grauior ira est stulti. Quia nimirum hæc quo certius ꝯ sint mala, patescunt, eo acrius animum ut castigetur compun-
B gunt. Ira uero quia nõ corporale, sed spirituale est uitiũ: quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde non absolute iram, sed irã stulti dicit saxo & ira grauiorem. Nam sapientes quomodo actus suos ac sermones, ita mentis quoq; motus solerter examinare & castigare satagũt. *d ¶ Ira non habet misericordiam, etc.*] Non de omni ira dicit, nam de mitissimo ac modesto uiro scriptũ
Exod. 11.c est. Quia exijt à Pharaone iratus nimis: sed de ira stulti cuius in priori uersiculo meminerat: quæ ubi excanduerit, mox uiscera pietatis amittit, & furori tantũ suo nouit frænа laxare. Alioquin de utili ac necessaria ira dictum est: Melior est ira risu, quia per tristitiã uultus cor
Eccle. 7.a rigitur animus delinquentis. *e ¶ Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus.*] Amorem absconditum, hoc loco amorem dicit illicitum, ut est amor adulterinus, qui ob sui turpitudinem merito sapientibus ne redarguatur, absconditur. Cui iure manifesta correctio præfertur: quia absque ulla contradictione melius est quempiã desiderio corrigendi palàm corripere, quàm studio simul peccandi clanculo diligere. *f ¶ Meliora sunt uulnera diligentis, etc.*] Melius est à domino, qui nos ut filios pater erudire consueuit, uulnera afflictionum perpeti, ꝙ diaboli blandimentis decipi: qui ut nos cœlesti hæreditate priuet, nostris fauere solet erratibus: quasi leue sit malum quod agimus, & ultra modum peccatorum nostrorũ sæuiens tribulatio, quam dño dispensante toleramus. *g ¶ Anima saturata calcabit fauum.*] Anima diuitum, qui habent consolationẽ suam, & quibus odium fraudulenter, reuelabitur malicia eius in cõcilio. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui uoluit lapidem, reuertetur ad eum. Linguâ fallax non amat ueritatem, et os lubricum operatur ruinas.

Cap. XXVII.

NE glorièris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus, & nõ os tuum: extraneus, & non labia tua. Grauẽ est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroque grauior. Ira nõn habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati ferre quis poterit? Melior est mãnifesta correctio, quàm amor absconditus. Melióra sunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oscula. Animã saturata calcabit fauum: & anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet. Sicũt auis transmigrans de nido suo, sic uir qui derelinquit locum suum. Vnguẽto & uarijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Amicũm tuum & amicum patris tui ne dimiseris, & domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est uicinus iuxta, quàm frater procul. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem. Astutus uidens malum, absconditus est, paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. Tolle uestimentum eius qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. Qui benẽdicit proximo suo uoce grandi de nocte consurgens, maledicenti similis erit. Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. Qui timet eam, quasi qui uentum dicitur à domino: Væ uobis qui saturitati estis, quia esurietis: spernit auditam cœlestis regni dulcedinem. A- *Luc. 6.d*
nima autem eorũ qui esuriũt & sitiunt iustitiam, etiam aduersa seculi pro domino, imò etiam ipsam mortem perpeti, dulce habet, sciens se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuæ salutis esse uenturam. *h ¶ Sicut auis transmigrans de nido suo, etc.*] Sicut auis quæ negligit oua, siue pullos quos fouerat, aliarum auiũ uel animantium raptui dimittit: sic nimirum ille qui custodiã uirtutum in quibus proficiebat, deserit: earundem uirtutũ quas habere uidebatur, immundis spiritibus ipse proditor existit. Vnde aliàs dicit: Si *Eccle. 10.d*
spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locũ tuum ne dimiseris. Quod est aperte dicere: Si principis mũdi, id est diaboli tentatio tibi forte insisterit, caueto solicitus ne à bona operatione cui insudabas, desistas. *i ¶ Vnguento et uarijs odoribus, etc.*] Vnguentum est nitor gloriæ de conscientia pura, siue charitas diuinitus in corda electorum diffusa. Varij uero odores, opinio optima ex diuersitate uirtutũ flagrans. *k ¶ Amicum tuum & amicũ patris tui, etc.*] Amicus cuiusq; electi monachi, pater est spiritualis: qui ob hoc quod ei consilium bene uiuendi præber, amicus eius non incongrue dicitur. Ob id uero quod in his præceptis eisdem spiritualis doctor paret, amicus domini, qui pater est omnium electorum, rectè appellatur. Sed sicut perniciosum est eidem monacho à consortio sancti patris discedere: ita deterius illi est in die afflictionis suæ, qua se in conspectu dei mortificare studet, domum fratris sui ingredi, id est, propinquorũ suorum seculariter uiuentium societatem appetere. *l ¶ Melius est uicinus iuxta, etc.*] Melior est uicinus aliquis qui tibi animũ fraterna societate connectit, quàm germanus frater qui iura fidei & pietatis cõmunia recum *Luc. 10.c*
habere neglexerit. Quod dominus in parabola uulnerati à latronibus, eius qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & Samaritani qui curã egit illius, manifestè probauit. *m ¶ Qui benedicit proximo suo uoce grandi de nocte consurgens, maledicenti, etc.*] Voce grãdi proximo benedicit, qui cũ fauore superfluæ laudis extollit, uel malis uidelicet actibus eius contra iustitiam fauendo, uel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicẽti assimilatur, quia plurimũ lædit eum cui laudando siue in mala actione confidentiam tribuit: seu in opere rectò simplicitatem puri cordis minuit: ut uidelicet bonũ quod

A supernæ mercedis intuitu inchoarat, transitorię laudis amore cõsumet. *a ¶ Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui.*] Satis bona est collatio & consilium sapientium, ubicunq; se inuicem consulendo instruunt, ferrum ferro acuitur. *b ¶ Qui seruat ficum, comedet fructus eius, etc.*] Ficũ seruare, est legẽ diuinitus constitutã, inofenso pedis opere custodire, quod qui fecerit, comedet fructus eius, dum æternam obedientiæ suæ recipiet mercedem. *c ¶ Quomodo in aquis resplendent uultus prospicientium, etc.*] Aquæ dicuntur sanctorũ dogmata, in quibus doctores uel auditores, uelut in speculo uultus suos prospiciunt, dũ nõ solũ in actione sed etiã in cogitatione fœditatẽ suam recognoscunt. *d ¶ Infernus & perditio non replebuntur, etc.*] Inferni tormenta non replebuntur, terminũ accipiẽdo, similiter & intentiones eorum qui humana sapiũt, insatiabiles sunt in desi-
B derio peccãdi. Qui & ideo sine fine pœnas luunt, quia uoluntatem habuerãt sine fine peccãdi, si naturã haberent sine fine uiuendi. *e ¶ Quomodo probatur in conflatorio, etc.*] Laus quippe iustos cruciat, iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat purgat: iniquos dum lætificat, reprobos mõstrat. *f ¶ Diligenter agnosce, etc.*] Pastori dicitur ecclesiæ: Diligenter adhibe curã eis quibus te præesse contigerit, agnosce animos actusq; singulorũ, & si quid in eis uitij fordidantis inueneris, citius castigare memento. Non enim tu semper oues dominicas pascendi potestatem habebis, sed æterna est corona quam percipies, si cõmissum tibi gradũ tuo tempore bene ministraueris. *g ¶ Aperta sunt prata, etc.*] Aperta sunt modo pascua sacramẽtorũ cœlestiũ, quę diu fuerãt typis pręclusa legalibus. Apparuit nouus uitor euangelicæ ueritatis & gratiæ, collecta sunt in pabulũ gregis dominici, scripta patrũ ueterũ: ablata quidẽ Iudæis superbientibus, falce diuinæ animaduersionis, & humilib. ecclesiæ populis, ad spiritua-
Matt. 21.d le subsidiũ data. Iuxta quod dñs ait illis: Auferet (inq̃t) à uobis regnũ dei, & dabit genti facienti fructus eius. *h ¶ Agni sunt ad uestimentum tuum, etc.*] Agnos innocẽtes, hædos pœnitentes nuncupat. Agnorũ ergo uellere uestieris, dum bonis obedientiũ discipulorũ moribus pastor ipse profeceris: eorumq; laudabilia facta cernẽs, & in ornatu uirtutum, & in calore dilectionis ipse gloriosior extiteris. Hœdis agrum comparabis: dum peccatores ad pœnitentiam uocando, sublimiorem tibi in terra uiuentium locum acquires. *i ¶ Sufficiat tibi lac caprarum in cibos, etc.*] Tanta instantia tibi pecus commissum pasce: ne tibi lac æstate nouũ, ne frigore desit, sed tibi semper tuisq; sufficiat, id est, tam sedulo doctrinæ insta: ut etiã quosdam pœnitentes ad officiũ docendi prouehas, quatenus per illos qui pridem profœditate uitiorum ad sinistrã iudicis uidebantur esse ponendi, modo rationabile & sine dolo, lac uerbi paruulis sensu ministretur. Fit aũt lac caprarũ ad uictũ ancillis: quando hi q non dũ amore perfecto, sed adhuc timore seruili dño deseruiunt, per exemplũ uel uerba eorũ qui per pœnitentiam salui facti sunt, uiuificis uerbi epulis reficiunt: atq; ut ad maiora uirtutũ proficiant incremẽta iuuant. Quidam hoc quod dictũ est: Aper- *D*
ta sunt prata, & appa *Supra eo.d*
ruerunt herbæ uirentes, & collecta sunt fœna de mõtibus: agni ad uestimentũ tuũ, & hædi ad agri preciũ, ita exposuit: Aperta *Matt. 27.f*
sunt monumenta, apparuerũt corpora rediuiua, sequestrati sunt peccatores à sanctis, fœnũ ad comburendũ de locis excelsis. Sequestrati sunt *Ibid. 25.c*
agni ad dexterã, hædi ad sinistram, agni ad uestimentũ regis, quia ipse dixit: Inhabitabo in eis. Hædi pro precio sanctorum, quibus nocuerunt, ignibus uenundantur.

CAP. XXVIII

Fugit impius nemine persequente, etc.] Qui nõ est in fide forus: etiã si nullus persecutor insistat, nonnunq̃ sponte fidẽ deserit: quando uel latrocinijs, uel per iurijs, uel fornicationibus, uel ueneficijs, alijsq; huius mũdi sceleribus, se infideli similẽ reddit. *l ¶ Iustus autẽ quasi leo confidens, etc.*] In occursu bestiarũ idcirco leo nõ trepidat, quia prævalere se omnibus non ignorat. Vnde uiri iusti securitas leoni rectè comparatur: quia contra se cum quoslibet insurgere suspicit, ad mentis suæ confidentiam redit, & scit quia cunctos aduersantes superat, quia illum solũ diligit, quẽ inuitus nullo modo amittit. *m ¶ Viri mali cog. etc.*] Omnia animaduertũt electi, hoc est, & futurũ esse discrimẽ uniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus pœna retribuatur

æterna. a ¶ *Qui decipit iustos in uia mala, in interitu suo corruet: & simplices possidebunt, etc.*] Qui per doctrinā hæreticam decipit, amatores iustitiæ ut à ueritate deuient: ipse quidem pro malis suis pœnam quam meretur, incurrit: bona autem si qua gerebat, uel utilia scribendo, uel continenter uiuendo, alijs in adiutoriū cedunt: eis nimirum qui hæc legentes siue audientes, exempla sibi salutis etiam ab eo quem perijsse norunt, assumūt. b ¶ *In exultatione iustorum multa gloria est, etc.*] Quia uidelicet non de præsentibus diuitijs, sed de æternis in futuro bonis exultant: non de rebus mundi quę uident, sed de creatore mundi, cuius uisionem sperant, lętantur: dicente psalmo-
Psal.31.c grapho: Lætamini in domino, & exultate iusti. Vel certe in exultatione iustorū multa fit gloria, quia quoties electos in hac uita pro euentibus ecclesiæ prosperis exultare contigerit, multa domino gloria ex
B plurimorum fide ac pijs operibus datur. c ¶ *Regnantibus impijs, ruinæ hominum.*] Sicut multi gloriā deo dare incipiunt, cum iustos in profectu uirtutum gaudere conspiciunt: ita quotiens reprobi regnum tenent, multos suæ perfidiæ complices exhibent. Quod & de paganis & hæreticis, & de malis catholicis recte potest accipi. d ¶ *Beatus homo qui semper est pauidus, etc.*] Sequētis ira iudicij, tanto tūc districtior portabitur, quanto nūc inter culpas minime timetur. Vnde alibi
Eccle.11.c scriptū est: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorū. Sic ergo utraq; iungenda sunt, ut unum semper ex altero fulciat.

Qui coaceruat diuitias usuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in uiâ mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi uidetur uir diues, pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatiōne iustorum multa gloria est. Regnāntibus impijs, ruinæ hominum. Qui abscondit sua scelera, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus, qui uero mentis est duræ, corruet in malum. Leō rugiens & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur uijs, concidet semel. Qui operatur terram suam, saturabitur panibus: qui autem sectabitur ocium, replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit, iste & pro bucella panis deserit ueritatem. Vir qui festinât ditari & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniat ei. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quàm ille qui per linguę blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid à patre suo & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui uero sperat in domino, saluabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Cùm surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti. Viro qui corripientem dura ceruice cōtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum lætabitur uultus, cum impij sumpserint principatū, gemet populus. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: qui autem nutrit scortum, perdet substantiam. Rex iustus eriget terram, uir auarus destruet eam.

Cap. XXIX

HOmo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressib. eius. Peccan-

c ¶ *Leo rugiens, & ursus esuriens, etc.*] Et de principibus paganis, & de hæreticis potest intelligi: qui populi pauperis, id est, sanctæ ecclesiæ, uel patientiam, uel sapientiam ferina sępe sæuitia tentant. f ¶ *Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet.* C *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, etc.*] Siue terrā agri, siue terram corpusculi qui exercet, saturabitur: ille frumento, iste uirtutibus: qui utraq; spernit, replebitur egestate. g ¶ *Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniat, etc.*] Profectō ergo qui augere opes ambit, & peccatum negligit, more autū captus, cum escam terrenarum rerum auidus inspicit: cū quæli bet præsentis mundi bona desiderat, & quæ de futuro damna patiatur, ignorat. h ¶ *Cum surrexerint impij, absconduntur homines: cū illi, etc.*] Eos homines iustos appellat, qui uidelicet iustum statutūq; à domino humanę conditionis ordinem seruant. Vnde in libro beati Iob de pœnitente quolibet peruersio dicitur: Respiciet homines, & dicet, peccaui. Quod est aperte dicere: Respiciet eos qui naturam humanæ creatiōis rectè custodiunt, & se peccando iumentis assimilatos esse cognoscunt. Patet ergo sensus: quę ferutę impiorū persequutione, abscondentur sępe fideles: uel non ausi, uel non permissi ad publicū procedere, dicēte domino: Si uos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite ad aliam. Vbi autē perditis autorib. persecutio cessauerit, augustior post pressuras fidelium gloria clarescit. Sed et infidelium plurimi uisa infidelitatis damnatione, fidei gratiā suscipiēt, iuxta id quē scriptum est: Pestilente flagellato, sapientior erit paruulus.

Cap. XXIX

HOmo qui blandis fictisque sermonibus loquitur, etc.] Qui fictis sermonib. proximū laudat, illi quidē parat insidias, quibus periculum incauti operis aut uerbi securior factus incidat. Sed uideamus utrum retia fraudulenta cum cuius gressibus expanduntur, an potius illum à quo expanduntur, inuoluant. Sequitur:

¶ *Peccantem*

A *d* ¶ *Peccantem uirum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam, etc.*] Non ergo iusto laqueus peccatiū, etiam si corporaliter perimat, nocet: ipsos autem reprobos insidiæ quas proximis parant, in perpetuum damnāt: gaudentibus iustis, ac rectum conditoris iudicium laudantibus, uel de sua ereptione, uel de perditione prauorum. Denicq; clausulam prioris uersiculi, antiqua editio manifeste posuit: Retia circundat suis pedibus. Ex ambiguo enim Græco, quod est παγιδεύλλει, utrumque interpretari potest. Nam qui
supra 16.d fodit foueam proximo suo, incidet in eā ipse, ut alibi dictum est. b ¶ *Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet, etc.*] Doctor sapiēs si cum infideli & contumace contenderit: siue tormenta reproborum, siue gaudia narret bonorum, frustra erga insensatum labo-
B rat. Siue lamenta pœnitentiæ suadeat, seu bonæ operationis quæ sint præmia dicat, nō auditur à stulto. Hinc et apostoli Iu-
Matt.11.b dæis dicebāt: Lamentauimus uobis, & nō plāxistis: cecinimus uobis, & nō saltastis. De hac uirga Āpostolus ad Corinthios ait: An uultis in uirga ueniam ad uos, an in spiritu mansuetudinis? C
1 Cor.4.d Puer namque quem frequentissime corripiendum & erudiendum admonet, populus dei est, qui si non assiduis monitis & increpationibus sacerdotum fuerit castigatus, cōfusionem generet ecclesiæ, detrahentibus his qui foris sunt religione si dei Christianę. Vnde recte subiungitur:

Peccantēm uirum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes uero auertunt furorem. Vir sapiēns si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicitatem, iusti autem quærūt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus: Sapiēns autem differt, & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit uerba mendacij, omnes ministros habet impios. Paúper & creditor obuiarunt sibi, utriusq; illuminator est dominus. Rex qui iudicat pauperes in ueritate, thronus eius in æternum firmabitur. Virgā atq; correctio tribuet sapientiam: puer autem qui dimittitur uoluntati suæ, confundet matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum uidebunt. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui uero custodit legem, beatus est. Seruus uerbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Vidisti hominem uelocem ad loquendum, stultitia magis spectanda est, quàm illius correctio. Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet illum contumacē. Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignandū facilis est, erit ad peccata procliuior. Superbū sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure pārticipat, odit animā suam: adiurantem audit

h ¶ *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: etc.*] Quia nimirum cum cessauerit sacerdotalis eruditio, soluetur continuo disciplina diuinæ legis, qua populus ad beatitudinis præmia pertingere debuerat.

i ¶ *Seruus uerbis non potest erudiri, quia, etc.*] Seruus quilibet peccator: recte quidem intelligēs, sed in opere ueritatis absq; flagelli disciplina respōdere contemnēs. De talibus ait ueritas: Seruus sciens uolun- Luc.12.f
tatem domini sui, & non faciēs, digne plagis uapulabit multis.

k ¶ *Vidisti hominem uelocem ad loquēdum, etc.*] D
Graue quidem uitiū stultitiæ, sed non leuius est uerbositatis. Nam sæpe contingit ut idiota aliquis, & ipsarum quoque nescius literarū, citius uerba salutiferæ correctionis accipiat: quàm is qui affluentia prædius sermonis, magis sua quę nouit, uel quæ se nosse autumat, iactanter proferre, quàm dicta sapientium audire contendit. *l* ¶ *Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, etc.*]
Qui delicatē à pueritia nutrit corpus suum, quod animo debuerat subiugare: is ubi ad annos adolescentiæ peruenerit, lasciuiosum hoc & indomabile sentiet. Hūc uersiculum alia translatio pulchre habet: Qui delicatur à pueritia, seruus erit: nouissime autem contristabitur. Namque sero malorum pœnitet, qui se meminit noluisse in tenera adhuc ætate à suis uoluptatibus ad regulam continere prudentium. *m* ¶ *Vir iracundus prouocat rixas, etc.*] Ianua uitiorum omnium, iracundia est: qua clausa, uirtutibus intrinsecus dabit quies, aperta uero ad omne facinus armabitur animus.

n ¶ *Qui cum fure participat, odit animam suam, etc.*] Auditorem suum sapientia non solum à peccatis abstinere, sed & à peccantiū se contubernio docet cohibere: ne fortè Psal.49.c
à districto iudice mereatur audire: si uidebas furē, curebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam simul ponebas: Non enim fur solūmodo, sed etiā ille reus tenet, qui conscius furti, quærenti possessori pecuniā qui perdidit, non uult indicare cum ualet. Verum ne quis causetur metu se personæ potentioris, neq; à furū consortio separari, neque prodere posse quod nouit, apte

A subditur. a ¶ *Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egreditur singulorum. Abominantur, etc.*] Cui congruit illud euangelicum: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere.

Cap. XXX

Verba congregantis, filij uomentis,] Huiusce parabolæ Salomonis, quas transtulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rursum uerba Salomonis: ab ipso quod Græce ἐκκλησιαστὴς dicitur: nunc interpretato in Latinum nomine illo congregans appellatur: ecclesia enim congregatio uocatur. c ¶ *Visio quam loquutus est uir cum quo est deus, et cæt.*] Visio, inquit, quam locutus est uir: quia quod uidit apud deum secretiora contemplando, patefecit hominibus foras loquendo. Quisquis enim dei spiritu confortatur, hæc quæ se
B quuntur humili corde profatur. d ¶ *Stultissimus sum uirorũ, etc.*]
Luc.16.c Filij enim seculi huius prudentiores filijs lucis in generatione sua. Et Apostolus:
1 Cor.3.d Si quis, inquit, uidetur sapiẽs esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Et ipse de se suisq; simi-
1 Cor.1.d libus, in quibus est deus: Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. e ¶ *Non didici sapientiam, & noui sanctorum scientiam, etc.*] Non didicit Salomon ab homine sapientiam, sed deo gratis offerente percepit, ut sancto
1 Cor.4.c rum scientiam nosset. Sed & Apostolus qui ait: Nos
Ibid.2.b stulti propter Christum, ipse iterũ dicit: Sapientiã autẽ loquimur inter perfectos. Sapientiã uero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur.
f ¶ *Quis ascendit in cœlum, etc.*] Hæc est sanctorũ scientia, quæ à sapientibus seculi stultitia putatur: quia uidelicet dei filius in assumpta carne, post mortẽ & resurrectionem suam ascendit in cœlum, ac nostræ resurrectionis tempore descensurus est de cœlo ad iudicandos uiuos & mortuos. g ¶ *Quis continuit spiritum, etc.*] Omnis spiritus & humanus & angelicus, & animalium & procellarum ne deficiat, dei potentia continet. h ¶ *Quis*
Psal.32.b *colligauit aquas, etc.*] De ipso etiã Psalmista: Congregãs sicut in utre aquas maris. i ¶ *Quis suscitauit omnes, etc.*] A torpore infidelitatis, uelut è somno ad credendũ in se suscitauit. Et nũc omnia quæ per orbem uiuũt & crescũt, homines, animãtia, germina, dñs ut sua quæq; uiApoc.7.a ta subsistãt, excitat, & in die iudicij cunctum à quatuor uẽtis cœli genus humanũ à morte suscitabit. k ¶ *Quod nomen est, etc.*] De dei patris & filij nomine dicit: cuius mysterium, secularis sapientia naturaliter scire nõ potest: quamuis unum esse deum qui omnia fecerit, per C ea quæ mirabiliter facta uidet, intelligere potest. Si nosti, inquit, subauditur, tu qui de tua te iactas sapientia, nostræ fidei mysteria, stultitiam nuncupare præsumis?
l ¶ *Omnis sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.*] Hæc & tota Christi ecclesia nouit: & illi maxime sentiũt, qui deo secum morante, terrenæ sapientiæ fastum contemnunt: quia nimirum omnis sermo diuinæ autoritatis, corda electorum & igne charitatis accendit, & scientia ueritatis illustrat, & uitiorũ sordes, si quas in eis inuenerit, consumit: & ab hostium insidijs, sperantes in se, cunctisq; defendit aduersis. Verum solertius intuẽdum, quia proprietatem Græci sermonis, qđ est πεπυρωμένον, Latina translatio uno uerbo non explicat. Vnde aliquãdo ignitum, aliquando igne examinatum transfertur: ut, Ignitum eloquium tuum uehementer. Et, Argentum igne examinatum, quod utrumq; in Græco uno uerbo dicit πεπυρωμένον. Et quod huic Salomonis sententiæ simillimum sonat: Eloquia domini igne examinata, id est, πεπυρωμένα, protector est omnium sperantium in se. πεπυρωμένον ergo significat, quod tanquam conflatum igne purgatum sit. Sicut enim quæcunque metalla igne conflata, sordem in se alienam atque inutilem non continent: totum quicquid in his residet, uerum & perfectum, & omni uitiorum sorde purgatum est: ita eloquium dei æternorum in se bonorum fidem testans. Hinc illud est
Psal.11.b Mat.5.c domini: Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Vera enim omnia sunt, & extra omnem ambiguitatem superfluæ inanitatis ignita.
m ¶ *Ne addas quicquam uerbis illius, & arguaris inueniarisq; mendax.*] Non corrumpas eloquia sanctarum scripturarum, quod quidem hæretici ne his conuincerentur, fecisse noscuntur. n ¶ *Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & uerba mendacia longe fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen dei mei. Ne trãdas seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, & corruas.* Generatio quæ patri suo maledicit, & matri suæ non benedicit. Gẽneratio quæ sibi munda uidetur: & tamen non est lota à sordibus suis. Gẽneratio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. Gẽneratio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis. Vt cõmedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sánguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: Affer, affer. Triã sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit: Infernus, & os uuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ignis uerò non dicit, sufficit. Oculum qui subsannãt patrem, & despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Triã sunt difficilia mihi, & quartum quod penitus ignoro: Viam aquilæ in cœlo, uiam colubri super petram, uiam nauis in medio mari, & uiam uiri in adolescentia. Tãlis est uia mulieris adulteræ quæ comedit, & tergit os suum, & dicit: Non sum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: Per seruum cum regnauerit, per stultũ cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierẽ cum in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillã cum fuerit hæres dominæ quia domini igne examinata, id est, πεπυρωμένα, pro

A actionibus se conuertere uolentem, sua exhortatione, uel exemplo prauæ actionis, ad id quod renunciauerat, redire suadet: quod plerique sacerdotes praui in ecclesia facere consueuerunt. a ¶ *Generatio quæ patri suo maledicit, etc.*] Cum superius puritatem sibi uitæ à domino dari peteret: conuertens subito intuitum ad contemplandam prauorũ nequitiam: quantis hæc sit inuoluta miserijs, ꝯlõgè à ueritate distet, insinuat. Est, inquiẽs, generatio nefandorum, quæ & si bona quælibet agit, perdit hæc in eo quod honorem parentibus non defert. b ¶ *Generatio quæ sibi munda uidetur, & tamen non est, etc.*] De
Psal.52.b hac generatione loquit psalmista: Quoniã deus dissipat ossa hominũ sibi placentium. c ¶ *Generatio cuius excelsi sunt oculi, etc.*] Huius consortium generatiõis uitabat psal-
Psal.130.b mista, cũ dicebat: Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. d ¶ *Generatio quæ pro*
B *dentib. gladios habet etc.*]
Psal.56.a De hac psalmista: Filij hominũ, dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ machæra acuta. e ¶ *Vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.*] Ad hoc linguã armant persecutores ecclesiæ, ut innocentes Christi, & humiles trucident. Quod si diligenter consideraре uolueris, inuenies has generationes, cõgregationes esse nequissimas ludæorũ & hæreticorum. Iudæorũ ergo generatio patri suo maledixit, illi
Exod.4.f uidelicet qui ait: Filius meus primogenitus Israel, quando filiũ eius uenientẽ in carne negauit. Et matri suæ nõ benedixit, synagogæ uidelicet, cuius fidei pristinæ quã in patribus ac prophetis de Christo habuerat, detraxit. Nouatianorũ generatio munda sibi uidetur, dicens se pœnitentia opus non habere: & tamẽ non potest munda esse à sordibus peccatorũ, quæ fontẽ pœnitẽtiæ peccantibus ueniã negando præcludit. Itẽ generatio Arianorũ excelsos habet oculos, & palpebras super deũ erectas, inquirens quid fuit antea, & dicẽs: si natus est, fuit tempus quando non fuit filius: uel quæ est spiritus sancti potestas, æqualis an inæqualis. Item generatio quæ pro dentibus gladios habet: illa est cõgregatio prauorum quæ suam perfidiam etiam alijs intimare satagit: & sicut corpora solent gladijs sterni: ita animas audientium ueneno prauæ allocutionis morti perpetuæ subfugare cõtendit. f ¶ *Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: Affer, affer.*] Sanguisuga, diabolus est qui siti peccãdi, ac peccata suadendi incessanter accendit. Huic duæ sunt filiæ, quia duæ specialiter humani generis illecebræ, hũc antiqui hostis imitanter ardorẽ, luxuria uidelicet & philargyria. Nam & luxuriæ quo liberius frena laxant, eo noxius delectat. Et sicut quidam ait poetarũ: Crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit. g ¶ *Tria sunt insatiabilia, & quartum, etc.*] Infernus nunq; redundat: meretrix similiter habet, eius corpus non satiatur delicijs: & auarus nunq; dicit, sufficit. Quidam infernũ interpretanter diabolũ, quia insatiabilis sit de seductione humana. Os uuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ut supra: & ignẽ qui non dicit, sufficit: incendiũ gehennæ, quod nunq; desinat: sed eos qui peccatis finem ponere nolue-
runt, infinito ardore comburat. h ¶ *Oculum qui subsannat patrem, etc.*] Peruersi dum diuina iudicia reprehẽdunt, subsannant patrem: & quilibet hæretici dum prædicationẽ sanctæ ecclesiæ deridendo contemnũt, partum matris despiciũt, quia de ipsa exeunt qui cõtra ipsam loquuntur: Ex nobis exierunt, inquit, sed non erant ex nobis. Quorũ intentionem dum prædicatores catholici de scripturarũ diuinarũ fluẽtis procedentes increpando reuincunt: quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt, & filij aquilæ comedũt. Corui etenim uocant doctores sancti, quia per humilitatis gratiam, peccati in
D se nigredinẽ confitentur. Filij autem aquilæ, quia per gratiã eius sunt renati, qui in habitu assumptæ humanitatis, ad cœlestia transuolant. Vnde & alibi filij sponsi appellantur. i ¶ *Tria sunt difficilia mihi, & quartum, etc.*] Quantũ ad historiã ita est, ut scriptum est, sed quia per parabolas loquit: Via aquilæ in cœlo difficile inuenitur, hoc est, subtilitas inimici, quæ circa cœlestiũ uirorũ corda uolitat, magno cum labore deprehenditur. Similiter & uia colubri super petrã: id est, astutia hostis uenenati, insidiari non definit eis: quos in petra fidei fundatos esse cõspicit. Necnõ & uia nauis in medio maris, hoc est, uia iniquitatis: quæ per amaras seculi huius undas immundorũ spirituũ flaribus agitatas, tãta subEccli 21.c limitate discurrit: ut uel uix uel nullatenus eius possit iter deprehẽdi. Nam quod aquila malignũ hostẽ significet, testatur propheta qui ait: Velociores fuerunt per-
Esa.30.b secutores nostri aquilis cœli, id est, homines qui nos persecuti sunt: tam sæui fuerunt, ut ipsis dæmonib. crudeliores esse uiderentur. Quod coluber diabolũ sæpe insinuet, & in primi hominis transgressione probatũ est, & cũ uir sapiens aiebat: Quasi à facie colubri fuge peccatum. Nauis quoq; quod leuitatẽ designet eorum qui circumferunt omni uento doctrinæ, demonstrat propheta qui ait: Et Chaldæos in nauibus suis gloriantes, Eccli 43.c hoc est, immundos spiritus de fragilitate, atq; instabilitate mentis humanæ sese extollentes: & de illius ruina quasi uictores lætantes. Sicut ergo illa tam callida sunt, ut inueniri nequeant: sic adolescens qui uiam ueritatis deserit, difficile est cogitatu, quo se per omnes horas, & in quot cogitamenta uecors uaga mente declinet. k ¶ *Talis est uia mulieris, etc.*] Adulteræ quoq; mens in similitudinem eorum quæ cõmemorauit superius, instabilis semper & uaga est, quæ ubi admissum turpitudinis suæ cælare potuerit, negat se aliquid patrasse facinoris.

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A c ¶ *Quatuor sunt minima terræ, etc.*] Minores uidentur in terra ſeipſos iuſti quàm reprobi, id eſt, humiliores, & huic mundo abiectiores, ſed tamen ſapientiores ſunt ſapientibus mũdi: in eo quod æterna & cœleſtia bona ſapiũt: ac pro his appetẽdis quæ illi non norũt, aduerſa quæq; ſeculi fortiter pati deſiderant. b ¶ *Formicæ populus infirmus, qui præparat, etc.*] Et eccleſiæ populus, ut fortitudinem mentis cuſtodiat: infirmum ſe temporaliter aduerſarijs ſæuientibus oſtendit, domino per euãgelium dicente: Ego autem dico uobis nõ reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, tu præbe illi & alterã. Qui in hac uita præparat ſibi fructus bonorum operũ, quibus uitam mereatur habere perennem. c ¶ *Lepuſculus, plebs inualida, etc.*] Et hic plebem eccleſiæ deſignat, quæ inualida dicit: uel quia, ut ſupra diximus, ſuas iniurias ulciſci ipſa non quærit: uel quia ſuis uiribus nil fidere, ſed in auxilio redemptoris ſui ſalutẽ ſperare didicit: & hoc eſt illam cubile in petra collocare, cuius præſidio aduerſos uitet incurſus, domino dicente cum pſalmiſta: Eſto mihi in lapidem fortiſſimum, & in domum munitam, ut ſalues me: quia petra mea & munitio mea tu es. Pro lepuſculo, antiqua translatio chœrogylium poſuit. Eſt autem animal non maius hericio, habens ſimilitudinem muris & urſi: cuius & Paleſtinæ regionibus magna eſt abundantia, ſempercq; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare cõſueuit. Notandumq; quod in pſalmo ubi nos canimus: Petra refugium herinacijs, in quibuſdam codicibus, leporibus: in quibuſdam chœrogylijs inuenitur. Sed & in hac Salomonis ſententia, quædam exemplaria pro lepuſculo, herinacium habent. Nam & in libro Hebræorũ nominum inuenimus idem uerbũ Hebræum שפן Saphan, in Hieremia, & chœrogylium, & leporem, & hericium à ſancto Hieronymo interpretatum. d ¶ *Regem locuſta non habet, & egreditur uniuerſa per turmas ſuas.*] Locuſtam quidam gentium plebem interpretantur, quæ quondam ſine rege: id eſt ſine Chriſto, ſine propheta, ſine doctore exiſtens: nunc in unitatem fidei congregata, ad ſpiritualem pugnam contra diabolum præparatur. Poteſt autem in locuſta, anachoritarum concors unitas accipi, quæ cum homine præceptore nullo in ſuis latibulis regatur: infatigabili tamen inſtantia, in ſuis quæq; locis Chriſto militare, & male pullulantia carnalitũ uoluptatum germina conſueuit abſumere. e ¶ *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.*] Stellio qui manibus nititur: quia nimirũ alas quibus feratur non haber, & moratur in ædibus regis, illorum ſignificat humilitatẽ, qui cum non ſint iuxta naturã ingenioſi, ſolertia tamen induſtriæ ſuæ, uel ad diuinarum notitiam ſcripturarum, uel ad uirtutum gratiam, quibus ingreſſum regni cœleſtis mereantur, attingunt. Plerunq; etenim aues quas ad uolandum penna ſubleuat, in uepribus reſident, & ſtellio qui ad uolatum pennas non habet, nitens manibus, regni ædificium tenet: quia nimirũ ſæpe ingenioſi quiq; dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent: & ſimplices quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, uirtus operationis leuat. f ¶ *Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. etc.*] Ipſe hoc loco leo ponitur, de quo ſcriptum eſt: Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortiſſimus beſtiarũ dicitur, quia in illo hoc quod infirmũ eſt dei, fortius eſt hominib. Qui ad nullius pauebit occurſum. Dicit enim: Venit princeps huius mũdi, & in me non habet quicquã. Gallus ſuccinctus lũbos: id eſt, prædicatores ſancti inter huius noctis tenebras, uerum mane nunciantes, qui ſuccincti lumbis ſunt: quia à membris ſuis luxuriæ fluxa reſtinguunt. Et aries: nec eſt rex qui reſiſtat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, niſi primũ intra eccleſiam ordinem ſacerdotum? De quibus ſcriptum eſt: Afferte domino filios arietum. Qui per exempla ſua gradientẽ populum, quaſi ſubſequentẽ ouium gregem trahunt. Quibus ſpiritualiter rectecq; uiuentibus, nullus rex ſufficit omnino reſiſtere: quia quilibet perſecutor obuiet, intentionem eorum non ualet præpedire. Et quia poſt hæc etiam antichriſtus apparebit, hoc quartum ſubdidit dicens: g ¶ *Et qui ſtultus apparuerit, poſtquam eleuatus eſt in ſublime, etc.*] Ipſe quippe in ſublime eleuabitur, cum deum ſe eſſe mentietur: ſed erectus in ſublime, ſtultus apparebit: quia in ipſa eleuatione ſua per aduentum ueri iudicis deficiet. Quod ſi intelexiſſet, ori impoſuiſſet manum id eſt, ſi ſuppliciũ ſuum cum ſuperbire exorſus eſt præuidiſſet: bene aliquando conditus in tantæ iactatione ſuperbiæ non fuiſſet eleuatus. De quo nequaquã moueat quod ſuperius dictum eſt: quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit, & quartum feliciter: Non enim omne quod feliciter, bene: neq; in hac uita omne quod bene feliciter. Nam leo, gallus & aries, bene incedũt, ſed non feliciter: quia perſecutionum bella patiuntur. Quartum uero feliciter & non bene incedit, quia in fallacia ſua antichriſtus graditur, ſed iuxta breue tempus uitæ præſentis, ipſa illi fallacia proſperatur. h ¶ *Qui autem premit fortiter ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Et qui uehementer emulget, elicit ſanguinem.*] Vbera fortiter premimus, cum uerba ſacri eloquij ſubtili intellectu penſamus. Qua preſſione dum lac quærimus, butyrum inuenimus: quia dum nutriri uel renui intellectu quærimus, uberrate internæ pinguedinis ungimur. Quod nec nimiẽ nec ſemper agendum eſt, ne dum lac quæritur ab uberibus, ſanguis ſequatur: quia dum uerba ſacri eloquij pluſquam debent diſcutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit qui uehementer emulget: quia carnale efficitur hoc quod ex nimia ſpiritus diſcuſſione ſentitur. i ¶ *Et qui prouocat iras, producit diſcordias.*] Quid præcedente parabola iuxta literam ſignificarit aperit: quia qui modeſto ſermone proximum allocutus, gratum accipit reſponſum, quaſi de uberibus in quibus lac quærebat, butyrũ exprimit. At qui inepto uerbo iram diſcordiamq; fraterno ex corde prouocat, quaſi ultra modum emulgens ubera, ſanguinem pro lacte reperit.

dominæ ſuæ. Quãtuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: Fõrmicæ populus infirmus, qui præparat in meſſẽ cibum ſibi. Lẽpuſculus plebs inualida, quæ collocat in petra cubile ſuũ. Rẽgem locuſta non habet: & egreditur uniuerſa per turmas ſuas. Stẽllio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Triã ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lumbos & aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. Et qui ſtũltus apparuerit, poſtquam eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori impoſuiſſet manũ. Qui autẽm premit fortiter ubera ad eliciendũ lac, exprimit butyrum. Et qui uehementer emulget, elicit ſanguinem. Et qui prouocat iras, producit diſcordias.

Verba

C

Apoc. 5.b

1. Cor. 1.d

Ioan. 14.d

Matt. 5.f

Pſal. 70.a

B

Pſal. 103.c

D

Pſal. 28.d

A Caput XXXI

Verba Lamuelis regis, etc.] Lamuel interpretat in quo deus, & ipſe eſt de quo ſupra eodem nomine in Latinũ uerſo dicitur: Viſio quam locutus eſt uir cum quo eſt deus. Mater autẽ quæ hanc cum uiſionẽ edocuit: non alia mẽ/lius ꝯ diuina gratia intelligit, quæ illũ in corde inuiſibiliter erudiuit intellectu ſapientiæ quam foris hominib. ipſe miniſtraret. Quamuis & ipſa carnalis mater Salomonis, hæc eũ paruulũ docuiſſe rectè poſſit intelligi, quæ quidem ipſe quia ſapienter dicta cognouit, operi parabolarũ ſuarũ inſerere uoluit. Et ideo rectè poſtꝯ dictum eſt in titulo, uerba Lamuelis regis: additũ eſt continuo, uiſio qua erudiuit eum mater ſua: quia cum in regnum unctus ſpiritũ ſapientiæ percepit, uidit in eodem ſpiritu ꝯ prudẽter ſe mater bona docuerit. b ¶ *Quid dilecte mi, etc.*] Subaudias, quid tibi dicã fili qui de utero meo natus electus es in regno meo? c ¶ *Quid dilecte uotorũ, etc.*] Id eſt, qui electus es in hoc quod tota deuotione deſide rabã. d ¶ *Ne dederis, etc.*] Patet literę ſenſus. Sed & uirtutũ noſtrarũ ſubſtantias corruptionib. uitiorũ cõtaminare prohibemur. e ¶ *Et diuitias, etc.*] Diuitias ſuas dat ad delendos reges, qui terrenis delicijs hominũ corda corrũpit, ne cœleſtia bona reqrant, in quibus perpetuo poſſint regnare cũ dño. Delentẽ eñ reges per diuitias, quando ſummi regis corpori adunati per fidẽ: nihilominus per illecebras ſeculi merentẽ eradicari de terra uiuentiũ. f ¶ *Noli regibus, etc.*] Et hæc ſequẽtia patẽt iuxta literam. Allegoricè aũt præcipit, ne uino in quo eſt luxuria, inebriẽtur mentes fideliũ qui ſunt membra regis æterni. g ¶ *Quia nullũ, etc.*] Nihil de ſecretis cœleſtib. cogitat ubi regnat uoluptas carnalis, ſed ea tantũ carnales quæ ſũt uilibilia ſcrutant. h ¶ *Ne fortè bibat, etc.*] Ne terrenis debriatus illecebris, obliuiſcat pauperũ Chriſti, qui & ipſe pauper factus eſt pro nobis. i ¶ *Date ſicerã, etc.*] Siceram & uinũ hoc loco, ſupernã diuinæ ſapientiæ cõſolationẽ dicit, quæ illis eſt exhibenda cordibus, quæ in infimis cõſolari refugiunt, & quicquid occurrit in preſenti, amaro ſuſcipiunt animo: ſolis quæ nondũ uidẽt gaudijs cœleſtib. tota mente inhærentes: iuxta eũ qui dixit: Negauit cõſolari anima mea, memor fui dei & delectatus ſum. Itẽ date ſicerã mœrentibus, & uinũ bibere his qui amaro ſunt animo, &c. His qui pro pœnitudine actuũ priſtinorũ mœrore atq; triſtitia deprimunt, ſpiritualis ſcientiæ iocunditatẽ uelut uinũ quod lætificat cor hominis affluenter infundite: eoſq; ſalutaris uerbi crapula refouete: ne fortè fugitate mœroris de tali deſperatione demerſi, abundantiori triſtitia abſorbeant qui eiuſmodi ſunt. k ¶ *Aperi os tuum, etc.*] Pro cauſa pauperũ qui per ſe eloqui in iudicio non ualent, ipſe loqui mento, & eos defenſare curato: qui patriæ cœleſtis intuitu, huius uitæ uitã ocius tranſire ſatagunt. Aliter: Os aperire muto præcipit, populo ſcilicet gentiũ fidei uerbum prædicare, qui diuina eloquia prius perſonare neſciebat: & non tantũ Iudæis, ſed & cunctis per orbẽ nationibus curã ſalutis impendere. l ¶ *Aperi os tuum, etc.*] Sicut in uerſu ſuperiori pro cauſa & eruptione pauperis, os aperire præcipit: ita in iſto ipſũ pauperẽ ubi errauerit, iuſtè caſtigare ac iudicare admonet. Iuxta qđ Moyſes ait: Et pauperis in iudicio nõ miſereberis. Qđ utrunq; dñm facere ꝓphęta inſinuat, dicẽs: Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate manſuetos terræ. Hucuſque uerba Lamuel: hinc ſapiẽtiſſimus regũ Salomon, laudes ſanctæ eccleſię uerſibus paucis, ſed pleniſſima ueritate decantat. Conſtat nanq; idẽ carmẽ uerſib. uiginti & duobus, iuxta ordinẽ uidelicet ac Hebræarũ numerũ literarum, ita ut ſinguli uerſus à ſingulis literis incipiant: cuius ordine perfectiſſimo alphabeti, typicè innuitur: ꝯ pleniſſimè hic uel animæ cuiuſq; fidelis, uel totius ſanctæ eccleſiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perficit catholica, uirtutes ac præmia deſcribant. א Aleph, doctrina, id eſt, ſacra ſcriptura. m ¶ *Mulierẽ fortẽ, etc.*] Mulier fortis eccleſia catholica uocat. Mulier uidelicet, quia ſpirituales deo filios ex aqua & ſpiritu ſancto gignere conſueuit. Fortis, quia cũcta ſeculi aduerſa ſimul & proſpera pro cõditoris ſui fide cõtemnit: quã ipſe in carne apparens, infirmã quidẽ inuenit: ſed inuentione ſua, hoc eſt pia uiſitatiõe, fortẽ reddidit. Vnde poſt eius redemptionẽ ad cœlos rediẽs, ſupernis ciuibus gaudẽs aiebat: Cõgratulemini mihi, quia inueni ouẽ meã quæ perierat. Videſ ergo Salomon genus humanũ innumeris implicatum erroribus: quodq; ad eius ſaluationẽ nullus patriarcha, nullus ꝓphęta, nullus omnino electorũ, præter ſolũ mediatorẽ dei & hominũ ſufficeret, ait: Mulierẽ fortẽ quis inueniet? procul & de ultimis finibus preciũ eius: Ac ſi apertè futurã domini gloriã admirando proteſtetur: Quis tantæ uirtutis? quis talis eſt meriti: qui de tot incredulis ac ſceleſtis mundi nationibus, unam ſibi electorũ eccleſiã cõgreget, quam ſua gratia fortem atq; inſuperabilẽ aduerſanub. cunctis efficiat? Non hic certè noſtri ſimilis, non noſtro eſt tempore uenturus, ſed in fine ſeculorũ eſt de cœlo deus homo deſcẽſurus, qui nos ſua paſſione ac morte redimat. Hoc eſt enim quod ait: Procul & de ultimis finibus preciũ eius. Procul uidelicet ſtatu temporis: quod à diebus Salomonis uſq; ad partũ uirginis intererat. De ultimis autem finibus: Quia à ſummo cœlo egreſſio eius: qui nõ aliud pro noſtra redemptione preciũ, ꝯ ſeipſum obtulit. Vnde Apoſtolus: Qui dilexit, inquit, nos & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationẽ & hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. Quamuis & ita rectè poſſit intelligi, precium ſanctæ eccleſiæ procul poſitũ fuiſſe: quia incarnatio uerbi dei, cõuerſatio inter homines, paſſio ac reſurrectio longè à noſtræ eſſet naturæ conditione diſcreta: quoniã uidelicet ille & quando uoluit, & de qua uoluit matre natus eſt, & ſine peccato uixit in mundo: & quando uoluit, & qua uoluit morte, diſceſſit à mundo: tempusq; reſurrectionis & aſcenſionis ſuæ in poteſtate habuit, & cætera huiuſmodi: in quibus tam procul eſt à nobis, ꝯ cœlũ diſtat à terra. Quia uerò eccleſiã quã redemit dñs: non ſolum uerbũ ſalutis ſuſcipere, ſed & conſtanter pro illo certare, & hoc ipſum per mundum prędicare donauit, merito ſubiungit. (בית Beth, domus: hoc eſt eccleſia.)

¶ Confidit

Caput XXXI

Verbã Lamuelis regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua. Quid dilectẽ mi, quid dilecte uteri mei? Quid dilectẽ uotorũ meorũ? Nẽ dederis mulierib. ſubſtantiã tuã: Et diũitias tuas ad delendos reges. Noli regibus ò Lamuel, noli regib. dare uinũ. Quiã nullũ ſecretũ eſt ubi regnat ebrietas. Nẽ fortè bibat & obliuiſcat iudiciorum & mutet cauſam filiorũ pauperis. Datè ſiceram mœrentibus, & uinũ his qui amaro ſunt animo. Bibant & obliuiſcant egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, & cauſis omniũ filiorum qui pertranſeunt. Aperi os tuum: decerne quod iuſtum eſt, & iudica inopem & pauperẽ. Aleph. Mũlierẽ fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium omnibus electis animabus una perficit catholica, uirtutes ac præmia deſcribant. א Aleph, doctrina, id eſt, ſacra ſcriptura. m ¶ *Mulierẽ fortẽ, etc.*] Mulier fortis eccleſia catholica uocat. Mulier uidelicet, quia ſpirituales deo filios ex aqua & ſpiritu ſancto gignere conſueuit. Fortis, quia cũcta ſeculi aduerſa ſimul & proſpera pro cõditoris ſui fide cõtemnit: quã ipſe in carne apparens, infirmã quidẽ inuenit: ſed inuentione ſua, hoc eſt pia uiſitatiõe, fortẽ reddidit. Vnde poſt eius redemptionẽ ad cœlos rediẽs, ſupernis ciuibus gaudẽs aiebat: Cõgratulemini mihi, quia inueni ouẽ meã quæ perierat. Videſ ergo Salomon genus humanũ innumeris implicatum erroribus: quodq; ad eius ſaluationẽ nullus patriarcha, nullus ꝓphęta, nullus omnino electorũ, præter ſolũ mediatorẽ dei & hominũ ſufficeret, ait: Mulierẽ fortẽ quis inueniet? procul & de ultimis finibus preciũ eius: Ac ſi apertè futurã domini gloriã admirando proteſtetur: Quis tantæ uirtutis? quis talis eſt meriti: qui de tot incredulis ac ſceleſtis mundi nationibus, unam ſibi electorũ eccleſiã cõgreget, quam ſua gratia fortem atq; inſuperabilẽ aduerſanub. cunctis efficiat? Non hic certè noſtri ſimilis, non noſtro eſt tempore uenturus, ſed in fine ſeculorũ eſt de cœlo deus homo deſcẽſurus, qui nos ſua paſſione ac morte redimat. Hoc eſt enim quod ait: Procul & de ultimis finibus preciũ eius. Procul uidelicet ſtatu temporis: quod à diebus Salomonis uſq; ad partũ uirginis intererat. De ultimis autem finibus: Quia à ſummo cœlo egreſſio eius: qui nõ aliud pro noſtra redemptione preciũ, ꝯ ſeipſum obtulit. Vnde Apoſtolus: Qui dilexit, inquit, nos & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationẽ & hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. Quamuis & ita rectè poſſit intelligi, precium ſanctæ eccleſiæ procul poſitũ fuiſſe: quia incarnatio uerbi dei, cõuerſatio inter homines, paſſio ac reſurrectio longè à noſtræ eſſet naturæ conditione diſcreta: quoniã uidelicet ille & quando uoluit, & de qua uoluit matre natus eſt, & ſine peccato uixit in mundo: & quando uoluit, & qua uoluit morte, diſceſſit à mundo: tempusq; reſurrectionis & aſcenſionis ſuæ in poteſtate habuit, & cætera huiuſmodi: in quibus tam procul eſt à nobis, ꝯ cœlũ diſtat à terra. Quia uerò eccleſiã quã redemit dñs: non ſolum uerbũ ſalutis ſuſcipere, ſed & conſtanter pro illo certare, & hoc ipſum per mundum prędicare donauit, merito ſubiungit. (בית Beth, domus: hoc eſt eccleſia.)

¶ Confidit

C

Exod. 23.a

Eſa. 11.d

D

Luc. 15.b

Pſal. 18.b

Gal. 2.d

A 2 ¶ *Confidit in ea cor uiri sui, etc.*] Virum sanctæ ecclesiæ, dominum ac redemptorem eius qui etiam precium eius fieri dignatus est, dicit: Vnde Apostolus credentib. ait: Despondi enim uos uni uiro uirginē castam exhibere
2.Cor. 11.d Christo. Quod ergo dicit: Confidit in ea cor uiri sui ab humana nimirū consuetudine tradiū est. Sicut enim is qui fortem fidelēq; & castam habet coniugem, confidit in ea certissimē, quia nil contra suam uoluntatē agere, nulla adulterina saltē cogitatione possit contaminari: cuncta pro suo amore etiam aduersa libenter tolerat, & quoscunq; ualet ad suam amicitiam conuertere desiderat: sic nimirum, sic dominus & redemptor noster in ecclesia confidit. Nouit enim spiritum gratię quem dedit: nouit uirtutē charitatis quam eius præcordijs infudit. Ideoq; non dubitat eam non solum à suæ fidei integritate nequaq; posse corrumpi, sed etiā perseueranter insistere, ut plures ad eiusdē fidei cōgreget unitatē. Hoc est enim quod sequitur: Et spolijs non indigebit. Spoliat enim diabolū ecclesia, cum per prædicatores suos eos quos ipse deceperat ad ueritatis iter reuocat. Et bene dicit: Et spolijs non indigebit, quia nunq; cessabit ecclesia liberatas à diabolica fraude animas Christi fidei restituere, donec cōpleto mundi cursu, suorū quoq; præfinita cōpleat summa membrorū. Verum quia quicquid boni sancta ecclesia, uel anima quæq; fidelis agit, hoc desuper accipit, rectē subditur: (גִּימֶל Gimel, plenitudo: id est legis.) *b* ¶ *Reddet ei bo-*
B *num, etc.*] Reddet quippe anima Christo bonū, cū perceptis ab eo uitæ muneribus rectē uiuendo respondet, cum ea quæ ipsa scire uel facere ab illo adiuta potuit, etiā alijs intimare satagit. Bene autē cum dixisset, reddet ei bonum, protinus addidit, & non malum, quia sunt profecto qui acceptis à dño bonis mala rependunt: uel fidei mysteria quæ perceperunt hæretica fece fœdando, uel fidem quam professione seruant, prauis operibus blasphemando, uel mores bonos quibus cum fide recta deseruiunt, per colloquia mala corrumpendo. Sed nec illi bona quæ acceperunt dño reddunt: qui non in his quæ bene inchoant usq; ad finē uitæ præsentis persistere curant. Vnde meritō cum dixisset, reddet ei bonum & non malum, ut perseuerantiā boni necessariam demonstraret, adiunxit: omnibus diebus uitæ suæ. Cui
Luc. 1.g simile est illud euangelicū: Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Quibus sanè operibus, quibus iustitiæ uel sanctitatis fructib. potissimū sit insistendum ei qui bonū quod accepit à domino gratis rependere satagit: subsequenter insinuatur cum dicitur (דָּלֶת Daleth, tabularū, hoc est uteri testamento.) *c* ¶ *Quæsiuit lanam, etc.*] Huius principiū uersiculi, fortis mulier, hoc est sancta ecclesia, etiā iuxta literam accipere & obseruare consueuit, iuxta illud pro-
Esa. 58.c pheticum: Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Operatur autē non superuacuo & cæco labore, sed eo uticq; cōsilio, ut ab ipso suo uero do-
Mat. 25.c mino uidelicet Christo in iudicio mereatur audire: Nudus fui, & operuistis me, & quandiu fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis. Operatur autē consilio manuum suarum: hoc est, earum personarū per quas eleemosynā pauperibus tribuit: in quorum opere deuoto, illo saluberrimo utiq; cōsilio, ut cum dispergit & dat pauperibus, non ipsa ab hominib. laudet ad tempus, sed ut **iustitia eius maneat in seculū seculi, & cornu eius exalte**

cium eius. Beth. Cōfidit in ea cor uiri sui, & spolijs nō indigebit. Gimel. Rēddet ei bonū & non malū omnibus diebus uitæ suæ. Daleth. Quæsiuit lanā & linum & operata est cōsilio manuum suarum. He. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panē suum. Vau. Et dē nocte surrexit, deditq; prædā domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Zain. Considelier fortis lanā & linū, & operata est cōsilio manuū suarū, cum ecclesia sancta solicitē perquirit, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo à carnalibus emundet illecebris. Et hoc utrunq; cōsilio prudētissimo, hoc est, supernæ solūmodo retributiōis facit intuitu: Cuius retributionis sequēs quoq; uersiculus apertius memi-
nit, dum subdit: *d* ¶ *Facta est, etc.*] Institorē negociatorē dicit, qui ꝓ eo sic uocat ab antiquis, quod acquirendis multiplicādisq; mercibus sedulus insistat. Facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris, quia sicut nauis institoris onusta mercimonijs, quę in sua patria magis abūdāt, porrò per mare petit peregrina, ut illic uenditis quæ attulerat, chariora ad domū reportet: Sic nimirū sancta ecclesia, sic anima quæq; perfecta, uirtutū diuitijs gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercet. Optimū est nanq; cōmerciū, cum bona quæ ualemus operātes, primo hanc à dño mercedē recipi-
D mus, ut ad maiora semper agēda proficiamus, dehinc utiq; percipiamus sempiternā. Facta est ergo anima sancta quasi nauis institoris, quæ transit desiderio fluctus seculi præsentis: solaq; se in cœlis accipere sperat æterna gaudia, & pro his abundātius adipiscēdis quicquid ualet instāter agere, quicquid aduersū occurrit fortiter superare cōtendit. De qua rectē dicit: Quia de lōge portat panē suū, quia in cūctis quæ tēporaliter bona agit, æternā solūmodo retributionē expectat: solā uiui panis saturitatē desiderat, eius nimirū qui suis auditoribus pie
Mat. 11.d potēterq; promittit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. At cōtra in proximo panē suū recipit, & nō hunc de lōge trās maria portat, qui in eo quod iustē uiuere uidet, humani tantū fauoris præmia expetit: neq; ullo uitæ permanentis intuitu, ea quę in imis labunt superare & calcare satagit. De qua
Mat. 6 libus ipse terribiliter tonat: Amē dico uobis, receperūt mercedē suam. *e* ¶ *Et de nocte, etc.*] Sicut totus labentis seculi cursus perenni diei ac noctis alteratione uariat: & dies quidem ad operandum, nox ad quiescendū naturaliter cōdita est: sic totū præsentis ecclesiæ tempus, gemino quodam quietis & operis statu discernit. Quasi enim nocte quiescit, cum aliqui fideliū eius intermissa ad tempus solicitudine externa, sibimet uacare, seq; ipsos spiritualiter incipiūt curare, uel lectionib. uidelicet sacris, uel orationibus ac lachrymis sese, uel alijs huiusmodi studijs secretius exercendo. Surgit autē de nocte, cum in eisdē suis fidelibus ad agendā etiā proximorū curā se solicitē accingit. Quod fraternæ administrationis opus, duobus modis exercere cōsueuit: quia & eos qui foris errabant, ad fidei gratiam conuocat: & illos qui fidei sacramentis iam sunt imbuti, ut bonis operibus amplius insistant, excitare non desinit. Vnde bene dicitur: Deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Dat nanq; prædam domesticis suis, cum eos quos

C *Mystice*

Gal. 3.d

D

A quos ab antiquo hoste docendo eripere potuit: societati illorū qui in fide præcessere conciliat. Dat & ancillis cibaria, cum humiles quosq; & debito timore sua iussa seruantes, ne pio labore lasseścāt, supernæ mercedis cōmemoratione reficit. *a* ¶ *Consideravit agrum, etc.*] Agrum dicit possessionem supernæ hæreditatis, de qua benedicens filiū
Gen. 27.b patriarcha loquitur: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Odor quippe sanctorum est sicut odor agri pleni cui benedixit dominus: quia tota mentis intētione contuent quæ sit plenitudo benedictionis in patria regni cœlestis. Cōsiderauit ergo ecclesia agrum & emit eum, quia studiose didicit quæ sunt gaudia uitæ perennis: & pro eorum perceptione quicquid potuit, laborare contendit. Quę etiam de fructu manuū suarū plantauit uineā, quia de fructiferis fideliū suorū factis siue uerbis, scripturā sanctam condidit, per quam mentes audientiū in fide & dilectione deebriaret sui redēptoris. Nec ab re esse credimus, si uineæ nomine, ipsam ecclesiam quæ per mulierem fortem est designata sentiamus esse figurata: & eos esse propagines uineæ, qui sunt filij mulieris. Mulier autem uineā plantauit, cum ecclesia primitiua latius per orbē missis prædicatoribus fidei semina disperšit. Considerauit nanq; agrū, cum orbē uniuersum uitiorū spinetis horrentē, cultore spirituali opus habere perspexit. Emit uerò eum, cum missis ubiq; doctoribus, talentum uerbi audientibus contulit: ut eos credentes felicissimo Christi mancipatui subderet. Plantauit autē in
B eodē agro uineā, cum in nouis credentiū populis, ecclesiam plena euangelicæ ueritatis institutione firmauit. Quam quidem uineā de fructu manuū suarū plantauit: quia non solū uerbo instruebant apostoli apostolorūq; successores populos quos erudiebant: uerū & in testimoniū bonæ operationis, miraculorū quoq; signa uerbis doctrinæ iungebant. Sed & usq; hodie, imò usq; ad finē seculi, mulier fortis cōsiderat agrū & emit eum, ac de fructu manuū suarū plantat uineā: quia sancta ecclesia semper solicitē perquirit quos ad fidē conuertere possit: & quoscūq; dociles inuenerit, hos data uerbi pecunia in seruitū Christi emit: atq; in eis uineam Christi plantare, uel potius eos uineā Christi facere satagit. Et quia qui alterū docere desiderat: primo ipse & à malis abstinere & bonis se debet actibus exercere, rectē subiungitur: *b* ¶ *Accinxit fortitudine lumbos suos, etc.*] Accinxit ergo ecclesia lumbos suos fortitudine, cum supernorū desiderijs intenta, carnalibus illecebris succumbere despexit. Roborauit brachiū suum, cum se ad agenda uirtutum opera præparauit. Et bene primo lumbos fortitudine accingere, ac postmodū roborare brachiū dicitur: quia nimirū actio boni operis acceptabilis esse domino minimē ualet, si non fluxa luxuriæ quis prius à
Esa. 1.d carne simul & mente restringat. Vnde propheta: Quiescite, inquit, agere peruerse, discite benefacere. Et dñs ip
Luc. 12.d se: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardētes. Lumbi uidelicet præcincti, ne luxuriæ subdamini. Lucernæ uerò ardentes, ut bonis fulgeatis operibus. *c* ¶ *Gustauit & uidit, etc.*] Quod ait, negociatio eius: agri uiq; significauit illius, de quo supra ait: Consideravit agrum & emit eum. Gustauit igit ecclesia sancta: gustauit quæq; anima perfecta: id est, intimo mentis desiderio cognouit, quia bona est negociatio uitæ immarcessibilis, quā relictis illecebris tēporalib. æternā mercemur in cœlis. Gustauit aūt, id est, aperte didicit, quia bonū est per in-

C

stantiā prędicandi quoscūq; ualet ad uiā ueritatis addu
cere, atq; ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte, potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum nanq; lucerna nocte extinguit, quāuis in die uideat ardere, qui sicut dñs ait: Ad tēpus credūt, & in tēpore tentationis recedūt. Sed & illorū nocte media extinguit lucerna, q ueniente iudice, oleū charitatis in uasis prę cordiorū suorū non habuisse probant, dū perdito fallarū rumore uirtutū, uera tenebrosorū luunt tormē
ta factorū. Quod si nocte hoc loco pro quiete uolumus accipere, iuxta hoc quod supra dicit: Et de nocte surrexit: id est, ad operandū se post quietē præparauit: aptē dicit, quod lucerna sanctæ ecclesiæ nō extinguat in nocte: quia & cum à negocio quiescit actionis, uacat liberius luci supernæ cōtemplationis. Cūq; à publicis cessat operibus, curat se ardentius uel auditui sanctæ lectiōis uel laudibus mancipare diuinis, iuxta exemplū uidelicet mulieris industriæ: quæ nō solū interdiu necessarijs solet insistare laboribus, sed & nocte sæpius accēso lumine lucernæ, parilē rei familiaris agere curam. *d* ¶ *Manū suā, etc.*] Fortia dicit perfecta in Christi charitate opera: quibus se gaudens ecclesia, certa supernæ retributionis expectatione subdit. Verbi gratia: Audistis quia dictū est: Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicū tuū. *Mat. 5.g* Ego autē dixi uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, &c. Et de uirginitate seruāda: Qui potest capere, capiat. Et de cōtinendis diuitijs inquit: Si perfectus uis esse, uade uende quæ habes, & da *Mat. 19.c* pauperib. &c. Nā populus synagogæ, cui dictum est: Si
D uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, tāto *Esa. 1.e* infirmior erit in opere iustitiæ, quāto minus spe perpetuæ remuneratiōis erectus. At ecclesia quæ audit à dño: Pœnitētiā agite, appropinquabit enī regnū cœlorū: me *Mat. 3.a* rito, p huius rei perceptione, dura quæq; longanimiter suffert. Vnde rursū de eius fortitudine dicit: Regnū cœ- *Mat. 11.b* lorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et digiti, inquit, eius apprehenderūt fusum. Solent fœminæ nentes fusum in dextera, colum tenere in sinistra: in colo enim lana inuoluta est, quæ filo ducenda & nenda, transeat in fusum. Sæpe autem in scripturis dextera, uitam perpetuam: leua, præsentia dei dona significat: opulentiam uidelicet rerum: pacem temporum, sospitatē corceptionem sacramentorū: hæc & huiusmodi bona cum domino largiente perceperimus, quasi lanam colo involutam in leua gestamus. At cum ea pro amore cœlestium salubriter exercere incipimus: iam lanā agni immaculati de colo in fusum, de læua in dexteram trahimus, quia de donis nostri redemptoris: de exemplis operum eius, stolam nobis gloriæ cœlestis ac uestem charitatis nuptialem facimus. Digiti nanq; quibus apprehendere fusum dicitur, ipsam intentionem discretionis qua quisq; operatur insinuant: ea nimirū ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distincta articulis ac flexibus apta quàm digiti. Quicunq; ergo ueraciter dicere cum Apostolo potest: Nostra autē con *Philip. 3.d* uersatio in cœlis est: unde etiā saluatorē expectamus dominum nostrum Iesum Christum: huius profecto digiti dextri apprehenderunt fusum, quia discretione sedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicit apprehenderunt: ut uiuacius commendetur, quanto studio, quanta festinatione in huius uitæ incerto, pro certus apud dominū præmijs agere debeamus. Quid aūt

mulier

Universidad de Sevilla Biblioteca

A mulier fortis, id est, ecclesia sancta uel anima quæq; perfecta per solum intellectualem sit operata, subsequenter aperuit. a ¶ *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.*] Quod & de pauperibus eleemosynarum quæ generaliter fiũt in pauperes, accipi potest: sed melius de uerbo dei, quod indumentũ sanctis animabus confert, intelligit, de quo beatus Iob gloriat, di
Iob 29.d cens: Iustitia indutus sum, & uestiui me sicut uestimento & diademate iudicio meo. Aperuit autẽ ecclesia manũ inopi: cum mysteria fidei ignorantibus per operarios ueritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperẽ, cum longè lateq; prædicatores ad imbuendas æternæ salutis indigas nationes dispersit. b ¶ *Nõ timebit domui suæ à frigoribus niuis.*] Frigora niuis, corda sunt reproborũ perfidiæ suæ torpore rigẽtia, de quibus
Matt. 24.d ait dominus: Et quoniã abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quæ illa utiq; niue pessimè deprimũt: quæ ob primæ superbiæ meritũ de cœlo corruẽs in profunda tenebrarũ, nihilominus se uelut angelũ lucis adhuc stultis ostentare præsumit: habitũq; meritorũ suorũ candori niueo similẽ, fraudũ suarũ nescijs præfert. Quod quidem dñi & angelorũ eius est propriũ, in habitu niueo claritatẽ suæ designare uirtutis. Non timebit aũt ecclesia domui suæ à frigorib. memoratæ niuis: quia dño polliceute credit, quod portæ inferi non præ-
Mat. 16.c ualebunt aduersus eam. c ¶ *Omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicibus.*] Et sapientia uidelicet, ad repellendas
B hæreticas falsorũ fratrũ doctrinas, & patientia ad tolerandas apertorũ hostium pugnas. Vel certè uestiti sunt duplicibus, quia promissionẽ habẽt uitæ quæ nunc est & futuræ. Nũc in peregrinatione tẽporali, diuino auxilio ne deficiãt adiuti: tũc in patriæ perpetis habitatione diuinæ gratiæ uisione, ut felices semper uiuant alleuati. Ĩ ẽ domestici eius induti uestẽ sunt duplici: una operis, altera mẽtis, fidei habẽtes factorũq; uelamina: sacramẽtis uidelicet sui rẽdẽptoris imbuti & informati exẽplis.
Gal. 3.d Sicẽ fit illud Apostoli: Quicũq; in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Possunt autẽ frigora niuis etiam tormenta æterna intelligi, quæ igne & frigore mixta esse
Luc. 13.f legimus, cum dicitur: Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Fletum quippè oculis, ignis & fumus: stridorẽ uerò dentibus solet frigus gignere. Vnde & beatus Iob de pœnis
Iob 24.c reproborũ loquens æternis: Ad calorẽ, inquit, nimium transibũt ab aquis niuiũ. Sed ab his ecclesia domui suę non timebit: quia quicũq; pereunt, ad domũ illius non pertinebunt, nec uestẽ ipsius spirituali erant induti, tamẽtsi mysterijs eius ad tempus uidebanẽ instituti. De-
Mat. 22.b nicq; legimus in euãgelijs: electũ de domo cõuiuij illius hominẽ qui uestibus operũ non mundis hanc intrare præsumpserat, & in tenebras exteriores, ubi esset fletus & stridor dentiũ esse projectum: merito utiq; in frigora pœnæ religatũ: quia indumentũ pietatis habere neglexerat. d ¶ *Stragulatam uestem fecit sibi.*] Stragulata uestis, quæ uariante textura solet firmissima cõfici, fortia ecclesiæ opera & diuersa uirtutũ eius ornamenta significat, de quibus ppheta in summi regis, uiri uidelicet illius,
Psal. 44.c laude cecinit: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circũamicta uarietate. e ¶ *Byssus quoq;, etc.*] Byssus in conuersatione, purpura in effusione pretiosi sanguinis. Byssus nanq; cãdidi coloris est: purpureus autẽ color, & de sanguine animãtis, qđ purpura uocat, cõficit, & ipse sanguinis habet speciẽ. Vnde pulchrè dictum est à patribus, quia sancta ecclesia electorũ floribus uer
C nans, in pace habet lilia, in bello rosas. Item quia byssus de terra uirens oritur, sed per exercitationes longas ac multifarias amisso humore ac uirore natiuo, ad decorẽ candidæ uestis perducitur. Purpura aũt regalis est habitus. Bysso induit ecclesia, cum castigant corpora sua electi, & seruituti subijciunt: purpura autem cum eandem continentiã, non ob fauorẽ uulgi, sed ad acquirendam beatitudinẽ regni perennis exercent. Sed hic uirtutũ habitus in præsenti quidem nescientibus uidetur cõtemptibilis, sed in futuro qualis fuerit, manifestè patebit. Vnde pulchrè in Apocalypsi sua
Apoc. 19.c Ioannes sanctorũ se uoces audisse refert dicentiũ: Gaudeamus & exultemus, qa uenerũt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se: & datũ est ei ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinũ em iustificationes sunt
Mat. 25.b sanctorũ. f ¶ *Nobilis in portis uir, etc.*] Vir sanctæ ecclesiæ, uir cuiuscq; fidelis animæ, dñs est: qui uidebatur ignobilis, cum ante tribunal præsidis staret iudicandus: cum probra, flagella, sputa, & ipsam crucis mortẽ susciperet, sed nobilis apparebit, cum uenerit iudicaturus orbẽ in æquitate & omnes angeli cum eo. Tunc sedebit, inquit, in sede maiestatis suæ, & cõgregabunt ante eum omnes gentes, &c. Nobilis, inquit, in portis uir eius, quia uetes in portis sedere ad iudicandũ solebãt, ut uenientes ad ciuitatẽ aliunde, paratũ cõtinuo responsum iudican
D tis acciperent: & nec rusticos uel pastores insolita urbis ædificia stupefacerent: nec rursum pacẽ urbis intrinseeus, frequens litigantiũ cõtrouersia fœdaret. Nobilis ergo erit dñs in portis suæ ciuitatis: quia qui etiã nũc contemnendus putat à multis, ubi seculi finis affuerit: ubi ingressum patriæ cœlestis aperuerit electis, iam cunctis parebit sublimis. Sedebit autẽ cum senatoribus terræ. Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. g ¶ *Sindonẽ fecit & uendidit, etc.*] In lineo sindonis, subtilis intexio signatur sanctæ prædicationis, in qua molliter quiescit: quia mens in illa fi
Act. 10.b delium spe superna refouetur. Vnde & Petro animalia in lineo demonstrant, quia peccatorũ animæ miseriter aggregatæ, in blanda fidei quiete cõtinentur. Hanc ergo sindonẽ ecclesia fecit & uendidit: quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit: & ab infidelibus uitam rectæ cõuersationis accepit. Quæ & Chananæo cingulũ tradidit, quia per uigorẽ demõstratæ iustitiæ, fluxa opera gẽtilitatis affrinxit: ut hoc qđ recipit,
Luc. 12.c uiuendo teneatur: Sint lumbi uestri præcincti. Bene etenim nomine Chanaan, qui & gentilẽ populũ procreauit, & interpretat cõmutatus, conuersa ad fidem gentilitas designatur: quæ felicissimã commutatione, à uitijs ad uirtutes, à diabolo transmigrauit ad Christum. Vnde & in eius laude psalmus quadragesimus quartus
Gal. 6.d scribitur, cuius titulus est: In finem pro his qui commutabuntur filijs Chore, canticum pro delicto. Filij autem Chore, filij caluariæ interpretantur, qui sunt filij dominicæ crucis, dicentes: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Quomodo aũt cõmutentẽ, sequentia psalmi eiusdẽ docẽt: ubi dilectus ipse, id est dominus, ecclesiæ dicit. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui. Cõmutari nanq; illam deliderat, quam ut filiã habere ualeat

A ualeat, domum patris prioris: id est, hostis antiqui, iubet obliuiscì. a ¶ *Fortitudo & decor, etc.*] Fortitudo ad tolerandam peruersorum improbitatem, decor ad exercendã uirtutum gratiã. Decor, quia operatur iustitiã: fortitudo, quia persecutionem patitur propter iustitiã. Et ideo ridebit in die nouissimo: id est, gaudebit in retributione regni cœlestis, quæ dolebat in certamine uitæ præsentis. Mos etenim scripturæ est, pro gaudio risum ponere, sicut & dñs ait:
Luc. 6.d Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et beatus Iob: Os aũt uerecium replebitur risu. Similẽ sanè huic sententiã prophe-
Psal. 92 ta de dño ac saluatore huius fortissimę mulieris posuit, dicens: Dñs regnauit, decorem induit, induit dñs fortitudinem. Cum enim prædicaret euangeliũ regni, alijs placebat, alijs displicebat, alij bene loquebantur, alij de trahebant, lacerabant, mordebant, conuiciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad eos quibus displicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu dominum tuũ, ut possis esse uestis ipsius: esto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua, esto fortis aduersus detractores. b ¶ *Os suum aperiat, etc.*] Ad hoc tantũ
Eph. 4.g loquens os aperuit, ut sapientiã doceret, iuxta illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus, ad ædificationẽ fidei, ut det gratiam audientibus. Vel certe os cordis aperuit ad discẽdam ab ipsa sapientia interius ueritatem, quam alios foris doceret. Vtricq; autẽ sensui, quia utrunq; fecit ecclesia, concinit apte quod sequitur. c ¶ *Et lex clementiæ in, etc.*] Illa uidelicet, ut nõ statim more legis Mosaicæ peccantes puniret, sed misericorditer ad pœnitentiæ remedia uocaret. Cuius exemplum clemẽtiæ ab ipso deo &
Iudic. 6.d saluatore nostro manifeste percepit, cum oblata ei peccatrice muliere: Si quis, inquit, sine peccato est, primus mittat in illam lapidẽ. Et sic eam à crimine quod patrarat, sub conditione amplius nõ peccandi miseratus absoluit. d ¶ *Considerauit semitas, etc.*] Semitas domus suæ considerat, quia cunctas suæ conscientiæ cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo perceperat, an
B te æterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Item domus fortis mulieris habitatio est patriæ cœlestis. Semitæ domus illius, præcepta iustitiæ, quibus ad æternæ uitæ mansionem peruenitur. Quas profecto semitas anima bene considerat: cum & diligenter quibus actibus ad superna peruenire debeat, inspicit: & quæ agenda didicit, sedula exercere non desinit. Panẽ quoq; ociosa non comedit, cum sacrificiũ dominici corporis
1.Cor. 11.f percipiens, studet imitari actu quod in mysterio celebrat, multum solicita ne indigne panem dñi comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat: sed ut patiendo pro Christo ac lachrymas fundendo, bonis quoq; actibus insistendo, passionum exempla ipsius quantum ualet sequatur. Potest & simpliciter
Prou. 2.c accipi, quod panẽ ociosa non comedat mulier fortis, iu
Act. 20.g xta illud Apostoli: Qui non operatur, non manducet,
1.Tim. 5.b & ipse de se: Quoniã ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Vnde merito luxuriantes uiduas arguens adiungit: Simul autẽ & ociosæ discunt circuire domus: nõ solum ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ. e ¶ *Surrexerũt filij eius, etc.*] Quod futurum pro certo nouerat, more prophetico quasi iam factum refert. Surgent enim filij ecclesiæ, uidelicet omnes electi in nouissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suã quæ eos ex aqua & spiritu sancto deo genuit, beatissimã prædicant, quæ nunc ab infidelibus quasi misera contemnitur. Et reuera sicut Apostolus ait: Si in hac uita tantum sperantes sumus in Chri- C
1.Cor. 15.d sto, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quia uero, p uita alia in præsenti militamus, merito cũ apparuerit quod erimus, matrem nostrã quæ ex omnib. iustis collecta, una Christi colũba, sponsa & amica uocatur, beatissimam prædicabimus.
Mat. 25.e Surget uir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esurijui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Qui quidem ipse primitiæ dormientium resurrexit à mortuis, sed in die iudicij manifestius omnib. quos sua laude dignos iudicauerit, quãta sit eiusdem suæ resurrectionis gloria, demonstrabit. Potest hoc quod dicitur: surrexerunt filij eius & beatissimã prædicauerunt: etiam in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fidelium transcensis seculi ærumnis, ad cœlestia regna perducitur. Sedere nanq; ad humiliationẽ aliquando, surgere ad gloriã pertinet. Vnde
Mat. 12.d & de Niniuitis dicitur in euangelio: Olim in cinere se-
Hier. 15.d dentes pœnituerunt: id est, in humilitate. Et prophęta: A facie manus tuæ solus sedebã, quia comminatione repleuisti me. Sed & psalmista: Vanũ est uobis ante lucẽ surgere: surgite postquã sederitis, qui manducatis panem
Psal. 126.d doloris. Quod est aperte dicere: Quid in præsenti quæritis gaudere, quod electis in futuro reseruatur? Non enim potestis in hac uita: id est, ante lucem supernæ retributionis, gloriam ueræ felicitatis habere: quin potius postq; hic humiliati fueritis ad tempus, illic uos in perpetuũ ueraciter exaltandos sperate, uos quibus amarũ est omne quod seculi amatorib. iocundũ uidetur & dulce. Surgunt ergo filij ecclesiæ & beatissimã eam prædicant cum cœlestib. bonis sublimati, quanta sit illius patriæ beatitas, cuius participes esse meruerunt, aspiciũt: & hãc debita laudatione in diuina uisione concelebrãt. Laudat eam uir eius, cũ bona quæ ipse donauit, remunerat. Quibus aũt uerbis eam laudet, consequenter ostenditur, cum dicitur: f ¶ *Multæ filiæ cõgregauerũt, etc.*] Multas filias, ecclesias dicit hæreticorũ, & malorũ turbas catholicorũ: quæ filiæ dicuntur, uel Christi uel ecclesiæ: quia & ipsæ sunt dominicis renatæ sacramẽtis, & adoptionẽ filiorum quã non custodiere, perceperunt.
1.Ioan. 2.e Vnde & Ioannes ait: De nobis exierũt, sed non erãt ex nobis. Quæ congregauerunt diuitias, uidelicet bonorum operũ, orationes, ieiunia, eleemosynas, afflictionẽ & castimoniã carnis, continentiã linguæ, meditationẽ scripturarũ, & cætera huiusmodi, quæ ueræ sunt diuitię spiritus, ubi pura mentis syncerítate geruntur. Vbi aũt sine fide, quæ per dilectionẽ operatur, fiunt: nihil agentib. prosunt. Sed & illæ filiæ frustra congregarunt diuitias, de quibus dñs ait: Multi dicent mihi in illa die: Do
Matth. 7.e mine, dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, quia nunquã noui uos, Sed omnes istiusmodi filias, ecclesia catholica supergredit, quæ fide casta & opere perfecto, redẽptoris sui uestigia sectat. g ¶ *Fallax gratia, etc.*] Fallax est gratia laudis quã ab homine accepit, uana pulchritudo charitatis uel operationis bonæ quam hominib.

Universidad de Barcelona Biblioteca

A ostenſtat anima quæ timore caret diuino. At illa cõſcientia uera eſt laude digna, quæ timorem dei in omnibus ſeruat. Ipſa eſt principium cunctarum cuſtoſq; uirtutũ, ſcriptura dicente: Timor domini principium ſapiẽtiæ. Eccli 1.b Ibid. 7.c Et iterũ: Qui timet deum, nihil negligit. Hinc eſt enim quod idẽ beatus Iob, Iob 31.c & in proſperitate uirtutibus incomparabiliter floruit: & in aduerſitatibus inſuperabilis ſtetit, perfit, quia ueraciter dicere potuit: Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui deum, & pondus eius ferre non potui. Fallax ergo eſt ſimulatorum gratia: uanus decor, opera ſtultorum. Eccleſia autem quæ in timore incolatus ſui tempore conuerſatur, quoniam ardentes uirtutum lampadas uenienti ad iudicium ſuo ſponſo offert: iure ab eo laudata, tanuam cum eo regni cœleſtis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali uerſu docetur. a ¶ *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.*] Hæc ſunt enim uerba uiri illius de quo dictum eſt: Vir eius & laudabit eam: id eſt, uanitas eſt pulchritudo, mulier timens dominum ipſa laudabitur. Thau. Dãte ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

domini & ſaluatoris noſtri, qui angelis in fine præcepturus eſt, ut eccleſiam poſt huius uitæ certamen, triturationem, afflictionem terreſtrium, ad cœleſtis regni gaudia introducant, ac uitæ immortalitatis ſibi ſociam aggregent, iuxta illud euangelicum: Triticum autẽ congregate in horreum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum ſuarũ: quia fructum ſpiritus ferre curauit, Charitatẽ, gaudium, Gal. 5.d pacem, benignitatẽ, bonitatem, modeſtiam, continentiam, fidem, patientiam, pro hoc illi debitam rependite mercedẽ. Et laudent eã in portis, hoc eſt, in iudicio, ſiue in ingreſſu patriæ cœleſtis: non hominũ fauores ſuperuacui, ſed opera ipſa quæ fecit: examinante, probãte ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia perfecit. A quo ut laudari mereamur in futuro: concedat ipſe, ppitius, nos eũ dignis in præſenti uita collaudare ſeruitijs.

Mat. 3.c

Commentariorum in Prouerbia Salomonis finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ECCLESIASTEN ad Paulam & Euſtochium prooemium.

MEmini me ante hoc fermè quinquennium cum adhuc Romæ eſſem: & Eccleſiaſten ſanctæ Bleſillæ legerem: ut eam ad contemptum mundi huius prouocarem: & omne quod in mundo cerneret, putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea ut in morem cõmentarioli obſcura quæque diſſererem: ut abſq; me poſſet intelligere quæ legebat. Itaq; quoniam in procinctu noſtri operis ſubita morte ſubtracta eſt: & non meruimus, ò Paula & Euſtochium talem uitæ noſtræ habere conſortem: tantoq; uulnere tunc perculſus obmutui: Núc
B in Bethlehem poſitus anguſtiori uidelicet ciuitate: & illius memoriæ, & uobis reddo quod debeo, hoc breuiter admonens, quod nullius autoritatem ſecutus ſum: ſed & de Hebræo transferens, magis me Septuaginta interpretum conſuetudini coaptaui, in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis diſcrepabant. Interdum Aquilæ quoq; & Symmachi & Theodotionis recordatus ſum: ut nec nouitate nimia lectoris ſtudium deterrerem: nec rurſum contra conſcientiam meam fonte ueritatis omiſſo, opinionum riuulos conſectarer.

D

COMMENTARIVM HIERONYMI IN librum Eccleſiaſten.

VErba *Eccleſiaſtæ, etc.*] Tribus nominibus uocatum fuiſſe Salomonem, ſcripturæ manifeſtiſſimè docent: Pacificum, id eſt שְׁלֹמֹה Salomonem, & ידידיה idida: hoc eſt, dilectum domini: & quod nunc dicitur קֹהֶלֶת coelet, id eſt, Eccleſiaſtẽ. ἐκκλησιαστὴς autem Græco ſermone appellatur, qui cœtũ, id eſt eccleſiam congregat: quem nos nuncupare poſſumus concionatorem, eo quod loquatur ad populũ: & ſermo eius non ſpecialiter ad unum, ſed ad uniuerſos generaliter dirigatur. Porrò pacificus & dilectus domini, ab eo, quod in regno eius pax fuerit: & eum dominus dilexerit appellatus eſt. Nam & pſalmi quadrageſimus quartus & ſeptuageſimus primus, dilecti & pacifici titulo prænotant. Qui tametſi ad prophetiã Chriſti & eccleſiæ pertinentes, felicitatẽ & uires Salomonis excedunt: tamẽ ſecundum hiſtoriam ſuper Salomone conſcripti ſunt. Is itaq; iuxta numerũ uocabulorũ, tria uolumina edidit, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Canticacanticorũ. In Prouerbijs paruulũ docens, & quaſi de officijs per ſententias erudiens. Vnde & ad filium eius ſermo crebro repetit. In Eccleſiaſte uerò maturæ uirum ætatis inſtituens, ne quicq; in mundi rebus putet eſſe perpetuum: ſed caduca & breuia uniuerſa quæ cernimus. Ad extremum iam conſummatum uirum & calcato ſeculo præparatum, in Canticocanticorum ſpõſi iungit amplexibus. Niſi eñ prius reliquerimus uitia, & pompis ſeculi renunciantes, expeditos nos ad aduentũ Chriſti parauerimus, non poſſumus dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui. Haud procul ab hoc ordine doctrinarũ & philoſophi ſectatores ſuos erudiunt, ut primũ ethicam doceant: deinde phyſicã interpretentur: & quẽ in his profeciſſe perſpexerint, ad theologiã uſq; perducant. Nec non & hoc diligentius attendendũ quod per hos tres libros autoris diuerſus eſt titulus. In Prouerbijs eñ notat: Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſrael. In Eccleſiaſte uerò: Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalẽ: ſuperfluũ quippè eſt hic Iſrael, qđ malè in Græcis & Latinis

ECCLESIASTES.

VErba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. Vanitas uanitatũ, dixit Eccleſiaſtes: uanitas uanitatũ, omnia uanitas. Quid ſuper eſt homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Gẽneratio uadit, & generatio uenit, & terra in ſeculũ ſtat. Oritur ſol & occidit ſol, & ad locũ ſuum ducit, & oritur ipſe ibi. Vadit ad auſtrum

VErba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. Vanitas uanitatũ, dixit Eccleſiaſtes: Vanitas uanitatũ, & oĩa uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole. Gñatio præterit, et generatio aduenit, terra autẽ in ẽternũ ſtat. Oriẽ ſol, & occidit, et ad locũ ſuũ reuertiẽ, ibiq; renaſcẽs gyrat per meridiem

A & Latinis codicibus inuenitur. In cantico aũt canticorum, nec filius Dauid, nec rex Iſrael ſiue Hieruſalẽ prẽſcribitur, ſed tantũ Canticũ canticorũ Salomonis. Sicut enim Prouerbia quaſi rudis inſtitutio ad duodecim tribus & ad totũ pertinent Iſrael, & quomodo conſẽptus mundi non niſi metropolitis conuenit: hoc eſt habitatoribus. Hieruſalẽ: ita Canticũ canticorũ ad eos proprie facit mentionem qui tantũ ſuperna deſiderant. Ad incipientes & proficientes, & paterna dignitas, & regni proprij merito indicatur autoritas. Ad perfectos uero, ubi non timore eruditur diſcipulus, ſed amore filius, propriũ nomẽ ſufficit: & æqualis magiſter eſt & neſcit eſſe ſe regẽ. Hæc interim iuxta literã: Cæterũ ſecundũ intelligentiã ſpiritualẽ, pacificus & dilectus dei patris & Eccleſiaſtes noſter eſt Chriſtus, qui medio pariete deſtructo & inimicitias in carne euacuãs, fecit utraq; unũ, dicẽs: Pacẽ meã do uobis, & pacẽ meã relinquo uobis. De quo Mat. 3.d pater ad diſcipulos: Hic eſt, inquit, filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui, hũc audite, qui eſt caput omnis eccleſiæ: nequaq; ad ſynagogã Iudæorũ, ſed ad gẽtiũ multitudinẽ loquẽs rex Hieruſalẽ, uiuus lapidib. ex- Ibid. 23.d tructæ: nõ illius de qua ipſe ait: Hieruſalẽ, Hieruſalẽ quę occidis prophetas. Et ecce, relinquet uobis domus ueſtra deſerta, ſed illius per quã iurari uetat, quia ſit ciuitas magni regis. Hic eſt filius Dauid, ad quẽ cæci in euãB gelio clamabãt: Miſerere noſtri fili Dauid, & omis turba cõſona uoce reſonabat: Oſanna filio Dauid. Deniq; nõ ad eũ fit uerbũ dei ſicut ad Hieremiam & ad cęteros ꝓphetas: ſed quia dines eſt & rex & potẽs: ipſe eſt ſiquidẽ uerbũ & ſapiẽtia cæteraq; uirtutes, uerba loquit ad eccleſiæ uiros, uerba inſinuat apoſtolis, de quib. cantat Pſal. 18.d in pſalmo: In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Male igitur quidã opinant nos ex hoc libro ad uoluptatẽ & luxuriã prouocari: cũ ecõtrario omnia quæ in mũdo cernimus, eſſe uana docẽtur: nec debere ea nos ſtudioſe appetere, quæ dum tenentur, intereãt. a ¶ *Vanitas uanitatum, etc.*] Si cũcta quę Gen. 1.d fecit deus ſunt ualde bona, quõ omnia uanitas, & non ſolũ uanitas, uerũ etiã uanitas uanitatũ? Vt ſicut in Cãtico canticorũ inter oĩa carmina, excellẽs carmẽ oſtẽditur: ita in uanitate uanitatũ, uanitatis magnitudo mõſtret. Tale quid & in pſalmo ſcriptũ eſt: Veruntamẽ uniuerſa uanitas, oĩs homo uiuẽs. Si uiuẽs homo uanitas eſt, ergo mortuus uanitas uanitatũ. Legimus in Exodo, glorificatũ uultũ Moſi intũ, ut filij Iſrael in eũ aſpicere nõ poſſent. Quã gloriã Paulus apoſtolus ad cõ- 2.Cor. 3.c parationẽ euangelicæ glorię dicit eſſe nõ gloriã. Nã nec glorificatũ eſt, inquit, qđ glorificatũ fuit in hac parte ꝓpter excellẽtẽ gloriã. Poſſumus igit & nos in hũc modũ cœlũ, terrã, maria, & omnia quæ in hoc circulo continẽt bona quidẽ per ſe dicere, ſed ad deũ comparata eſſe ꝓ nihilo. Et quomodo ſi igniculũ lucernæ uidẽs cõtentus eſſem eius lumine, & poſtea orto ſole nõ cernerẽ qđ lucebat, ſtellarũ quoq; lumina iubare uiderẽ ſolis abſcõdi. Ita aſpiciẽs elemẽta & rerũ multiplicẽ uarietatẽ: admiror quidẽ operũ magnitudinẽ, recogitãs aũt oĩa pertrãſire: & mundũ ſuo fine ſeneſcere, ſolũq; deũ illud ſemper eſſe qđ fuerit: compellor dicere nõ ſemel, ſed bis: Vanitas uanitatũ, oĩa uanitas. In Hebręo pro

uanitate uanitatũ הֲבֶל הֲבָלִים ſcriptum eſt, quod excepti Lxx. interpretibus omnes ſimiliter tranſtulerunt ἀτμὸς ἀτμῶν, quod nos poſſumus uaporẽ fumi & auram tenuẽ quæ cito reſoluitur appellare. Caducũ itaq; non nihil ex hoc uerbo uanitatis, oſtendit: Quæ enim uidẽt, ut ait Apoſtolus, temporalia ſunt: quæ aũt non uidẽtur æterna. Siue quia uanitati creatura ſubiecta eſt, & ingemiſcit et parturit & præſtolat reuelationem filiorũ dei: & nunc ex parte cognoſcimus, & ex 1.Cor. 13.c parte prophetamus. Tamdiu enim omnia uana ſunt donec ueniat qđ perfectũ eſt. b ¶ *Quid ſupereſt homini, etc.*] Poſt generalẽ ſententiã quod uana ſint omnia, ab hominib. incipit: quod fruſtra in mundi iſtius labore deſudent, congregantes diuitias, erudientes liberos, ambientes honorẽ, ædificia conſtruentes, & in medio opere ſubita morte ſubtracti audiunt: Inſipiẽs, hac nocte auferetur anima Luc. 12.c tua à te, quæ aũt paraſti, cuius erunt? maxime cum ex omni labore nihil ſecũ ferant, ſed nudi in terrã redeant de qua ſumpti ſunt. c ¶ *Generatio uadit, etc.*] Aliis morientibus, naſcunt alij: & quos uideras, non uides: inciſpis uidere quos non uideras. Quid hac uanius uanita te, quàm terrã manere quæ hominum cauſa facta eſt, & ipſum hominem terræ dñm in puluerẽ repente diſſoluiri? Aliter: Prima recedit generatio Iudæorũ, & ſuccedit generatio de gentib. congregata: terra aũt tam diu ſtat, D quandiu ſynagoga recedente eccleſia omnis introeat. Cum enim prædicatũ fuerit euangeliũ in toto orbe, tũc erit finis. Imminente uero cõſummatione, cœlũ & terra Luc. 21.f tranſibunt. Et ſignanter non ait: Terra in ſeculis ſtat, ſed in ſeculo. Porrò laudamus dñm, nõ in uno ſeculo, ſed in ſeculis ſeculorũ. d ¶ *Oritur ſol & occidit, etc.*] Sol ipſe qui in lucẽ mortalib. datus eſt, interitũ mundi ortu ſuo quotidie indicat & occaſu. Qui poſtq; ardentem rotam oceano tinxerit, per incognitas nobis uias ad locũ unde exierat regrediẽs: expletoq; noctis circulo, rurſum de thalamo ſuo feſtinus erũpit. Pro eo aũt quod uulgatã editionẽ ſequentes poſuimus, ad locũ ſuũ ducit: in Hebræo habet שׁוֹאֵף qđ Aquila interpretat ἀναθαλπτῶν σε: id eſt aſpirat. Symmachus uero & Theodotio, recurrit: quia uidelicet ſol reuertat ad locum ſuũ: & ibi unde prius egreſſus fuerat, aſpiret. Hoc aũt totũ idcirco dicit, ut doceat mutationib. temporũ, & ortu occaſuq; ſydẽrũ humanã ætatẽ labi & interire dum neſciat. Aliter: Sol iuſtitiæ, in cuius alis eſt ſanitas timentib. deũ oritur: & pſeudoprophetis occidit meridie. Cum aũt ortus fuerit, in locũ ſuũ nos trahet. Quò ſc. uidelicet ad patrẽ. Ad hoc eñ uenit, ut nos de terris ad cœlũ leuet, & dicat: Cũ Ioan. 12.c exaltatus fuerit filius hominis, omnia trahet ad ſe. Nec mirũ eſt filiũ ad ſe trahere credentes, cũ & pater ipſe ad ſe filiũ trahat. Nemo eñ, ait, uenit ad me niſi pater qui miſit me, adducat eũ. Iſte ergo ſol quẽ alijs occidere, alijs naſci diximus: & Iacob quondã patriarchæ de terra Gen. 28.b ſancta egrediẽti occidit: rurſumq; cũ de Syria terram repromiſſionis intraret, ortus eſt ei. Lot quoq; qñ egreſ- Ibid. 19.c ſus eſt de Sodomis, & uenit ad ciuitatẽ ad quã ut feſtinaret, ei fuerat imperatũ: aſcẽdit in montẽ, & ſol exiuit ſuper Segor. e ¶ *Vadit ad auſtrũ, etc.*] Hinc poſſumus æſtimare hyemis tẽpore ſolẽ ad meridianã plagã currere, & per æſtatẽ ſeptentrioni eſſe uicinũ, & nõ per æquinoctium

Universidad de Navarra Biblioteca

A ciũ autumni habere principiũ, sed primũ spirãte sauonio, quãdo tẽpore ueris in sœtũ cũcta rumpunt. Quod aũt ait: Gyrãs gyrãdo uadit spiritus, & in circulos suos reuertit: siue ipsum solem spiritũ nominauit, quod anVerg. 3. Aeneid. met & spiret, & annuos orbis cursus expleat, ut ait Poeta: Interea magnũ sol circũuoluit annum.

Ibid. 6 Et alibi: Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Siue quod & lunæ lucentẽ globum & astra Titania Spiritus intus alit, totãq; infusa per artus Mẽs agitat molem, & magno se corpore miscet: non de annuo solis cursu, sed de quotidianis semitis eius loquit. Obliqua em & fracta linea per austrũ pergit ad boreã, & ita ad orientẽ reuertit. Aliter: Sol quãdo per austrũ currit, uicinior terræ est: quãdo per aquilonem, sublimius attollitur. Forsitan ergo his qui hyemis & tribulationum

Hier. 1.c frigore coartãtur: Ab aquilone enim exardescẽt mala super terrã: uicinior sol iste iuB stitiæ est: his uero qui in boreæ parte habitant, & calore priuantur, æstiuo cursu incedit procul, & per suos circulos unde profectus est reuertitur. Cum enim traxerit omnia ad se, & uniuersos suis radijs illuminauerit, fit restitutio principalis, & est deus omnia in omnibus. Symmachus hunc locũ ita interpretatus est: Vadit ad meridiẽ & circumit ad boreã: perambulans uadit uentus, & per quę circumierat reuertitur uentus.

a ¶ *Omnes torrentes, etc.*] Putãt quidã aquas dulces quæ in mare fluũt, uel ardẽte desuper sole cõsumi, uel salsuginẽ maris esse pabula. Ecclesiastes aũt noster & ipsarũ aquarũ cõditor, eas dicit per occultas uenas ad capita fontiũ regredi, & de matrice abysso in sua semper ebullire principia. Melius aũt Hebręi sub torrentiũ & maris nomine per metaphoram de hominib. significari arbitrãtq; in terrã de qua sumpti sunt redeũt: & torrẽtes uocent, nõ flumina: eo quod cito intereãt, nec ũ implea tur terra multitudine mortuorũ. Porrò si ad altiora cõscẽdimus, recte & turbidę aquæ in mare unde subsitirãt reuertent. Et ni fallor absq; additamẽto nusq; torrẽs in bonã partẽ legit. Nã torrente uoluptatis tuæ potabis

Ioan. 18.a illos, cũ additamẽto dicit uoluptatis. Et ecõtrario saluator ad torrentem tradit Cedrõ. Et Helias persecutionis

3. Reg. 17.a tẽpore ad torrentẽ Charith latitat: qui & ipse siccatur &

Prou. 30.b nõ implet: mare aũt insatiabile, quõ & in Prouerbijs filiæ sanguisugæ. b ¶ *Omnes sermones, etc.*] Nõ solum de physicis, sed de ethicis quoq; scire difficile est. Nec sermo ualet explicare causas naturasq; rerũ: nec oculus ut rei posit dignitas intueri, nec auris instituẽte doctore

1. Cor. 13. d ad summã sciẽtiã puenire. Si em nũc p speculũ uidemus in ænigmate, & ex parte cognoscimus & ex parte, pphetamus: cõsequẽter nec sermo põt explicare q nescit, nec oculus in quo cęcus sit aspicere, nec auris de quo dubitat impleri. Simul & hoc notãdũ q omnia uerba sint gratuia, & magno labore discant, cõtra eos q putãt otiosis C
sibi & uota facientib. uenire notitiam scripturarum. c ¶ *Quid est quod fuit? etc.*] Videt mihi de his quæ supra enumerauit, generatione & generatione, mole terratũ, ortu solis & occasu: cursu fluminũ, magnitudine Oceani, omnibusq; quæ aut cogitatione, aut usu uel auribus discimus, nũc cõmuniter loqui, quod nihil nouũ sit in natura rerũ quod nõ ante iã fuerit. Ab initio em mundi & homines nati & mortui sunt, & terra super aquas constitit librata, & sol ortus occubuit. Et ne plura percurrã, & auib. uolare, & natare piscibus, & terrestrib. ingredi, & serpentib. labi, deo artifice cõcessum est. Huic quid simile sententiæ & Comicus ait: Nihil est dictũ quod nõ sit dictũ prius. Vnde præceptor meus Donatus, cũ ipsum uersiculũ exponeret: Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt. Quod si in sermonibus nihil nouum dici D
potest: quanto magis in administratiõe mũdi, quæ ab initio sic perfecta est, ut requiesceret deus ab operibus suis in die septima. Legi in quodã libro: si omne quĉ sub sole factũ est, fuit in præteritis seculis anteq; sol fieret: & homo iam sole cõdito factus est: fuit ergo homo antequã sub sole fieret. Sed hac excluditur ratione: quod & iumenta & culices & minuta quæq; & magna animalia ante dicunt fuisse quàm cœlũ. Nisi forte illud respondeat ex cõsequentib. ostẽdi: nõ de cæteris animalibus, sed de homine Ecclesiastæ esse sermonẽ. Ait enim: Non est omne recens sub sole, quod loquat & dicat: Ecce hoc nouũ est: animalia aũt non loqui, sed tantum hominẽ, quod si loquantur animalia, nouũ esse sub sole: & solui sententiã, nihil nouum esse sub sole. d ¶ *Est ne uerbum de quo, etc.*] Apertius hoc Symmachus transtulit: Putãs ne est qui possit dicere: Vide hoc nouũ est, & iam factũ est in seculo quod fuit ante nos. Cũ superioribus aũt congruit quod nihil nouũ in mundo fiat: nec sit aliquis qui possit existere & dicere, ecce hoc nouũ est: siquidem omne quod se putauerit nouũ ostendere, iam in prioribus seculis fuit. Nec putemus signa atq; prodigia & multa quæ arbitrio dei noua in mundo fiunt, in prioribus seculis esse iam facta, & locũ inuenire Epicurũ, qui asserit per innumerabiles periodos eadem & eisdem in locis & per eosdẽ fieri. Alioquin & Iudas cerebro prodidit, & Christus passus est sæpe pro nobis, & cætera quæ facta sunt & futura, in easdẽ similiter periodos reuoluentur. Sed est dicendũ quod ex præscientia & prædestinatione dei iã ea facta sunt quæ futura sunt. Qui enim electi sunt in Christo ante constitutionẽ mũdi, in priorib. seculis iam fuerunt. e ¶ *Non est memoria, etc.*] Quõ præterita apud nos abscondit obliuio: sic ea quę uel nunc fiunt uel quæ futura sunt: hi qui nasci habent, scire non poterunt, & cuncta silentio præteribũt, & quasi

A & quasi non fuerint abscondentur, & complebit illa sententia: Vanitas uanitatum, omnia uanitas. Nam & seraphim propterea faciem suam & pedes uelant: quia prima & extrema cooperta sunt. Iuxta aũt Lxx. interpretes, qui dixerunt, οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις καὶ γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις, οὐκ ἔστι αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων ἐς τὸν ἔσχατον: id est: Nõ est memoria primis & quidem nouissimis qui futuri sunt, non erit eis memoria cum his qui futuri sunt in nouissimo, ille de euangelio sensus est: quod

Matth. 20.b qui in isto seculo primi sunt, sint omnium nouissimi. Et quia de us ut benignus & clemẽs, minimorũ quoque & omniũ recordatur: his qui ppter uitium suũ nouissimi esse meruerunt non tantã dabit gloriam, quantã his qui se humiliãtes nouissimi in mũdo esse uoluerũt. Dicitur itaq; in consequentibus: Nõ est memoria sapientis cum stulto in æternum. a ¶ *Ego Ecclesiastes fui rex, etc.*] Hucusq; præfatio generaliter de omniB bus disputantis, nunc ad semetipsum redit, & quis fuerit, quomodo experimento uniuersa cognouerit, docet. Aiunt Hebræi hunc librũ Salomonis esse pœnitentiã agentis: quod in sapientia diuitijsq; cõfisus, per mulieres offenderit deum. b ¶ *Et dedi cor meum, etc.*] Verbum נתן Aquila, Lxx. & Theodotio προσωπεσεμόν, similiter transtulerunt: quod in distentionẽ Latinus interpres expresserit: eo quod in uarias solicitudines mens hominis distẽta lanietur. Symmachus uero ἀσχολίαν: id est, occupationem transtulit. Quia igit sæpius in hoc uolumine nominatur: siue occupationẽ, siue distentionem, siue quid aliud dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referantur. Dedit ergo Ecclesiastes primo omniũ mentem suam ad sapientiã requirendam: & ultra licitum se extendens, uoluit causas rationesq; cognoscere: quare paruuli corriperentur à dæmone: cur naufragia & iustos & impios pariter absorberent: utrum hæc & his similia casu euenirent, an iudicio dei. Et si casu ubi prouidentia dei? si iudicio, ubi iustitia dei? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi superfluã curã & solicitudinem per diuersa cruciantẽ à deo hominib. datam, ut scire cupiant quod scire non licitũ est. Pulchre autem causa præmissa à deo data distentio est. Quomodo em

Rom. 1.c in epistola ad Romanos scribitur: Propter quod tradidit eos deus in passiones ignominiæ. Et iterũ: Propter quod tradidit eos deus in reprobũ sensum, ut faciant quæ non oportet. Ac deinde: Propterea tradidit eos

Thess. 2.c deus in desideria cordis sui in immũditiã. Et ad Thessalonicenses: Propterea mittet eis deus operationẽ erroris: & primo causæ ostenduntur, quare uel passionib. ignominiæ uel sensui reprobo, uel cordis sui desiderijs concedant, aut quid fecerint ut operationẽ erroris accipiant: ita & in præsentiarũ idcirco deus distentionẽ malã dedit hominibus, ut distendant in ea: quia prius spõte suã & propria uoluntate hæc uel illa fecerũt. c ¶ *Vidi uniuersa opera quæ facta sunt sub sole, etc.*] Necessitate cõpellimur, ut crebrius quàm uolumus de uerbis Hebraicis disseramus. Nec enim possumus scire sensum, nisi eum per uerba discamus. רעות Aquila, & Theodotio νόμῳ, Symmachus βοσκησιν transtulerunt. Lxx. autem interpretes nõ Hebræũ sermonẽ expressere, sed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Siue ergo νόμῳ, siue βοσκήσις, à pastione uocabulũ est. προαίρεσις autẽ melius uoluntatẽ quàm præsumptionem sonat. Dicitur autem quod agat unusquisq; quod uelit, & sibi rectum esse uideatur, atq; in diuersa libero homines ferantur arbitrio: & uana sint uniuersa sub sole: dum inuicem nobis in bonorum & malorum finibus displicemus. Dicebat mihi Hebræus quo scripturas sanctas instituente perlegi, quod supra scriptũ רעות uerbum, magis in hoc loco afflictionem & maC liciam, quàm pastionem & uoluntatem significaret: nõ à malo quod est contrarium bono, sed ab eo quod in euangelio scribitur: Sufficit diei malicia sua, quam GręD ci significantius πάκωσιν uocãt, & esse sensum: Consi Mat. 6. d deraui uniuersa quæ in mundo fiunt: & nihil aliud deprehendi quàm uanitatẽ & malicias: id est, miserias spiritus, quibus anima diuersis cogitationib. afflictatur. d ¶ *Peruersum non poterit adornari, & imminutio nõ, etc.*] Qui peruersus est, nisi ante corrigatur, non poterit adornari. Recta ornatum recipiunt, & curua correctionẽ. Peruersus non dicitur, nisi qui deprauatus à rẽcto est. Hoc contra hæreticos, qui quasdam naturas introducunt, quæ non recipiunt sanitatem. Et quia imminutio, hoc est quod deest, nõ potest numerari, propterea tantum primogenita Israel numerata sunt. Fœminæ uero & seniores, & paruuli, & uulgus ex Aegypto nequaquam plenitudo, sed imminutio exercitus absq; numero prętermissi sunt. Potest & hic esse sensus. Tanta malicia in mũdi huius capacitate uersatur, ut ad integrum boni statum mundus redire uix ualeat, nec possit facile recipere ordinem & perfectionem suam, in quibus primum conditus est. Aliter: Omnibus per pœnitentiam ad integrum restitutis, solus diabolus in suo permanebit errore. Cuncta enim quæ sub sole facta sunt, illius arbitrio & spiritu malignitatis euersa sunt, dum ad eius instinctum peccatis peccata cumulantur. Deniq; tantus est numerus seductorum & eorum qui de grege domini ab eo rapti sunt, ut supputatione non queat comprehendi. e ¶ *Locutus sum ego in corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus sum, & adieci sapientiam, etc.*] Sapientior fuit Salomon, non Abraham & Moyse & cæteris sanctis, sed his qui fuerũ ante se in Hierusalem. Legimus & in Regnorum libris, multæ sapientiæ fuisse Salomonem: & hoc 3. Reg. 3.b à deo donum præ cæteris postulasse. Mundi ergo cordis oculus, multam sapientiam & scientiam contuetur: quia non ait: Multam sapientiam & scientiam sum locutus, sed multã sapientiam & scientiam uidit cor meum.

A Non enim possumus eloqui omnia quæ sentimus. *a* ¶ *Et dedi cor meum ut noscerem sapientiam & scientiam, errores & stultitiam, etc.*] Contrarijs contraria intelligũtur. Et sapientia prima est, stultitia caruisse. Stultitia autem carere non potest, nisi qui intellexerit eam. Vnde & plura in rebus noxia sunt creata: ut dũ uitamus ea, ad sapiẽtiam eruditamur. Aequalis ergo studij fuit scire Salomoni sapientiam & scientiam, & è regione errores & stultitiã: ut in alijs appetendis & alijs declinandis, uera eius sapiẽtia probaret: sed in hoc quoque ut in cæteris, dicit pauisse se uentos, & non ualuisse perfectam comprehẽdere ueritatẽ. De præsumptiõe spiritus siue passione uenit: quia sæpius in hoc libro dicitur, supra disseruisse sufficiat. *b* ¶ *Quia in multitudine, etc.*] Quãto magis quis sapientiam fuerit cõsecutus, tanto plus indignatur subiacere uitijs, & procul esse à uirtutib. quas requirit. Quia autem potentes potẽter tormenta patientur: cuicq; plus creditur, plus exigitur ab eo: propterea apponit dolorẽ qui apponit scientiam, & cõtristatur mœrore secundũ deum: doletq; super delictis suis. Vnde & Apostolus ait: Et quis est qui lætificat me nisi qui contristatur ex me? Nisi forte & hoc intelligendum quod sapiẽs uir doleat tam in abdito quàm in profundo latere sapientiã: nec ita se præbere mentib. ut lumen uisui, sed per tormenta quædam & intolerandum laborem, iugi meditatione & studio prouenire.

B
Luc. 7. f
Sap. 6. a
2. Cor. 2. a

CAP. II

Dixi ego in corde, etc.] Postquã in multitudine sapientiæ & adiectione scientiæ, laborem & dolorẽ esse deprehendi: & nihil aliud nisi cassum & sine fine certamen, transtuli me ad lætitiã ut luxu fruerer: cõgregarem opes, diuitijs abundarẽ, & perituras uoluptates caperem antecq; morerer. Sed & in hoc uanitatem meã ipse perspexi, dum præterita uoluptas præsentẽ non iuuat, & exhausta non satiat. Non solũ autem corporalis lætitia, sed etiã spiritualis est tentatio possidenti, ut indigẽa corripiẽte stimulo & angelo satanæ qui me colaphizet ne hinc eleuer. Vnde & Salomon: Diuitias, inquit, & paupertatem ne dederis mihi. Statimq; subdidit: Ne forte satiatus mendax fiam: & dicam, quis me cõspicit? Siquidem & diabolus per bonorum abundantiã concidit. Vnde & in Apostolo scriptũ est: Ne in superbiam

2. Cor. 12. b
Pro. 30. b
1. Tim. 3. b

elatus, in iudicium incidat diaboli: id est, in tale iudiciũ in quo etiam diabolus incidit. Sed & hoc possumus dicere, propterea nunc lætitiam spiritualem, sicut & cætera, uanitatem pronunciari: quod per speculum eam uidemus & in ænigmate. Cum autem facie ad faciem fuerit reuelata: tunc eam nequaquam uanitatem, sed ueritatem uocari. *d* ¶ *Risui dixi amentiam, & iocunditati, etc.*] Vbi nos amentiam legimus, in Hebræo habet מְהוֹלֵלוֹת quod Aquila πλάνας, id est, errorem: Symmach. θόρυβον, hoc est, tumultum interpretati sunt. Lxx. uero & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordant & transtulerunt περιφοράς, quàm nos uerbũ de uerbo exprimentes, circumlationem possumus dicere. Quomodo igitur hi qui circumferuntur omni uento doctrinæ instabiles sunt, & in diuersa fluctuãt: sic qui illo risu cachinnant, quem dominus in euãgelio fletu dicit esse mutandum, errore seculi raptantur & turbine: non intelligentes ruinam peccatorum suorum, neque præterita uitia plangentes, sed putantes breuia bona esse perpetua, & in his exultantes quæ magis digna sunt planctu. Potest hoc & de hæreticis accipi, qui falsis dogmatibus acquiescẽtes, læta sibi & prospera repromittunt.

1. Cor. 13. d
Eph. 4. c
Luc. 6. d

C

D

Dixi ergo ĩ corde meo: Vadã & affluam delicijs, & fruar bonis. Et uidi quod hæc quoq; esset uanitas. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à uino carnẽ meã, ut animũ meũ transferrem ad sapientiã, deuitaremq; stultitiam, donec uiderem quid esset utile filijs hominum: quo facto opus est sub sole numero dierũ uitæ suæ. Magnificaui opera mea. Aedificaui mihi domos, & plantaui uineas, feci mihi hortos & pomaria, plantaui in illis lignum omne fructiferum. Feci mihi piscinas aquarũ ad irrigandum ex eis saltum germinãtem ligna. Mercatus sum mihi seruos & ancillas, & uernaculi fuerunt mihi, & quidem possessio armenti & ouium multa fuit mihi, supẽr omnes qui fuerũt ante me in Hierusalẽ. Cõgregaui mihi argentum & aurum & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores & cantatrices: & delitias filiorũ hominũ, ministros uini et ministras. Et maquicquid desiderauerunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni uoluptate frueretur, & oblectaretur in his quæ præparauerat: & hoc ipsum mihi uidebam ex manu dei esse. Et conuersus uidi ego sapientiam & errores & stultitiam. Quid enim faciet homo qui succedit regi? Omnia quæ fecerat iam fecerat. Et uidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum lux tenebras. Oculi sapientis in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et cognoui quod unus & idem casus uniuersos maneret. Et dixi ego in corde meo: Quia & mihi accidet sicut & stulto, quid mihi prodest quod plus sapiam? Et locutus sum in corde meo quia & hoc uanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter & stulti in futura: quia & quæ nunc sunt in oblitione cuncta pariter obruentur. Et moritur doctus similiter & indoctus. Et odiui uitam meam uidens mala cuncta quæ sub sole fiunt: & uniuersa uanitas & cassa uentorum cogitatio. Et odiui omnem industriam meam qua studiose laboraui sub sole, habiturus hominem qui post me futurus est successor. Quem scio utrum sapiens an stultus futurus sit: & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & sollicitus fui sub sole. Et enim hoc uanitas. Vnde renuntiauit cor meum ut cessarem ab omni labore meo quo laboraui sub sole. Quia cum sit homo qui laborat in sapientia & doctrina & sollicitudine, homini otiosi quæsiturus est portionem suam. Et hoc uanitas & magna apud homines infirmitas. Quid enim habet amplius homo de uniuersis laboribus suis & afflictione animi sui quibus sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt: nec per noctem mente requiescit. Et hoc uanitas est. Nonne melius est comedere & bibere & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? Et hoc de manu dei est. Quis manducabit & deliciabitur ultra me? Homini bono in conspectu suo deus dedit sapientiam & scientiam & lætitiam: peccatori autem dedit curam superfluam & colligere & congregare ut tradat ei qui placuit deo. Sed & hoc uanitas & cassa uentorum cogitatio.

a ¶ *Magnificaui opera mea, etc.*] Vsq; ad eum locum in quo ait: Sapientis oculi in capite eius, & stultus in tenebris ambulat. Antequam de singulis disseram, uidetur mihi utile breui cũcta sermone cõprehẽdere: & quasi in unũ corpus sensum redigere, ut possint facilius intelligi illa quæ dicuntur. Omnia quæ putantur in seculo bona, quasi

b ¶ *Congregaui mihi argentum & aurum & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores & cantatric. etc.*] Argentum & aurum semper scriptura diuina super sermone ponit & sensu. Vnde & sexagesimoseptimo psalmo: columba quæ interpretatur in spiritu, propter manifestiora & uisui exposita, alas deargentatas habet: occultiorem uero intrinsecus sensum, in auri pallore operit. Regum autem substantias & prouinciarum siue regionum, in credentium congregauit ecclesiam, illorũ regum de quibus psalmista canit: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum. Illarum quoq; regionum, in quas oculos eleuare saluator præcepit, quia iam candeant ad metendum. Possunt regum substantiæ, & philosophorũ dici dogmata & scientiæ secularis: quas ecclesiasticus uir diligenter intelligens, apprehendit sapientes in astutia eorum & perdit sapientiam sapientiũ, & prudentiam prudentium reprobat. Cantores quoq; & cantatrices, illi uel illæ sunt qui psallunt spiritu, psallunt & mente. Cantator quasi uir & robustus & spiritualis de altioribus canit. Cantatrix uero adhuc quasi circa materiam uolutatur, quam

Psal. 44. c

A quasi rex & potẽs habui. Aedificaui mihi in excelsum palatia, uitibus montes collesq; conseui. Et ne quid deesset ad luxum, hortos mihi pomariaq; plantaui, diuersas arbores instituens: quas collectæ in unum piscinæ aquæ desuper irrigarent, ut longius uiror humore perpeti nutriretur. Seruorũ quoq; siue emptorũ siue uernaculorum mihi fuit innumerabilis multitudo: & quadrupedũ greges multi boũ scilicet & ouiũ quãtum nullus ante me rex habuit in Hierusalẽ. Sed & thesauri argẽti & auri innumerabiles condebantur, quos mihi diuersorũ regum munera & gentium tributa contulerant. Vnde & accidit, ut ex nimijs opibus ad maiores delitias prouocarer, & musicarũ artiũ chori, mihi tibia, lyra, uoce concinerent: & uterq; sexus in conuiuijs ministraret: sed quãto ista crescebãt, tanto sapiẽtia deerat. Nam in quamcũq; uoluptatẽ me Cupido traxisset, infrenis ferebar & præceps: putabãq; hunc esse fructũ laborum meorũ, si ipse in libidine luxuriaq; consumerer. Tãdem in me reuersus, & quasi de graui somno euigilãs, aspexi ad manus meas: & opera mea plena uanitate, plena sordibus, plena spiritu erroris intuitus sum. Nihil enim quod in mũdo putabatur bonum, bonũ potui reperire. Reputans igitur quæ essent sapientiæ bona, & quæ stultitiæ mala, consequẽter in laudem illius hominis erupi, qui post uitia se refrenans, uirtutum possit esse sectator. Magna quippe distantia est inter sapientiã & stultitiam, & quãtum dies distat à nocte, tantum uirtutes à uitijs separãtur. Videtur mihi itaq; qui sapientiam sequitur, oculos in cœlum semper erigere, & in sublime eos habere surrectos, eaq; quæ supra suum sunt uerticem contemplari. Qui uero stultitiæ & uitijs deditus sit, uersari in tenebris & in rerum ignorantia uolutari. Magnificaui opera mea &c. Magnificat opera sua, qui iuxta imaginem conditoris in superna sustollitur. Et ædificat domos, ut ueniant pater & filius & spiritussanctus, & habitent in eis. Et plantat uineas, ad quas Iesus ligat asinam suam. *a* ¶ *Feci mihi hortos & pomaria, plantaui in illis, etc.*] In domo diuitis non solum aurea uasa sunt & argẽtea, sed & lignea & fictilia. Fiunt igitur & horti propter imbecilliores quosq; & infirmos. Nã qui infirmus est, oleribus uescit. Plãtantur arbores, nõ omnes fructiferæ, ut in Latinis codicibus habemus, sed omnis fructus: hoc est diuersarum frugum atq; pomorũ: quia diuersę sunt gratiæ in ecclesia: & alius est oculus, alius manus, alius pes: & quæ uerecundiora nostra sunt, his maiorẽ honorem circundamus. Inter quas frugiferas arbores æstimo tenere primatum lignum uitæ, quod est sapientia. Nisi enim in medio illa plantetur, ligna cætera sicca buntur. *b* ¶ *Feci mihi piscinas aquarum, etc.*] Ligna saltuum, ligna syluarum, quæ non sunt frugifera, quæ poma non afferunt: aluntur non imbre cœlesti, nõ supernis aquis, sed his quæ in piscinas de riuulis colligũtur. Nam & Aegyptus humilis & iacens, quasi hortus olerum, terrenis & de Aethiopia uenientibus aquis irrigatur. Terra uero repromissionis quæ mõtuosa est & erecta, temporaneam & serotinam pluuiam expectat de cœlo. *c* ¶ *Mercatus mihi fum ser. etc.*] Si uolumus Ecclesiastẽ, ut supra diximus, etiã nunc ad Christi referre personam: possumus seruos eius dicere, qui habent spiritum timoris in seruitute: & spiritualia magis desiderant, quàm teneant. Ancillas uero eas animas appellare, quæ adhuc corpori terræque sunt deditæ. Vernaculos quoq; illos qui sunt quidẽ de ecclesia: & seruos & ancillas de quibus diximus antecedunt, necdum tamen libertate donati sunt, nec nobilitate à domino. Sũt autem & alij in familia ecclesiasticæ, ad instar boũ & ouium, propter operа & simplicitatẽ, qui absq; ratione & scientia scripturarum laborant quidem in ecclesia, sed necdum ad id peruenere, ut homines esse mereantur, & redeant ad imaginem conditoris. Diligentius nota, quòd in seruis & ancillis & uernaculis multitudo non additur: In bobus uero & ouibus dicitur, possessio armenti & ouiũ multa fuit mihi. Plura quippe in ecclesia armenta quàm homines sunt: plures oues quàm serui, ancillæ atq; uernaculi. Illud uero quod in fine dicitur: *d* ¶ *Super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.*] Non ad grandem gloriam pertinet Salomonis, uno patre suo rege se ditiorem fuisse, quia sub Saule necdum regnabatur in Hierusalem, & à Hiebusæis qui ipsi urbi insederant tenebatur. Altius itaq; tractandum quæ sit Hierusalem, & quomodo Ecclesiastes ante omnes qui se præcesserunt reges in Hierusalem ditior fuerit.

B

C

D

Rom. 14. a

2. Tim. 2. c

A Ceteri ἀλω uocant, nec potest uocē suā in sublime tol-
lere. Vbicūq; ergo in scripturis fœmina legitur & sexus
fragilior, ad materiæ intelligentiam transferamus. Vn-
Exod. 1.c de & Pharaō nō uult masculos uiuificari, sed tantū fœ-
minas quę materiæ sunt uicinæ. Et ecōtrario nullus san
ctorū nisi perraro fœ-
minas genuisse nar-
Num. 25.a ratur. Solusq; Sal-
phaath qui in pecca-
tis mortuus est, om-
Gene. 30.c nes filias genuit. Ia-
cob inter duodecim
patriarchas, unius fi
liæ pater est, & ob ip-
sam periclitatur. Deli
tiæ quoq; filiorū ho-
minum super sapien
tia intelligendæ, quæ
ad instar paradisi ha
bet poma uaria &
multiplices uolupta
tes. Et de ipsa præcipi
tur: Delectare in do-
mino, & dabit tibi pe
titiones cordis tui. Et
Ibid. 35.b in alio loco: Torrēte
uoluptatis tuæ pota-
bis eos. Nam & de ui
ni fusoribus & uini
fusitricibus: ad distin
ctionem quippe nūc
masculini generis,
fœminino genere uo
lui declinare, quod
B latinus sermo non re
cipit: aliud multo est
in prōptu est, Aquila
interpretatur: Nō e-
nim homines uiros
uidelicet et fœminas,
sed uasculorum spe-
cies nominauit, κυλι
κίων τῶ κύλικα uo-
cans, quod Hebraice
dicitur שְׁדוֹת & שְׁדָה
Deniq; Symmachus, licet uerbum non potuerit expri
mere de uerbo, ab hac opinione non longe est, dicens
mensurarum species & appositiones. Siue igitur urce-
os, siue cyphos, siue crateres qui in ministerijs ordinā-
tur, auro gemmisq; distinctos, Salomonem habuisse
credendum est, & quod ex uno τῷ κύλικι, id est, crate
re: alijs κυλικίοις minoribus scilicet uasculis haurire-
tur, & per ministrorum manus potantium uinum tur-
ba susciperet. Quia igitur Ecclesiastē interpretamur in
Christo, & sapiētia in cratere mixto, in Prouerbijs præ
tereuntes ad se conuocat: Corpus domini craterē mag
num habemus accipere: in quo non meraca diuinitas,
ut in cœlestibus fuit: sed propter nos humanitate me-
dia temperata est, & per apostolos in minora κυλίκια,
scyphos paruulos & crateres, in toto orbe credentibus
Luc. 2.g effusa sapientia est. a ¶ Et magnific. etc.] Magnificatū
Ecclesiastē, minime uidet dño conuenire, nisi forte ei il
Philip. 2.b lud aptemus: Proficiebat sapiētia & ætate & gratia. Et: p
pter qđ illū deus exaltauit, & donauit illi nomē. Quod
aūt ait: b ¶ Qui fu. etc.] De his dicit q ante aduentū suū,
cōgregationē sanctorū & ecclesiā gubernauerūt. Si spi
ritualiter intelligimus scripturas, ditior est Christus o-
mnibus: si tantū carnaliter, melius intelligit synagoga
Exod. 34.g quā ecclesia. Tulit ergo uelamē qđ fuerat positū sup uul
tū Moysi, & pleno lumine faciem eius uidere nos fecit. C
Porrō astitisse sapientiā sibi: ille sensus est, qđ etiā in car 2. Cor. 3.d
ne posito sibi permanserit sapientia. Qui profectum ha
bet in sapientia, non ei stat sapientia. Qui autem nō re-
cipit profectum, nec per momēta succrescit, sed semper
in plenitudine est, i-
ste dicere potest: A-
stat mihi sapientia.
c ¶ Et omne quod postu
lauerunt oculi mei, etc.]
Oculi animæ & men
tis intuitus, contem-
plationem desiderāt
spiritualem: quā pec
cator ignorans, pro-
hibet à uera iocundi
tate cor suum. Huic
se ergo Ecclesiastes to
tum dedit, & leues tri
bulationes in seculo,
æterna gloria cōpen
sauit. Hæc enim por-
tio nostra est, præmi
umq; perpetuum, si
hic pro uirtutibus la
boremus. d ¶ Et re
spexi ego ad omnia opera
mea, quæ fecerunt manus
meæ, etc.] Qui cum di
ligentia & cautione
agit uniuersa, hic po
test dicere: e ¶ Et
ecce omnia uanitas & uo
luntas spiritus.] Quo-
modo in cæteris ui- D
lia cūcta reputat quæ
sub sole sunt, & pro
uoluntatum uarieta
te diuersa. f ¶ Et
non est abundantia, etc.]
Christus in sole po- Psal. 18.a
suit tabernaculum su
um. Itaque qui nec-
dum ad solis claritā-
tem, ordinem cōstan
tiamq; peruenit, in hoc Christus nec habitare poterit
nec abundare. g ¶ Et respexi ego ut uiderem sapientiam, er
rores & stultitiam, quia quis est hominum qui possit ire post regem
ante factorem suum &c.] Quia in superioribus usq; ad eum
locum in quo scriptura ait: Sapientis oculi in capite e-
ius: uno cuncta sermone comprehenderam, uolēs sen
sum breuiter indicare, & ob id rursum secundum Ana
gogen aliqua perstrinxeram, nūc iuxta illud quod cœ Amigo.
peram exponere debeo. Multum enim à Septuaginta
interpretatiōe in hoc loco diuersus est sensus. Dicit au-
tem se post delitias uoluptatesq; damnatas, reuertisse
ad sapientiam perquirendam: in qua plus erroris stul-
titiæq; repererit, quām uerę certæq; prudentiæ. Non e-
nim puto posse hominem tam liquido & pure scire sa-
pientiam creatoris & regis sui, quàm scit ille qui condi
tor est. Itaque & illa quæ nouimus, opinari nos potius
quàm tenere, & æstimare magis quàm scire quod ue-
rū est. h ¶ Et uidi ego quia est abundantia sapientiæ super stul
titiam, sicut abundantia lucis super tenebras.] Licet, inquit, ip-
sam hominum sapiētiam mixtam errore peruiderim:
nec tam pure in nostros animos illabi posse, quàm est
in rege & conditore nostro, tamen magnam etiā in eo
quod est, differentiā inter illam & stultitiā esse cogno-
ui: quātum potest distare dies ā nocte, lumē à tenebris.
Sapien-

A d ¶ Sapientis oculi in capite eius, & stultus in tenebris ambulat. etc.]
Qui in perfectum uirum peruenerit, & meruerit ut ca
put ipsius Christus sit, oculos suos semper habebit ad
Christum, & eos in sublime eleuans, nunquam de infe
rioribus cogitabit. Cum hæc se ita habeant, & inter sa-
pientem & stultū tan
ta distantia sit, quod
alter diei, alter tene-
bris comparetur: Ille
oculos ad cœlum le-
uet, iste in terram de
primat, repente mihi
cogitatio ista subrep
sit, quare sapiens &
stultus cōmuni finiā
tur interitu, cur eadē
plaga, & idem euen-
tus, eadem mors, pa
res utrunq; angustiæ
premant. b ¶ Et di
xi ego in corde meo, sicut
euentus stulti, ita & mihi
eueniet. Et ut quid sapiens
factus sum ego & locutus
sum, etc.] Dixi, sapiēs
& stultus, iustus &
impius, æquali sorte
morientur, & omnia
in hoc seculo mala
euentu simili sustine
bunt, quid ergo mi-
hi prodest quod se-
cutus sum sapientiā,
& plus cæteris labo-
B rauiq; Rursus cogitās
& diligenter mecum
mente pertractās, sen
tentiam meā uanam
esse deprehendi. Nō
enim similiter sapi-
ens & insipiens habe
bunt in futuro me-
moriam, quando cō
summatio ueniet uni
uersitatis, & nequa-
quam pari exitu te-
nebuntur: quia hic
ad refrigeria, ille per
get ad pœnam. Aper
tius in hoc loco sen-
sum Hebraicū Lxx.
interpretes transtule
runt, licet uerborum
ordinem non sint se
cuti: ιγίνατι ἐσοφι-
σάμην ἐγὼ, περισσὸν
ἐλάλησα ἐγὼ καρδίᾳ
μου, διότι ἄφρων ἐν
περισσεύματι ⊙ λαλεῖ, ὅτι καὶ γε τοῦτο μάταιότης, ὅτι
οὐκ ἔστιν ἡ μνήμη τῶ σοφῶ, μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα, etc.
id est: Et ut quid sapiens factus sum ego & tunc abun-
danter locutus sum in corde meo: quoniam insipiens
ex abundantia loquitur: quoniam hoc quoque uani-
tas: quia non est memoria sapientis cum stulto in æ-
ternum &c. Quod uidelicet priorem opinationem fu
am stultam esse conuincens, insipienter se locutum
esse testatus sit & errasse, quia ante sic senserit. c ¶ Et
1. Ioan. 5.d odiui uitam, quia malum super me opus quod factum est sub so-
le, quia omnia uanitas & pastio uenti.] Si mundus in mali-
gno positus est, & in tabernaculo isto Apostolus inge- C
miscit dicēs: Miser ego homo, quis me liberabit de cor Rom. 7.d
pore mortis huius? Recte odio habet omne quod sub
sole factū est. Ad cōparationē quippe paradisi & illius
uitæ beatitudinem, in qua spiritualibus pomis & uirtū
tum delicijs frueba-
mur: nūc quasi in er-
gastulo & carcere su
mus & ualle lachry-
marū, in sudore uul-
tus nostri comeden-
tes panem. d ¶ Et
odium ego omnem, etc.]
Videtur quidem de
diuitijs & opibus re
tractare, quod secun
dum euangelium re
pentina morte sub-
tracti, quali moria- Luc. 21.f
mur hærede nescia-
mus: utrū stultus an
sapiēs sit, qui nostro
est labore fruiturus. 3. Reg. 12
Quod Salomōi quo
que accidit, nō enim
similem sui habuit fi
liū Roboam. Ex quo
intelligimus, ne filiū
quidem patris hære-
ditate dignum esse, si
stultus sit. Sed mihi
altius contemplanti,
de labore uidetur di
cere spirituali: quod
diebus ac noctibus D
uir sapiens in scriptu
ris laboret & compo
nat libros: ut memo-
riam sui posteris de-
relinquat, & nihilo-
minus in manus stul
torū ueniant: qui fre
quenter secundū per
uersitatē cordis sui,
semina inde hæreseos capiant, & alienos
labores calumnientē. Si enim de corporali
bus diuitijs nunc Ec
clesiastæ sermo est,
quid necesse fuit de
labore & opibus di-
cere: Et dominabitur
in omni labore meo
in quo laboraui, &
in quo sapiēs factus
sum sub sole. Quę e-
nim sapientia est, ter
renas diuitias congregare? e ¶ Et conuersus sum ego ut
renunciarem cordi meo in omni labore, etc.] Vt supra de incer
to loquitur hærede: quia utrum stultus an sapiens la-
boris alterius dominus futurus sit, ignoretur. Nunc
eadem quidem repetit: sed in illo diuersus est sensus,
quod etiam si filio, si propinquo, si noto alicui substan
tiam laboresq; dimittat: nihilominus ramen in eundē
circulum res recurrat, ut alter labore alterius perfrua-
tur: & sudor mortui, delitiæ sint uiuentis. Se unusquis-
que cōsideret, & uidebit quāto libros labore cōponat:
quomodo sæpe stilum uertat, iterum quæ digna legi
sint

Universidad de Sevilla Biblioteca

A sum scripturus: & homini qui non laborauit, det partē suam. Quid enim ut ante iam dixi, ad opes terræ pertinent sapientia, & scientia, & uirtus, in quibus se laborasse testatus est: cum sapientiæ, scientiæ atq; uirtutis sit calcare terrena. a ¶ *Non est bonum homini, nisi quod co. etc.*]

Postquam uniuersa tractaui, & nihil iniustius esse perspexi, q̄ alterius labore alterum perfruj: tunc mihi uisum est hoc in rebus esse iustissimum & quasi dei donum, ut suo qs labore frueretur, habens, & comedens, & pro tempore parcēs opibus cōgregatis. Siquidē munus dei est talem uiro iusto dari mentem, ut ea quæ curis, uigilijsq; quæsiuit, ipse consumat. Sicut econtrario, iræ dei est: ut peccator dieb. ac noctibus opes cōgreget: & nequaquā eis utens, his relinquat qui in conspectu dei iusti sunt. Sed & hoc inquit, diligenter inspiciens & uidens omnia morte finiri, uanissimum iudicaui. B Hæc interim secundum literam, ne uideamur penitus simplicem præterire sensum: & dum spirituales diuitias sequmur, historiæ contemnere paupertatem. Quid enim boni est, aut quale deimunus, uel suis opib. inhiare, & quasi scientem præsentē carpere uoluptatem: uel alienum laborē in proprias delicias uertere, & hoc putare donū esse dei, si alienis miserijs & laboribus perfruamur? Bonū est itaq; ueros cibos & uerā sumere potionē, quos de agni carne & sanguine in diuinis uolumi-
Matt. 7.a nibus inuenimus. Quis uel comedere, uel cū opus est
Prou. 25.d parcere potest absq; deo? qui præcepit sanctū canibus nō esse mittendū, & docet quomodo in tēpore conseruis sint dāda cibaria, & iuxta aliū sensum: Inuentū mel tantum comedere, quantum sufficit: Pulchre autē homini bono deus dat sapientiam & scientiam, & lætitiā: Nisi eum bonus fuerit, & mores suos proprio arbitrio ante correxerit, sapientiam, & scientiam, & lætitiā non
Osee 10.d meretur, secundum illud quod alibi dicitur: Seminate uobis in iustitia, uindemiate in fructu uitæ, illuminate uobis lumen scientiæ. Seminanda quippe iustitia, & uitæ fructus est demetendus, & postea scientiæ lumen poterit apparere. Vt ergo bono coram se dedit Deus sapientiam, & cætera: sic peccatorem suo arbitrio derelinquens, fecit congregare diuitias, & hinc & inde peruersorum dogmatum cōsuere ceruicalia. Quę cum uir sanctus & placens deo uiderit: intelligit, quia uana C
sunt, & spiritus præsumptione composita. Nec mirandum quod dixerit: Peccatori dedit solicitudinem, & cætera. Ad illū enim sensum de quo sæpe tractauj, hoc referendum est: Propterea datam esse ei solicitudinem siue distētionem, quia peccator fuerit: & nō esse causam distentionis in deo, sed in illo qui sponte sua ante peccauerit.

Et quidem hoc uanitas & nequitia magna. Quid enī fit homini in omni labore suo, & in uoluntate cordis sui, qua ipse laborat sub sole? Quia oēs dies eius doloru & iracūdiæ curarūq;: & quidem nocte non dormit cor eius, sed & hoc uanitas. Non est bonum homini, nisi quod comedit, & bibit, & ostendit animæ suæ bonum in labore suo. Et quidem hoc uidi ego, quia de manu dei est. Quis enim comedit, & quis parcit sine illo qui homini bono corā se dedit sapientiā, & scientiā, & lætitiā, & peccanti dedit solicitudinē, ut augeat & cōgreget quæ uidētur bona ante faciē dei. Sed & hoc uanitas & præsumptio spiritus.

Cap. III.

OMnibus tēmpus est, & tempus omni rei sub cœlo. Tēmpus pariendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum

Et hoc quoque uanitas, & magnū malū. Quid enim proderit homini de uniuerso labore suo & afflictione spiritus qui sub sole cruciatus est? Cūcti dies eius doloribus & erūnis pleni sunt nec per noctē mente requiescit. Et hoc nonne uanitas est? Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laborib. suis? Et hoc de manu dei est. Quis ita deuorabit, et delitijs affluet ut ego? Homini bono in cōspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam & lętitiam: peccatori autem dedit afflictionē & curam superfluā, ut addat & cōgreget & tradat ei qui placuit deo. Sed et hoc uanitas est, & cassā solicitudo mentis.

Cap. III.

OMnia tēpus habent, & suis spacijs trāseūt uniuersa sub cœlo, Tēpus nascendi, & tempus moriēdi. Tēpus plantādi, & tempus euellendi quod plantatum

temporū scriptū est, usq; ad illū locū in quo ait: Tēpus belli, & tēpus pacis, super Israel intelligūt. Et quia non necesse est per singulos uersus ponere quid interpretētur & sentiāt: perstringā breuiter, latiorē dissertionē lectoris ingenio derelinquēs. Tēpus fuit generādi & plātandi Israel: tēpus moriendi, & ducendi in captiuitatē. Tempus occidēdi eos in Aegypto, & tēpus de Aegypto liberandi. Tēpus destruendi tēpli sub Nabuchodonosor, & tēpus ædificandi sub Dario. Tēpus flendi & plangendi euersionem urbis, & tēpus ridendi, atq; saltandi sub Zorobabel, Esdra, & Neemia. Tempus dispergēdi Israel, & tempus in unum congregandi. Tempus quasi cingulum & baltheum circūdari deo populum Iudęorum, & tēpus ducēdi eos in Babyloniam captiuitatem, & ibi cōputrescere trans Euphratē. Lege περιζώματα Hieremiæ. Tempus quærendi illos & seruandi, & tempus perdendi illos & proijciendi. Tempus scindēdi Israel, & tempus iterum consuendi. Tempus tacendi prophetas nunc in captiuitate Romana: & tempus loquendi eos

A eos, tunc quādo etiam in hostili terra dei consolatione & alloquio non carebant. Tempus dilectionis, qua eos sub patribus ante dilexit, & tēpus odij, quādo in Christum intulerūt manus. Tempus prælij, modo nō agentibus eis pœnitentiā, & tempus pacis in futuro, quando intrāte plenitudine gentiū oīs Israel saluus erit. a ¶ *Tempus occidendi, & tempus sanādi.*] Et tempus est occidendi & sanandi
Deut. 32.f qui ait: Ego occidā, et ego uiuificabo. Sanat ad pœnitentiam prouocans. Occidit, iuxta illum sensum:
Psal. 100.b In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. b *Tempus destruendi, & tempus ędificādi.*] Non possumus ædificare bona, nisi prius destruxerimus mala. Idcirco sic
Hier. 1.c & Hieremiæ uerbum à deo datū est: ut ante eraditaret, & suffoderet & perderet, & postea ædificaret atque plantaret. c ¶ *Tempus flendi, et tempus ridendi.*] Nunc flendi tem
Luc. 6.d pus est, & in futuro ridendi. Beati enim flentes, quoniā ipsi ridebunt. d ¶ *Tempus plangendi, & tempus ridendi.*]
B Idcireo corripiuntur in euangelio, quibus dīs ait: La-
Luc. 7.e mentauimus uobis, & non planxistis: cantauimus uobis, & non saltastis. Plangendum est in præsentiarum: ut postea saltare ualeamus, illa saltatione qua saltauit
2 Reg. 6.c Dauid ante arcam testamenti, & Saulis filiæ displicens, magis placuit deo: quia qui in præsenti seculo sua plangit peccata, ridebit potius in futuro. e ¶ *Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi lapides.*] Miror quomodo uir disertissimus rem ridiculam in hoc loco dixerit: De destructione, inquiens, & ædificatione domorum Salomoni sermo est, quod homines nunc destruant, nūc ædificent: alij congregēt lapides ad ædificia construenda: alij quæ extructa sunt destruant, secundū illud Ho-
Horatius 1. Epistolarum ratianum: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Æstuat & uitæ disconuenit ordine toto. Hoc utrum rēcte an perperam dixerit, lectoris arbitrio derelinquo. Nos prioris explanationis sequamur ordinē. Tempus
Matt. 3.b spargendorum & congregandorū lapidum esse dicentes, iuxta illud quod in euangelio scriptum est: Potens est deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ. Quod tempus fuerit gentilis populi dispergendi, & tēpus rursum in ecclesiam congregādi. Legi in quodā libro iuxta Lxx. tamen interpretes, qui dixerūt: tempus mittendi lapides, & tempus colligendi, seueritatem legis antiquæ euangelij gratia temperatā. Lex quippe rigida, inbenigna, nō parcens, peccantē interficit. Euangelij gratia miseretur, & ad pœnitentiam prouocat. Et hoc esse tempus mittendorum lapidum siue cōgregandorum, quod lapides mittantur in lege, colligantur in euangelio. Hoc utrum uere dictum sit an falso, suo imputetur
1 Cor. 7.d autori. f ¶ *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu.*] Iuxta simplicē intelligentiam manifestus est sensus, Apostolo in eadē uerba cōgruente: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: liberis dandam operā, & rursum continētiæ.

Vel quod tempus fuerit amplexandi, quando uigebat C
illa sentētia: Crescite & multiplicamini, & replete terrā. Gen. 1.d
Et tēpus procul ab amplexu fieri, quādo successit tempus quod in angusto est: Superest ut qui habent uxo-
1 Cor. 7.c res, sic sint tanquā non habeant. Si aūt uoluerimus ad altiora cōscendere, ut debimus sapientiam amplexari amatores suos. Honora quippe, ait, eam: & amplexabitur te, intraq; ulnas suas & gremium strictiori te tenebit cōplexu. Porrò quia Prou. 4.b non potest humanus animus semper in sublime tendi, & de diuinis & altioribus cogitare: nec iugiter esse in cōtemplatione rerum cœlestiū, sed interdū necessitatibus corporis indulgere: propterea tēpus est amplexandi sapientiam, & eam strictius continēdi, & tempus relaxandi mentē ab intuitu complexuq; sapientiæ, ut curę corporis & his quibus uita nostra absq; pec-

tum est. Tempus occidendi, & tempus sanādi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi. Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abijciendi. Tempus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquēdi. Tempus dilectionis, & tēpus

cato indiget, seruiamus. g ¶ *Tempus acquirendi, & tempus perdendi.*] Sub diuersis sermonibus, idem nunc qui suprā sensus est, in eo quod ait: Tempus destruendi, & D
tempus ædificandi. Ac deinde: h ¶ *Tempus scindendi, & tempus consuendi.*] Quomodo enim synagoga destruitur, ut ædificetur ecclesia, & à lege fiunt scissiones, ut euangelia consuantur: quod euangelistæ singuli perpetrarunt, de lege & prophetis aduentus dominici testimonia consuentes, ita & tempus fuit quærendi & custodiendi Israel: tempus perdendi & proijciendi illum. Vel certe tempus quærendi populum ex gentibus, & tempus perdendi populum Iudæorū: Tempus custodiendi credentes ex nationibus, & tempus abijciendi incredulos ex Israel. i ¶ *Tempus tacendi, & tempus loquendi.*] Pythagoricos reor, quorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui: hinc originē sui traxisse decreti. Discamus itaq; & nos prius non loqui, ut postea ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore, ad præceptoris eloquia pendeamus. Nihil nobis uideatur rectum esse, nisi quod discimus, ut post multum silentium, de discipulis efficiamur magistri. Nunc uero pro seculorum quotidie in peius labentium uitio, docemus in ecclesiis quod nescimus. Et si compositione uerborum, uel instinctu diaboli, qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus, contra conscientiam nostram scire nos arbitramur, de quo alijs potuimus persuadere. Omnes artes absque doctore non discimus, sola hæc tam uilis & facilis est, ut non indigeat præceptore. k ¶ *Tempus amandi, etc.*] Tempus amandi post deum liberos, uxorē, propinquos: & tempus odiendi eos in martyrio: cum pro Christi cōfessione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certe tēpus amādi legē, & ea quę à lege fuerāt imperata, circuncisionē, hostias, sabbatum, neomenias: & tempus odiendi ea, euangelij gratia succedente. Necnō & hoc dici potest: Quoniam nunc per speculum uidemus & in ænigmate, tempus esse præsentia diligendi, 1 Cor. 13.d

&

Universidad de Navarra Biblioteca

A & in futurum tẽpus aduenier, quando cernentes facie ad faciem, & in melius proficiẽtes, incipimus odisse & despicere quod amauimus. a ¶ *Tempus belli, & tempus pacis.*] Quàm diu in præsenti seculo sumus, tempus est belli: cum autem migrauerimus de hoc seculo, pacis tempus aduenier.

In pace enim locus
Psal. 75.a dei, & ciuitas nostra Hierusalem, de pace sortita uocabulũ est. Nemo ergo se nunc putet esse securũ in tẽpore belli: ubi certandum est, & apostolica arma tractãda, ut uictores quondã requiescamus in pace. b ¶ *Quæ abundantia est facienti in quibus ipse laborat. Vidi occupationem quam dedit deus fil. etc.*] Non me fugit quid à pleriscp in hoc loco dictum sit: quod propterea deus in præsenti seculo etiam peruersorum dogmatũ magistris concesserit occupationẽ, ne mẽs hominis otiosa torpesceret, & hoc esse bonũ quod fecit deus in tempore suo, & nihilominus nequire eos naturam & rerum scientiam comprehendere. Mihi uero ab Hebræo q me in scripturis erudiuit, ita expositũ est.

pus odiendi. Tempus belli & tempus pacis. Quæ ãbũdantia est faciẽti in quibus ipse laborat. Vidi occupationẽ quã dedit deus filijs hominũ, ut occupent in ea. Vniuersa fecit bona in tempore suo: et quidem seculũ dedit in corda eorũ, ut nõ inueniat homo opus qd fecit deus ab initio usq; in finem. Cognoui quia non est bonum, nisi lætari & facere bonum in uita sua. Et quidẽ omnis homo qui comedit, & bibit, & ostendit bonũ in omni labore suo ex dono dei est. Cognoui quia omnia quæ fecit deus, ipsa erũt in æternum: sup illa non potest adijci, & ab illis non potest auferri, & deus fecit ut timeant à facie eius. Quid est quod fuit

pus odij. Tempus belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionẽ quam dedit Deus filijs hominũ, ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo: & mundum tradidit disputationi eorum, ut non inueniat homo opus quod operatus est deus ab initio usque ad finem. Et cognoui quod non esset melius nisi lætari, & facere bene in uita sua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & uidet bonum de labore suo, hoc donum dei est. Didici quod omnia opera quæ fecit deus perseuerent in perpetuum. Nõ possumus eis quicquam addere nec auferre, quæ fecit deus ut timeatur. Quod

factum

illud Esaiæ: Mãducemus & bibamus, cras enim morie C
mur: instar animalium prouocamur, sed secũdum A/ Esa. 22.d
postolum: Habentes uictum & uestitum, his contenti si 1. Tim. 6.b
mus, & quicquid supra habere possumus, in pauperibus nutriendis & egentium largitione consumamus.

Porrò quia caro domini, uerus est cibus, & sanguis eius uerus est potus, iuxta ἀναγωγήν, hoc solum habemus in præsenti seculo bonum: si uescamur carne eius, cruoreq; potemur: non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus & potus qui ex uerbo dei sumit, scientia scripturarum est. Nec putet aliquis illud quod à Balaam prophetatur: Non erit labor in Iacob, neque dolor in Israel, huic contrarium esse Num. 23.d
quod muneris dei est dicitur: Si quis comedat & bibat, & ostendit bonum in omni labore suo. Multæ quippe tribulationes iustorũ. Et de his 1. Cor. 13.f
Apostolus queritur, in labore et dolore sudasse se dicens. Sed D
cum de his nos in futuro dominus liberauerit, nõ erit labor in Iacob, neq; dolor in Israel. Et quomodo illud legimus: Luc. 6.d
Beati flentes, quoniam ipsi ridebũt, & risus noster Iob Iob 8.d
prophetantis uerba sectabitur: ueracium os replebitur gaudio, si nunc labore nostro fruimur in bonis operibus, per quem coangustamur & premimur, ut postea à labore cessemus. d ¶ *Cognoui quia omnia quæ fecit deus, ipsa erunt in æternum: super illa non potest adijci, & ab illis, etc.*] Nihil est in mundo quod nouum sit. Solis cursus & lunæ uices, & terræ, arborumq; siccitas uel uiror, cum ipso mundo nata sunt atq; concreta. Et ideirco deus certa ratione cuncta moderatus est, & iussit humanis usibus elementa seruire: ut homines hæc uidentes, intelligant esse prouidentiam: & timeant à facie dei, dum ex rerum æqualitate, cursu, ordine, atq; constantia, intelligunt creatorem. Inuisibilia enim dei per ea quæ facta Rom. 1.c
sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Quod si uoluerimus priori sensu finito, quasi à capite legere: Et deus fecit ut timeant à facie eius, hic sensus est: Deus hæc omnia fecit ut timeant homines ab eo, qd semel deus disposuit, nec in aliud Psal. 118
declinare. Pulchre autem temperauit, dicens: ut timeãt à facie eius. Vultus quippe domini super facientes mala. e ¶ *Quid est quod fuit ea ipsum est quod erit, & quæ futura sunt, etc.*] Vel præterita, uel præsentia, uel futura: ipsa & sunt, & fuerunt, & erunt uniuersa quæ cernimus. Sol qui nunc oritur, & antequàm nos essemus in mundo, fuit, & postquàm mortui fuerimus, oriturus est. Solem autem nominauimus, ut ex hoc intelligamus & cætera esse eadem quæ fuerunt. Quæ si uidentur per conditionem

A ditionem mortis perire, nõ pereunt: quia rursum redi uiua succrescunt: & nihil in perpetuum interit: sed renascitur & quasi cum quodam fœnore reuiuiscit: Hoc est enim quod ait: Et deus quæret eũ qui persecutionẽ patit: quod Græce melius dicitur καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον, id est & perijt, qđ expulsum est, quod esse cessauit. Si aũt istud de cũctis quæ in mundo sunt, dicit: de homine nulla dubitatio est quin mortuus renascat. Si cui aũt placet quasi proprio legere principio, Et deus quæret eũ qui persecutionem patit: utatur hoc testimonio in persecutione gẽtilũ, ad consolandum eum qui in martyrio perseuerat. Et qa omnes iuxta Apostolũ, qui pie uiuere uolũt
2. Tim. 3.c in Christo, persecutionẽ patiunt, habẽt cõsolationẽ: quia de
Deut. 32.f us quærit persecutio nẽ patientẽ: sicut requirit sanguinẽ interfecti: & uenit quærere
Luc. 19.b quod pericrat: & erIbid. 15.a roneã ouem suis humeris ad gregem reB portauit. a ¶ *Et ad hæc uidi, etc.*] Manifestus sensus est, sed nubilo interpretationis obuoluitur. Sub sole (inquit) isto ueritatẽ & iudicium exquisiui, & uidi etiam inter iudicum ipsa subsellia, nõ ueritatem ualere, sed munera. Siue aliter: Arbitratus sum aliquid iustitiæ in præsenti seculo geri: uel pium nunc pro suo merito recipere: uel impiũ pro suo scelere puniri: & econtrario reperi quàm putabã. Vidi enim & iustum multa mala hic perpeti, & impiũ regnare pro scelere. Postea uero cum corde meo colloquens & reputans, intellexi non per partes deũ & per singulos iudicare, sed in futurum tempus reseruare iu
1. Cor. 5.b dicium: ut omnes pariter iudicentur, & secundum uoluntatem & opera sua ibi recipiant. Hoc est enim quod ait: Et tempus omni uoluntati, & super omne factũ ibi, id est in iudicio quãdo dominus cœperit iudicare, tũc futura est ueritas: nunc iniustitia dominatur in mũdo. Tale quid & in sapientia quæ filij Syrach inscribitur, legimus: Ne dixeris, quid est hoc, aut quid est istud: omnia enim tempore suo requirentur. b ¶ *Dixi ego, etc.*] Non mirandum est in præsenti uita inter iustum & impium nullam esse distantiam, nec aliquid iurtutis uale re, sed incerto euentu omnia uolutari: cum etiam inter pecudes & homines secundum corporis qualitatem nihil differre uideatur: & sit eadem nascendi conditio: sors una moriendi: similiter procedamus ad lucem, æque dissoluamur in puluerem. Si autem uidetur hæc esse distantia, quod spiritus hominis ascendat in cœlum, & spiritus pecoris descendat in terram: quo istud certo autore cognouimus? Quis potest nosse utrũ uerum an falsum sit quod speratur? Hoc autem dicit, non

quod animam putet perire cum corpore, uel unũ bestijs & homini præparari locum: sed quod ante aduentum Christi omnia ad inferos pariter ducerentur. Vnde & Iacob ad inferos descensurum se dicit. Et Iob pios Gen. 37.g
& impios in inferno queritur reẽtari. Et euangelium: & 44.g
Iob. 7.b
Chaos magnum in- & 17.d
terpositum apud inferos, & Abrahã cũ Lazaro, & diuitẽ in suppliciis esse testat. Et reuera anteçi flammeam illam rotã & igneam rhõphæa ad paradisi fores, Chri- Gen. 3.d
stus cũ latrone reseLuc. 16.g raret: clausa erãt cœlestia, et spiritus peccatoris hominisq; æqualis uilitas coartabat. Et licet aliud uideret dissolui, aliud reseruari: tamen nõ multum intererat perire cũ corpore, uel inferni tenebris detineri. Recurramus ad singula, & comatico genere dicẽdi, iuxta ordinem suũ breuiter disseramus. Dixi ego in corde meo de eloquio filiorum hominum, ut eligeret eos deus. Hoc solum (inquit) inter homines & iumenta deus esse uoluit: quia nos loquimur, illa sunt muta: nos uoluntatẽ sermone proferimus, il- D
la torpent silentio. Et cum tantum sermone differamus à bestijs: tamẽ ostenditur nobis quod iuxta corporis fragilitatẽ pecora sumus. Sicut iumentũ moritur, ita moritur & homo: & unus omnibus flatus est: & aer iste quo alimur. Hoc esse ait: Et spiritus unus omnibus: & amplius homini à pecore nihil est. Quod ne putaremus dici etiã de anima, intulit: Omnia facta sunt de terra, & reuertentur in terram. De terra autem nihil aliud nisi corpus factum est. Et signanter de corpore dicitur: Terra es, & in terram reuer- Gen. 3.d
teris. Quod autem uidetur esse blasphemum: Quis cognoscit, spiritus filiorum hominum, si ascendat ipse sursum: & spiritus iumẽti si descendat ipse deorsum in terram? non inter pecudes & hominem secũdum animæ dignitatẽ nihil interesse contendit: sed adijciẽdo, quis, difficultatem rei uoluit demonstrare. Pronomẽ enim, quis, in scripturis sanctis nõ pro impossibili: sed p difficili semper accipit. Vt ibi: Generationẽ eius quis enarrabit? Et in psalmo quartodecimo: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & in monte sancto tuo, & cætera quæ sequuntur: Et in Hieremia, licet in Hebræo aliter sit: Et homo est, & quis cognoscet eum? Inter homines igitur & bestias hæc sola est differentia, quod spiritus hominis ascendit in cœlum, & spiritus iumenti descendit in terram & cum carne dissoluitur: si tamen huius rei uir aliquis ecclesiasticus, & disciplinis cœlestib. eruditus, & quasi dubiæ rei certus assertor sit. Hæc interim iuxta literam. Quantum autem ad spiritualem intelligentiam pertinet, quoniam homines & iumẽta sala-

uos faciet dominus. Et in alio loco: Vt iumentum sum (inquit) apud te: & ego semper tecū. Et in omnibus prophetis, homines & pecora in Hierusalem saluanda dicunrur, & impleri terram repromissionis pecoribus & armentis: Quis scit utrum sanctus qui hominis appellatione dignus est, ascendat in cœlum: & utrum peccator, qui iumentum uocatur, descēdat in terram? Fieri enim potest ut tūc pro incerto uitæ huius & lubrico statu: ut & iustus concidat, & peccator resurgat: & nonnunq; euenit ut rationabilior et eruditus in scripturis, id est homo, non circunspecte & ut scientiæ suæ dignū est, uiuat, & deducatur ad inferos: & simplicior quisq; atq; rusticior, qui iumētum hominis cōparatiōe dicat, melius uiuat, & martyrio coronet: ac paradisi sit colonus. a ¶ *Et uidi quia non est bonum, &c. ut uideat id quod futurū, etc.*] Pro eo quod nos posuimus: Vt uideat id quod futurū est post ipsum: apertius interpretatus est Symmachus dicens: Vt uideat antea quæ futura sunt post hæc. Nihil est ergo bonum in uita ista, nisi quod lætatur homo in opere suo faciens eleemosynam: & futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparās. Hanc solā habemus portionē, quam nec fur, nec latro ualet nec tyrānus auferre, & quæ nos post mortē sequatur. Nec enim possumus cū hac uita fuerit dissoluta rursum nostris laboribus perfrui, aut scire quæ futura sint in mundo postea. Aliter superiori errore turbatus, quod putarē nihil interesse inter homines & bestias, in hanc sententiam prava opinione deductus sum: ut nihil aliud dicerem boni, nisi præsentem carpere uoluptatem. Neq; enim cū semel nos dissoluisset interitus posse his perfrui, à quibus recederemus ingrati. Alij de hoc quod ait: Quis enim adducet eum ut uideat ea quæ sunt futura post se: ad illam intelligentiam retulerunt, ut dicerent: melius esse suis hominem laboribus perfrui: quia hoc solū de substantia sua posset auferre: Cum enim mors uenerit, nescire quali sit hærede moriturus: utrū dignus an indignus suis opibus perfruatur.

Quis scit, spiritus filiorum hominis si ascēdat ipse sursum, et spiritus pecoris si descēdat ipse deorsum in terrā. Et uidi qa non est bonū nisi quod lętetur homo in ope suo: quia hæc est pars eius. Quis enim adducet eū ut uideat id qd' futurū est post ipsum? Cap. IIII.

Caput IIII.

ET cōuerti ego, & uidi uniuersas calūnias quæ fiūt sub sole, & ecce lachrymæ eorū qui calūnias sustinēt, & nō est qui cōsoleť eos, & in manib. calūniantiū eos fortitudo, & non est eis cōsolator. Et lāudaui ego mortuos qui iam mortui sunt, super uiuētes quicūq; ipsi uiuūt usq; nūc. Et melior super hos duos qui nondū natus est, qui nondū uidit opus malū quod factū est sub sole. Et uidi ego uniuersum laborē, et simul oēm uirtutem operis: quia æmulatio uiri à sodali eius, & quidem hoc uanitas & præsumptio spiritus.

ET *conuerti ego, & uidi uniuersas calumnias quæ fiunt, etc.*] Post hanc cogitationē, illuc mentē meā oculosq; cōuerti, ut uiderē calūniatores & calumniā sustinentes: Et ecce hi qui iniuste à potentioribus opprimūtur lachrymis quas solum habere in calamitatib. licet, rei inuidiam protestantes, consolatorem non queūt inuenire: Et quo maior miseria sit & incōsolabilis dolor: calumniatores uidēt in suis iniquitatibus fortiores. Et hæc est causa quod non ualeant cōsolari. Plenius hunc locum in psalmo septuagesimo secundo Dauid, & Hieremias in suo uolumine exquirunt. c ¶ *Et laudaui ego, etc.*] Ad comparationem miseriarū, quæ in hoc seculo mortales premunt feliciores iudicaui mortuos quàm uiuētes: secundum illud Iob de inferis disputātis: Ibi requieuerūt lassi corpore: cū his qui uincti fuerunt, iam securi non audientes uocem exactoris. Melior autem his duobus, uiuente uidelicet & defuncto: q nec dum natus est. Alius enim adhuc mala patitur: alius quasi de naufragio nudus euasit. Porrò qui nec dū natus est, in eo felicior est, qd' nec dū mala mundi expertus est. Hoc autem dicit: non quo qui nec dū natus est, antecq; nascatur sit: & in eo felicior: quia necdū corpore prægrauatus est: sed quod melius sit omnino non esse, nec sensum habere substantiæ, cū infeliciter uel esse uel uiuere. Quomodo & de Iuda dns loquit, futura eius tormenta significans: Melius erat non nasci homini illi: quod melius ei fuerit omnino non esse, quàm æternos cruciatus perpeti. Alij uero hūc locū ita intelligūt: Meliores dicētes eos qui mortui sunt ab his qui uiuūt: licet ante fuerint peccatores. Viuentes enim adhuc esse in prælio: & quasi clausos corporis ergastulo retētari: qui uero morte obierint, iam esse securos, & peccare desisse. Sicut & Ioannes: quo maior nō fuit in natis mulierum: minor est eo qui minimus est in regno cœlorum, & corporis onere liberatus, nescit cum Apostolo dicere: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Meliorem aūt his duobus esse eum qui necdum natus est, nec uidit mala, quibus homines in mundo deprimuntur. Animas enim nostras antequam ad nostra corpora ista descendant, uersari apud superos, & tandiu beatas esse quamdiu cœlesti Hierusalem, & choro perfruātur angelico. d ¶ *Et uidi ego uniuersum laborem, & simul omnem uirtutem, etc.*] Conuerti me rursum ad alia: & uidi ominem fortitudinem & gloriam laborantium, & deprehendi bonum alterius esse alterius malum: dum inuidus aliena felicitate torquetur & patet insidijs gloriosus

Matth. 26. c

Matth. 11. b

Rom. 7. d

A sus. Quid enim uanius, quid instabilius, & sic nihil, cū homines nō suas flere miserias, uel lugere propria peccata, sed melioribus inuidere. a ¶ *Stultus complexus est manus suas, etc.*] Hic est qui & in Prouerbijs piger describitur, continens manibus pectus suum: Cui tanquam citus cursor uenit inopia: & propter nimiam famē (hyperbolice ut dictū sit) comedit carnes suas. Qui melius putat esse unum pugillū habere farris, & ociosum torpentēq; uiuere, cū laborantē manū utranque cōplere. Totū autē quod differt, hoc est ut ostēdat & eum qui laborat & habet aliquid in mūdo patere inuidiæ: & rursum eū q uiuere uult quiete, inopia opprimi, & esse utrunq; miserabilem, dum alius propter opes periclitatur: alius propter inopiam egestate cōficitur. Vel certe sic: Qui alienæ felicitati inuidet, & quasi spiritu furoris raptatur, & inuidiā in sinu suo receperit, nutrieritq; eam in pectore suo: ille comedit animam suam & carnes suas. Quanto enim eū cui inuidet, feliciorē uiderit, tanto ipse amplius contabescit & deperit, & paulatim zelo & liuore distillat. Aliter: Manus crebro prooperibus accipiuntur, sicut ibi: Verbum domini quod factum est in manu Aggei, siue illius, uel huius prophetæ, quod talia opera gesserit, ut dignus existeret, in cuius opere fieret sermo domini. Huic congruit & illud Dauid: Qui docet manus meas ad prælium. Stultus igitur complexus est manus suas: id est contraxit & extendere noluit, unde non comedit labores manuum suarum: quos nec habet, sed carnes suas uiuens iuxta sapientiam carnis & carnis operibus uescitās. b ¶ *Melior est plenus pugillus cum requie, quàm plenitudo manuum laboris & præsumptionis spiritus.*] Melius est modicum habere iustum, quàm diuitias peccatorum multas. Et in Prouerbijs: Melior est parua acceptio cum iustitia, quàm multa genimina cum iniquitate. Eleganter iustitia requiem habet: iniquitas, laborem. Et quia singularis numerus in bono semper accipitur, duplex in malo: propterea unus pugillus habet requiem: & duæ manus labore sunt plenæ. c ¶ *Et conuersus sum ego, & uidi uanitatem sub sole. Est unus & non est secundus: & quidem filius & frater non est ei: nec est finis omni labori eius. Et quidem oculus eius non satiatur diuitijs, etc.*] Conuersus sum ad alios, & uidi eos plusquàm necesse est laborare, congregare per fas & nefas opes, & non uti congregatis: habere omnia, incubare diuitijs, & seruare alteri, & suo labore non perfrui: maxime cum nec filium, nec fratrem habeat nec propinquū: ut uideatur labor necessarius reseruantis: Nihil itaq; esse uanius deprehendi, quàm eū hominē qui diuitiás cōgregat: cui eas relinquat, ignorans. Quod quidem possumus secundum superiorem interpretationem & de his intelligere, qui libros cōscribunt, & eos fastidiosis lectoribus derelinquūt. Quidā hunc locum ab eo quod ait: Est unus & nō est secūdus super saluatore interpretātur, quod solus absq; ullo comite ad saluandum mundum descenderit. Et quanq; multi filij dei sint, & fratres eius adoptione dicā tur: tamen nullus dignus exiterit qui in hoc ei opere iungere tur: Cuius laboris nō est finis, portans nostra uitia atq; peccata: & pro nobis dolet. Et oculus eius nō satiatur diuitijs, semper nostram cupiens salutem: & quanto plus peccare quem uiderit, tanto magis ad pœnitentiam cohortans. d ¶ *Meliores duo quàm unus, etc.*] Post solicitudines & miserias, in quibus corruptus est ille qui in opibus conquirēdis absq; certo hærede se cruciat: Nunc ad sodalitatē sermo confertur: Et dicitur quid boni habeat amicorum contubernium & cōmune solatium: quia & alterius ruina, alterius auxilio subleuet, & curas domesticas, ipsius quoq; noctis requiē melius exigat ille qui fidū amicum habet, cū qui solis opibus incubat acquisitis. Quod etsi robustior inimicus quis contra unū surrexerit, imbecillitatē alterius amici solatio sustētari. Et quanto duo uno differāt, si amore coniunctí sint: tanto etiā triū contuberniū plus ualere. Etenim uera charitas, & nullo uiolata liore: quanto augetur numero, tanto crescet & robore. Et hæc interim simpliciter dicta sint. Cæterum quia in superiori loco super Christo quorundam intelligentiam posuimus, etiam reliqua eodem ordine differēda sunt. Melius est duos pariter esse quàm unū. Melius est enim habitantem in se habere Christum, quàm solum patere insidijs aduersantis. Merces quippe contubernij statim in ipsa societatis utilitate mōstratur: Si enim unus ceciderit, Christus erigit participem suum. Væ quippe ei qui cum ruerit, Christum in se non habet erigētem. Quod si etiam unus dormierit, hoc est si morte dissolutus fuerit, & secum Christum habuerit, calefactus, & uiuificatus citius reuiuiscit. Et si aduersus hominē robustior in expugnādo diabolus extiterit: stabit homo, stabit & Christus, p homine suo, pro sodali suo. Nō quod solius Christi aduersus diabolū uirtus infirma sit, sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & animantibus nobis ipse in præliando fortior fiat. Quod si etiā pater & filius & spiritussanctus aduenerit, non cito rumpetur ista sodalitas. Quod autem non cito rumpitur, tamen aliquando rūpetur. In Iuda enim Apostolo triplex fuit iste funiculus: sed quia post buccellā introiuit in eū satanas: funiculus iste diruptus est. Porrò

Prou. 24. d

Psal. 143. a

Psal. 36. c
Pro. 16. b

Ioan. 13. c

Universidad de Granada Biblioteca

A quod ſuperius ait: Et quidem ſi dormiãt duo, etiam ca
4.Reg.4.f lor erit illis: & unus quomodo calefiet? De Heliſæo ſu-
mamus exẽplũ, quod & ipſe contraxerit ſe cũ puero & dormierit, & calefecerit corpuſculũ ipſius, & ita uiuifi-
cauerit reſurgentẽ. Niſi igitur nobiſcũ Chriſtus dormi
erit, & in morte quie
uerit, calorẽ æternæ
uitæ accipere non ua
lemus. a ¶ *Melior eſt puer, etc.*] Symma-
chus hunc locum ita
tranſtulit: Melior eſt
pauper cũ ſapientia,
rege ſene & inſipien
te, qui neſcit pręcaue
re uiciſſitudinẽ. Alter
enim exit de carcere
ad regnandum: alter
uero cũ eſſet rex na-
tus, pauperpate op-
preſſus eſt. Vidi om-
nes uiuẽtes, qui gra-
diũtur ſub ſole cum
adoleſcente ſecũdo,
qui ſurrexit pro eo.
Infinitus omnis po-
pulus qui fuit ante
utrũq; : & poſteri nõ
lætabũtur in eo. Sed
& hoc uana & paſtio
uẽti. Hebræus meus
cuius ſæpe facio men
tionem: cum Eccleſia
ſten mecum legeret,
B hæc Baruchiã, quem
unũ uel maxime ad-
mirantur, ſuper præ
ſenti loco tradidiſſe
teſtatus eſt, Melior
eſt interior homo, q̃
poſt quartumdecimũ pubertatis annum in nobis ex-
oritur, exteriore homine qui de matris aluo natus eſt,
qui neſcit recedere à uitio, & qui de domo uinctorũ de
utero uidelicet materno ad hoc exiuit, ut regnaret in
uitijs. Qui etiam in poſteritate ſua pauper effectus eſt,
mala omnia perpetrando. Vidi eos qui in priore ho-
mine uixerunt, & cum ſecundo homine poſtea uerſati
ſunt: eo uidelicet qui priore deceſſore generatus eſt: in
telleximq; omnes in homine priore peccaſſe, antequam
ſecundo naſcẽtes duo homines fierẽt. Quia uero ad me
liora cõuerſi, & poſt Y literã philoſophorũ ſiniſtro tra-
mite derelicto, ad dextrũ apicẽ cõtenderũt, & ſecundũ,
id eſt nouiſſimũ hominẽ ſunt ſecuti: nõ lętabunt in eo,
2.Teſ.2.c id eſt in priore. Hos duos homines & Apoſtolus cõte-
Leuit.17.c ſtat, et Leuiticus nõ tacet: Homo, homo ſi uoluerit illud
uel illud. Vir ſanctus Gregorius Ponti epiſc. Origenis
adiutor in Metaphraſi eccleſiaſtæ, ita hũc locum intelle
xit: Ego uero intelligo adoleſcentulũ pauperẽ & ſapiẽ-
tẽ, rege ſene meliorẽ & ſtulto: cui nunc̃ uenit in mentẽ,
q̃d poſſibile ſit quemc̃q; de his quos uinxerat ad regnũ
exire de carcere: & ſeipſum de iniqua deinceps poteſta
te ſua corruere. Euenit em̃ interdũ ut hi q̃ ſub adoleſcẽ-
tulo ſapiẽte fuerint, abſq; mœrore ſint: ita tm̃ ut ſub ſene
rege ante uerſati ſint. Qui em̃ poſtea nati ſunt: quia ma
la præterita neſcierũt: nec adoleſcẽtulũ laudare poſſunt
qui poſtea cõſurrexit, abducti opiniõe puerſa & impe
tu ſpiritus aduerſantis. Laodicenus interpres res mag
nas breui ſermõe exprimere cõtendẽs, more ſibi ſolito
etiã hic locutus eſt: De cõmutatiõe, inquiẽs, bonorũ in
malum, nũc eccleſiaſtæ ſermo eſt, inſipientẽ hominẽ conã C
tis exprimere: qui futura nõ cogitans, pręſentibus & ca
ducis quaſi magnis atq; perpetuis delectat. Et poſt di-
uerſa quæ ſolẽt hominibus accidere in uita ſua atq; mu
tari: quaſi generalẽ infert de morte ſententiam, quod in

Et quidẽ ſi dormient duo, etiã calor erit illis, & unus quomodo calefiet? Et ſi in ualuerit ſuper eum unus, duo ſtabũt aduerſus eũ. Et funiculus triplex non cito rumpitur. Meliõr eſt puer pauper & ſapiẽs, quàm rex ſenex & ſtultus qui neſcit prꝙuidere in poſterũ. Quoniam de domo uinctorũ egreditur ut regnet: quia etiam in regno eius natus eſt pauper. Vidi uniuerſos uiuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui cõſurget pro illo. Non eſt finis omni populo eius, uniuerſis qui fuerunt ante illos. Et quidem nouiſſimi non lætabuntur in eo: ſed & hoc uanitas, & prꝙſumptio ſpiritus, Cuſtodi pẽdem tuũ cum uadis

Et ſi dormierint duo foue buntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit prꝙuidere in poſterum. Quod de carcere, catenisq; interdũ quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia conſumatur. Vidi cunctos uiuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcẽte ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerunt ante eum & qui poſtea futuri ſunt non lætabũtur in eo. Sed & hoc uanitas & afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum ingrediens

numerabilis multitu
do intereat: & paula
tim cõſumatur & trã
ſeat, unoquoque in
ſuo loco alium relin
quẽte, & rurſum ſuc-
ceſſore moriẽte. Ori
genes & Victorinus
nõ multũ inter ſe di-
uerſa ſenſerunt, Poſt
generalem enim ſen
tentiã, quæ omnibus
patet: ut melior ſit a-
doleſcẽtulus pauper
& ſapiẽs, cꝙ rex ſenex
& inſipiẽs, quod fre-
quẽter euenit: ut ille
per ſapientiã ſuã etiã
de carcere regis egre
diẽs, imperet pro do
minatore peruerſo,
& rex inſipiẽs perdat
imperium quod deti
nebat: ſuper Chriſto
& diabolo hũc locũ
interpretati ſunt: qd'
puerum pauperẽ &
ſapientẽ, Chriſtũ ue-
lint intelligere. Pue-
rum, iuxta illud: Ma
gnum tibi eſt uocari
puerum meum. Pau
perẽ uero: quia pau-
per factus eſt, cum di
ues eſſet. Et ſapientẽ:
quia proficiebat ætate & ſapientia & gratia apud deum
& homines. Iſte natus eſt in regno ſenis. Et idcirco di-
cit: Si eſſet de hoc mũdo regnũ meũ, miniſtri utiq; mei
certarẽt pro me, ut nõ traderer Iudæis: Nunc aũt non
eſt de hoc mũdo regnum meũ. In illius itaq; ſtulti ſenis
regno: qui oſtẽdit ei omnia regna mũdi, & gloriã eius,
natus optimus puer de domo uinculatorũ: de quibus
Hieremias in lamentationibus loquiẽ: Vt humiliaret
ſub pedibus eius omnes uinctos terræ: Proceſſit ad re-
gnũ, & abijt in regionem longinquã: & contra eos qui
ſuper ſe regnare nolebant: poſt aliquantũ tẽporis rex
reuerſus eſt. Præſago itaq; ſpiritu, uidit Eccleſiaſtes om
nes uiuẽtes qui poſſunt adoleſcentis participes eſſe di
centis: Ego ſum uita, uetere ſtulto rege dimiſſo, Chri-
ſtum ſequi. Simulq; duo ex Iſrael populi ſignificantur.
Prior qui in aduentu domini fuerit, & poſterior qui
Antichriſtum pro Chriſto ſuſcepturus eſt: quod prior
non penitus ſit abiectus. Prima quippe eccleſia ex Iu-
dæis & apoſtolis congregata eſt, & in fine Iudæi qui An
tichriſtum pro Chriſto ſuſcepturi ſunt, non lætabũtur
in Chriſto. b ¶ *Cuſtodi pedem tuum, etc.*] Præcepta uitæ
dat, & non uult offendere euntes ad eccleſiam. Non em̃
ingredi in domum dei, ſed ſine offenſione ingredi lau
dis eſt. Etſi eſſet omnium qui ſunt in eccleſia dei audire
ſermonem: nunquàm addidiſſet, appropinqua ut au
dias. Denique Moyſes ſolus prope accedebat ad audiẽ
dum deum: cæteri non ualebant accedere. Quod ſtulti
neſcientes remedium eſſe peccati, æſtimant oblatione
munerum, deo ſatisfacere poſſe, & ignorãt hoc quoq;
malum

A malum eſſe atq; peccatum: non obedientia & operibus
1.Reg.15.c bonis, ſed donis & uictimis emendare uelle quod fece
Oſee 6.b rint. Huic congruit illud quod alibi dicitur: Obedien-
tia ſuper ſacrificium. Et: Miſericordiam uolo & non ſa-
crificium.

Cap. V.

Noli feſtinare in ore tuo, & cor tu um, etc.] Pleri-
que arbitrantur hoc in præſenti loco præ
cipi, ne coram deo fa
cile aliquid promitta
mus, & ſine conſide-
ratione uitiũ uouea-
mus ea quæ explere
non poſſumus. Ad-
eſſe quippe præſentẽ
deũ, & licet ille in cœ
lo, nos eſſe uidea-
mur in terra: tamẽ au
dire quæ loquimur:
& inſipientiã noſtrã
argui ex multiplica-
tione ſermonũ. Alij
uero melius intelli-
gentes, hoc præcipi
affirmant: ne aut lo-
quentes, aut cogitan
tes plus de deo cꝙ
poſſumus, opine-
mur: ſed ſciamus im
becillitatẽ noſtram,
quod quantũ diſtat
cœlũ à terra, tãtũ no-
ſtra opinatio à natu-
ra illius ſeparet: & id
circo debere uerba
noſtra eſſe modera-
ta. Sicut enim qui in
multis cogitationib.
eſt, ea ſomniat frequẽ
ter de quibus cogi-
tat: ita qui plura uo-
luerit de diuinitate
diſſerere, incidit in
ſtultitiã. Vel certe ſic:
Verba noſtra pauca
ideo eſſe debere: qd'
etiã ea quæ noſſe nos
arbitramur, per ſpe-
culum uidemus & in
1.Cor.13.c ænigmate, & uelut ſomniũ comprehendimus, qd' tene
re nos æſtimamus. Cumq; plura (ut uiſum nobis fue-
rit) dixerimus, finẽ diſputationis noſtrę eſſe ſtultitiam:
Ex multiloquio enim nos nõ effugere peccatũ. b ¶ *Cũ
uotum, etc.*] Simplex intelligentia interpretatione non
indiget. Melius eſt non promittere quàm promiſſa nõ
facere: quia diſpliceant deo, & inter inſipientes compu
tentur, qui uota non expleant. Quod autem ait: Nõ eſt
uoluntas in inſipientibus: ſubauditur, dei: iuxta illud
1.Cor.4.d Apoſtoli: Et utiq; non fuit uoluntas, ut nunc uenirem
Iud.2.4.b ad uos. Quod ſi uolumus & curioſius aliquid dicere,
præcipitur Chriſtiano, ut fidem opere compleat, & nõ
ſit ſimilis populo Iudæorum: qui ſpondentes atq; dicẽ
tes: Omnia quæcunq; dominus præcepit faciemus: ad
orauerunt idola. Et poſt uerberatos ſeruos & lapidi-
bus oppreſſos, nouiſſime ipſum quoq; patrisfamilias
filium trucidarunt. Melius eſt ergo ancipitem diu deli
berare ſententiam, quàm in uerbis facilẽ, in operibus

uadis in domum dei, & ap
propinqua ut audias. Su-
per donum enim inſipien
tiũ ſacrificium tuũ: quia ne
ſciunt quod faciũt malum.

Cap. V.

Noli feſtinarẽ in ore
tuo, & cor tuum nõ
feſtinet ad proferẽdũ uer-
bum in cõſpectu dei: quia
deus in cœlo, & tu ſup ter-
ram. Propter hoc ſint uer-
ba tua pauca, quia ueniet
ſomnium in multitudine
ſolicitudinis, et uox ſtulti in
multiplicatione ſermonũ.
Cum uõtum uoueris deo:
ne moreris reddere illud:
quia nõ eſt uoluntas in in-
ſipientibus. Quæcunq; uo
ueris, redde. Melius eſt nõ
uouere, q̃ uouere & non
reddere. Nõn des os tuum
ut peccare facias carnẽ tuã.
Et ne dixeris in conſpectu
angeli, quia ignorãtia eſt:
ne iraſcatur Deus ſuper
uocem tuam, & diſperdat
opera manuum tuarum.
Quia in multitudine ſo-
mniorum & uanitates, &
uerba plurima: Sed Deum
time.

grediens domũ dei, & ap-
propinqua ut audias. Mul
to em̃ melior eſt obedien-
tia, q̃ ſtultorũ uictimæ, qui
neſciunt quid faciũt mali.

Cap. V.

Ne temere q̃d loqua-
ris, neq; cor tuum ſit
uelox ad proferẽdũ ſermo
nẽ coram deo. Deus em̃ in
cœlo et tu ſuper terrã, idcir
co ſint pauci ſermones tui.
Multas curas ſequunt ſom
nia, & in multis ſermonib.
inuenietur ſtultitia. Si quid
uouiſti deo, ne moreris
reddere. Diſplicet enim ei
infidelis & ſtulta promiſſio.
Sed quodcunque uoueris
redde. Multoq; melius eſt
non uouere, q̃ poſt uotum
promiſſa nõ reddere. Ne
dederis os tuũ ut peccare
facias carnem tuã, neq; di-
cas coram angelo, non eſt
prouidẽtia: ne forte iratus
dominus cõtra ſermones
tuos, diſſipet cuncta opera
manuum tuarũ. Vbi mul-
ta ſunt ſomnia, plurimæ
ſunt uanitates, et ſermones
innumeri. Tu uero deum
time.

C
Luc.12.f

ſtatim perferũtur ad
dominũ. Et tu qui pu
tas ignorare deũ q̃d
pollicitus es, prouo-
cas eũ ad iracundiã,
ut omnia opera tua
diſſipẽtur. Sed in eo
quod ait: Vt peccare
facias carnem tuam,
non diligenter cuẽti
lãs: ita intellexit, qua
ſi dixiſſet: Nõ des os
tuum ut pecces. No-
bis uero alter ſenſus
uidetur, quod arguã
tur hi q de uitio car-
nis queruntur, & aiunt
ſe corporis neceſſita-
te compulſos ea face
re quæ nolint: ſecun-
dum illud Apoſtoli:
Non enim quod uo
lo: hoc ago: ſed quod
nolo, & cætera. Noli
itaq; (ait) uanas excu
ſationes quærere &
dare occaſionem car
ni tuæ ad peccandũ,
& dicere: Nõ ego pec
co, ſed quod habitat
in carne mea pecca-
tum. Deniq; in eo lo
co ubi ait: Ne dixeris
coram angelo: quia
ignorantia eſt: Aqui
la interpretãs uerbũ
Hebraicũ נִשְׁגָּה pro
ignorantia, ἀκούσιον
tranſtulit, id eſt non
ſpontaneũ. Si enim
(inquit) hoc dixeris,
deũ prouocas quaſi
autorem mali atque
peccati ut iratus ſit, et
ſi quid uideris boni
habere, auferat de

Rom.7.c

D

manib. tuis. Vel certe talia ſentientem tradat in repro-
bũ ſenſum, ut facias ea quæ non conueniunt. d ¶ *Quia
in multitudine ſomniorum & uanitates, & uerba plurima: ſed deum
time.*] Et hunc locum ita Hebræi ediſſerunt. Nec ſupe-
riora facias, de quibus iam dictum eſt: nec facile ſom-
nijs credas. Cum enim diuerſa uideris per nocturnam
quietem, & uarijs anima fuerit exagitata terroribus, ſi
ue incitata promiſſis: tu ea contemne quæ ſomnij ſunt:
Et ſolum deum time. Qui enim ſomnijs crediderit, ua
nitatibus ſe & ineptijs tradet. Aliter: Quia dixi ac
præcepi: Non des os tuum ut peccare facias carnem tu
am: & quæras uarias excuſationes, Hoc nunc infero
quoniam in ſomnio uitæ iſtius & in imagine umbræ
nubis qua uiuimus, multa poſſumus inuenire: quę nõ
bis ueriſimilia uideantur: & noſtra excuſare peccata.
Propterea admoneo, ut id ſolũ caueas: ne putes abſen-
tem deum, ſed eũ timeas, & ſcias cunctis operibus tuis
adeſſe præſentem: teq; liberi arbitrij cõditum nõ cogi,

A sed uelle quod facias. Luc.8.c

time. Si calúmniam paupe ris,& ruinam iudicij, & iniustitias uideris in regione, ne mireris super negocio: quia excelsus super excelsum custodit, & excelsior est super illos, & amplius terrę in omnibus est rex in agro culto. Qui diligit argentum nō implebitur argento, & qui diligit diuitias, non fruetur eis. Sed & hoc uanitas. In multitudine enim bonorum multi sunt qui comedunt ea, & quæ est fortitudo habenti illam, nisi ut uideat oculis suis? Dulcis somnus operāti, siue paululū, siue plus comederit. Et saturitas diuitis non sinit eum dormire. Est lāgŭor pessimus quem uidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidētis eas. Et perierūt diuitiæ illæ in distentiōe pessima. Et genuit filiū, & nō est in manu ei⁹ quicq̄. Sicut exiuit de utero matris suæ, nudus reuertetur: ut eat sicut uenit, & nihil accipit de labore suo, ut teneat in manu ipsius. Sed & hoc uanitas & languor pessimus: sicut enim aduenit, ita & abijt. Quæ abundantia eius qui in uentum laborat? Et quidem omnibus diebus suis in tenebris comedit, & luctu & iracundia multa, & languore, & insania. Ecce quod uidi ego bonū quod est optimum, comedere & bibere, & cernere iucunditatem in omi labore suo quo laborauit sub sole: numero dierū uitæ suæ, quos dedit ei deus: hæc quippe est pars eius. Sed & omnis homo cui dedit deus diuitias & substantiam: concessitq; ei, ut uescerētur ex eis, & tolleret de labore suo: hoc dei donum est. Non enim multum recordabit dierum uitæ suæ: quia deus occupat in læticia cor eius.

Cap. VI

EST & aliud malum quod uidi sub sole, & quidem frequēs apud homines. Vir cui dedit deus diuitias & substantiā & honorē, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderauit, & nō dedit ei deus potestatem, ut manducaret ex eo: sed uir alienus comedit illud. Hæc uanitas est, & languor pessimus. Si genuerit uir centum liberos, & annis multis uixerit, & plures fuerint dies annorū eius, & anima eius nō repleatur bonis: nec sepulchrū fuerit illi: dixi melius ab eo esse abortiuū. In uanitate enim ingressus est, & in tenebris abiit, & nomen eius obliuione delebitur. Sed & hoc non uidit sol, nec cognouit: hic requies est huic magis quam illi. Et si duobus milibus annis uixerit, & bona non uiderit: nonne ad unum locum festinat omnia? Omnis labor hominis in ore eius: & anima illius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper nouit nisi ut ambulet contra uitam? Melius est quod uidet oculus, quam quod cupiat anima: & hoc uanitas & cura spiritus. Quod futurum est, iam uocatum est nomine suo, & scitum est quod sit homo, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Multa uerba plurimum uanitatis sunt: quid ei prodest? Quis enim scit homini quid utile sit in uita sua, numero dierum uitæ peregrinationis suæ, quos facit eos quasi umbra? Aut quis indicabit homini quid post eum futurum sub sole sit?

Cap. VII

BONUM nomen melius est quam unguenta pretiosa: & dies mortis die natalitio. Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum hominum admonetur, & uiuens cogitat quæ futura sunt. Melior est ira risu: quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est: & cor stultorum ubi lætitia. Melius est a uiro sapiente corripi, audire, quam decipi adulantium stultorum laudibus. Sicut enim sonitus spinarum ardentium super ollam, ita risus stulti. Sed & hoc uanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Melior est finis orationis quam principium eius: melior est patiens arrogante. Ne festines in spiritu tuo ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: Quid putas causæ est, quod dies priores meliores fuerint quam nunc sunt? Stulte enim hoc non sapienter interrogas. Melior est sapientia cum possessione, & præstantior his qui uident solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: sed excellentia scientiæ hoc habet amplius, quod uitam tribuit possessori suo sapientia. Considera opus dei: quod nullus possit corrigere quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malum diei ne memineris: illud quoque contra hoc fecit deus, ut non inueniat homo contra quæ futura sunt. Omnia tempore uidi mea, & est iustus perdens iustitiam suam in iustitia sua, & impius multa bona possidens in malitia sua. Ne multum iustus sis, neque plus quam necesse est sapias, ne obstupescas. Ne impie agas multum, & noli esse stolidus: ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare iustum, & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet deum, nihil negligit horum. Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum: ne forte audias seruum tuum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis. Hæc omnia tentauit sapientia, dixit: Sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat. Quis inueniet eam? Ego circuiui & animo meo, ut scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius, uincula manus illius. Qui placet deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit ecclesiastes, unum & alterum, ut inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille unum inueni, mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, quod fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

Cap. VIII

QUIS talis ut sapiens? & quis cognouit solutionem uerbi? Sapientia hominis lucet in uultu eius, & potentia uultus eius mutabitur. Ego os regis obserua, & præceptum iuramenti dei. Ne festines recedere a facie eius, & ne stes in opere malo: omne enim quod uult faciet. Vbi sermo regis, ibi potestas: & quis dicet ei: Quare ita facis? Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali. Tempus & responsum cordis sapientis uidebit. Quia omni negocio tempus est & opportunitas, & multa hominis afflictio. Quia quod futurum est, nescit: & sicut nuntiabitur ei quando fiet, non est qui præsumat. Non habet potestatem spiritus in spiritu, ut prohibeat spiritum, & non habet potestatem in die mortis: & non est relaxatio in bello, nec saluabit impietas impium. Omnia hæc uidi, & dedi cor meum in cuncta opera quæ fiunt sub sole. Tempus quo dominatur homo homini in malum suum. Et sic uidi impios sepultos, qui & in loco sancto fuerant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum: sed & hoc uanitas. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore filij hominum perpetrant mala. Etenim peccator centies fecit malum, & per patientiam sustentatur ei: tamen & ego cognoui quod erit bonum timentibus deum, qui timent faciem eius. Et non erit bonum impio, nec prolongabit dies, & quasi umbra transeat qui non timet faciem dei. Est uanitas quæ fit super terram, sunt iusti quibus mala proueniunt quasi opera impiorum: & sunt impij qui sic requiescunt quasi iustorum facta gerentes. Et hoc uanitas. Laudauit autem ego lætitiam, quia non est homini bonum sub sole nisi comedere & bibere, & lætari, & hoc solum secum auferre de labore suo in numero dierum uitæ suæ, quos dedit ei deus. Et dedi cor meum ut scirem sapientiam, & uiderem distentionem quæ uersatur super terram: sunt enim qui diebus ac noctibus somnum capere non possunt. Et uidi omnia opera dei, quod nullus possit inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit homo quærens, tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Cuncta hæc uidi, & dedi cor meum ad omnia hæc, ut perscrutarer: quia iustorum & sapientium opera in manu dei sunt, & nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & sacrificia contemnenti. Sicut bonus ita & peccator est, iuranti similis ac timenti iusiurandum. Hoc malum inter omnia quæ sub sole fiunt, quod uniuersis eadem sors tribuatur. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptus in cordibus eorum, dum uiuunt: & post hæc ad inferos deducuntur. Nemo enim habet fiduciam uitæ, quia & canis uiuus melior est leone mortuo. Viuentes enim sciunt se morituros: mortui autem nihil nouerunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia oblitus est memoriæ eorum. Amor eorum simul & odium & inuidia perierunt, nec habent partem in hoc sæculo & in opere quod operatur sub sole. Vade ergo, comede panem tuum cum gaudio, & bibe uinum cum leticia cordis tui, quia deo placent opera tua. Omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere uita cum uxore quam dilexisti cunctis diebus uitæ uanitatis tuæ, quæ data est tibi sub sole cunctis diebus uanitatis tuæ, & in omni labore tuo quo laboras sub sole. Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Conuersus uidi sub sole nec uelocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec prudentium diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, ita capiuntur homines in tempore malo, cum eis subito ingruerit. Hanc quoque sapientiam uidi sub sole, & probauit mihi maximam: ciuitas parua & pauci in ea homines, uenit contra eam rex magnus, & uallauit eam, exstruxitq; munitiones per gyrum, & completus est obsidione. Inuentusq; est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit ciuitatem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dixi ego: Melior est sapientia fortitudine: sapientia autem pauperis abiecta est, & uerba illius non audiuntur. Verba sapientium audita sunt in silentio, plus quam clamor principis inter stultos clamantis. Melior est sapientia cunctis armis bellicis: & qui unum malum perdiderit, multa bona perdet.

Cap. IX

MORIENTES perdunt muscæ graues suauitatem unguenti: sic parua & breuis stultitia pretiosum honorem sapientiæ & gloriam. Cor sapientis ubi abscondita sunt, & cor stulti ubi patent. Et in uia stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos arbitratur. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Est malum quod uidi sub sole, quasi per errorem egressum a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. Qui fodit foueam incidet in eam, & sepem dirumpet coluber. Qui transfert lapides laborabit in eis, & qui scindit ligna uulnerabitur ab eis. Si ferrum hebetatum fuerit, & hoc non ipse rursum limauerit, maiori conatu instabit: sapientia autem habet hoc amplius, ut dirigat. Si mordeat coluber in silentio, nihil eo amplius habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia, & labia insipientis deuorabunt eum. Initium uerborum oris eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus uerba multiplicat. Nescit homo quid futurum sit, & quis ei nuntiare poterit quæ post eum futura sunt? Labor stultorum affliget eos, qui nescit ire ad ciuitatem. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & principes tui mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est, & principes tui cibum sumunt in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. In multa ignauia humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum stillabit domus. Ad risum fit panis, & uinum lætificat uitam, & pecunia obedit omnibus. In conscientia tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt uocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sermonem. Mitte panem tuum super faciem aquarum, quia post dies plurimos inuenies illum. Da partem septem necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit super terram. Si repleta fuerint nubes imbre, super terram effundent: & si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in loco in quo ceciderit ibi erit. Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet. Sicut ignoras quæ sit uia spiritus, & quomodo compingantur ossa in uentre prægnantis, ita nescis opera dei quæ fabricator omnium facit. Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud, & si utrumque simul melius erit. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere solem. Si enim annos multos uixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, memorari debet tenebrarum & dierum multorum: quæ cum uenerint uanitas erunt. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uiis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro omnibus his adducat te deus in iudicium. Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua: adolescentia enim & uoluptas uana sunt.

Cap. X

MEMENTO creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, & appropinquent dies de quibus dicas: Non mihi placent. Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam. In die quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri fortes, & otiabuntur molentes in minuto numero, & tenebrescent uidentes per foramina, & claudent ostia in platea, in humiliatione uocis molentis, & consurget ad uocem uolucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis, & excelsa formidabunt, & pauores in uia, & florebit amygdalus, & impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quia ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat gutta hydriæ super fontem, & conteratur rota cisternæ, & reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes, omnia uanitas. Cum autem esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & narrauit quæ cogitauerat, & exposuit per parabolas multas. Quæsiuit ecclesiastes uerba utilia, & conscripsit sermones rectissime ueritatis. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno. Amplius autem his, fili mi, ne requiras: faciendi plurimorum librorum nullus est finis, frequens meditatio carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus: deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, ssiue bonum illud sit siue malum.

Cap. XI

MITTE panem tuum super faciem aquarum, quia post dies plurimos inuenies illum. Da partem septem necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit super terram. Si repleta fuerint nubes imbre, super terram effundent: & si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in loco in quo ceciderit ibi erit. Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet. Sicut ignoras quæ sit uia spiritus, & quomodo compingantur ossa in uentre prægnantis, ita nescis opera dei quæ fabricator omnium facit. Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud, & si utrumque simul melius erit. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere solem. Si enim annos multos uixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, memorari debet tenebrarum & dierum multorum: quæ cum uenerint uanitas erunt. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uiis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro omnibus his adducat te deus in iudicium. Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua: adolescentia enim & uoluptas uana sunt.

Cap. XII

MEMENTO creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, & appropinquent dies de quibus dicas: Non mihi placent. Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam. In die quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri fortes, & otiabuntur molentes in minuto numero, & tenebrescent uidentes per foramina, & claudent ostia in platea, in humiliatione uocis molentis, & consurget ad uocem uolucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis, & excelsa formidabunt, & pauores in uia, & florebit amygdalus, & impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quia ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat gutta hydriæ super fontem, & conteratur rota cisternæ, & reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes, omnia uanitas. Cum autem esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & narrauit quæ cogitauerat, & exposuit per parabolas multas. Quæsiuit ecclesiastes uerba utilia, & conscripsit sermones rectissime ueritatis. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno. Amplius autem his, fili mi, ne requiras: faciendi plurimorum librorum nullus est finis, frequens meditatio carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus: deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, ssiue bonum illud sit siue malum.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis cā eius quæ habet uirum. Sic quidi uadunt in uentum, & nihil laborantes doctrinæ suæ secū ferent: Quia defecerunt scrutantes scrutinio: & feruntur omni uēto doctrinæ nec habent lucem, sed in tenebris sua comedūt sacramenta, semper in infirmitate, semper in iracundia sunt: thesaurizantes sibi iram in die iræ: nec habentes propicium deum. a ¶ *Ecce quod uidi, etc.*] Ad comparationē eius qui opib. suis incurarū tenebris uescitur: & cū grandi uitæ tædio peritura comportat: melioré dicit esse eum qui præsentibus fruitur. Hic ēm uel parua uoluptas est in fruēdo: ibi uero solicitudinū tantummodo magnitudo. Et reddit causas, quare dei donū sit frui posse diuitijs. Quoniam nō multū recordabitur dierum uitæ suæ. Auocat quippe eum deus in lęticia cordis sui: non erit in tristitia, non in cogitatione uexabitur, adductus lætitia & uoluptate præsenti. Sed melius est iuxta Apostolum, spirituale escam, & spiritualem potum à deo datum intelligi: & uidere bonitatē in omni labore suo: quia ingenti labore & studio uera possumus contemplari bona. Et hæc pars nostra: ut in nostro studio & labore lætemur. Quod licet bonum sit, tamen donec Christus manifestetur uita nostra, nec dum plene bonū est. Et ideo non multum recordabit deus dierum uitæ nostræ. Notandum quoq; quod hic περισσως in meliori parte accipitur pro occupatione spiritualis ueræq; lætitiæ.

Psal. 63.b

B

1.Cor. 10.d

utero matris suæ, nudus reuertetur: ut eat sicut uenit, & nihil accipit de labore suo, ut teneat in manu ipsius. Sed & hoc uanitas & languor pessimus: sicut enim aduenit, ita & abijt. Quæ abundantia eius qui in uentum laborat? Et quidem omnibus diebus suis in tenebris comedit, & luctu & iracundia multa, & languore, & insania. Ecce quod uidi ego bonū quod est optimum, comedere & bibere, & cernere iucunditatem in omi labore suo quo laborauit sub sole: numero dierū uitæ suæ, quos dedit ei deus: hæc quippe est pars eius. Sed & omnis homo cui dedit deus diuitias & substantiam: concessitq; ei, ut uescerētur ex eis, & tolleret de labore suo: hoc dei donum est. Non enim multum recordabit dierum uitæ suæ: quia deus occupat in læticia cor eius.

Cap. VI

EST & aliud malum quod uidi sub sole, & frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias, & substantiam, & gloriam, & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderauit, & nō dedit ei deus potestatem, ut manducaret ex eo: sed uir alienus comedit illud. Hæc uanitas est, & languor pessimus. Si genuerit uir centum liberos, & annis multis uixerit, & plures fuerint dies annorū eius, & anima eius nō repleatur bonis: nec sepulchrū fuerit illi: dixi melius ab eo esse abortiuū. In uanitate enim ingressus est, & in tenebris abiit, & nomen eius obliuione delebitur. Sed & hoc non uidit sol, nec cognouit: hic requies est huic magis quam illi. Et si duobus milibus annis uixerit, & bona non uiderit: nonne ad unum locum festinat omnia? Omnis labor hominis in ore eius: & anima illius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper nouit nisi ut ambulet contra uitam? Melius est quod uidet oculus, quam quod cupiat anima: & hoc uanitas & cura spiritus. Quod futurum est, iam uocatum est nomine suo, & scitum est quod sit homo, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Multa uerba plurimum uanitatis sunt: quid ei prodest? Quis enim scit homini quid utile sit in uita sua, numero dierum uitæ peregrinationis suæ, quos facit eos quasi umbra? Aut quis indicabit homini quid post eum futurum sub sole sit?

Cap. VII

BONUM nomen melius est quam unguenta pretiosa: & dies mortis die natalitio. Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum hominum admonetur, & uiuens cogitat quæ futura sunt. Melior est ira risu: quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est: & cor stultorum ubi lætitia. Melius est a uiro sapiente corripi, audire, quam decipi adulantium stultorum laudibus. Sicut enim sonitus spinarum ardentium super ollam, ita risus stulti. Sed & hoc uanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Melior est finis orationis quam principium eius: melior est patiens arrogante. Ne festines in spiritu tuo ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: Quid putas causæ est, quod dies priores meliores fuerint quam nunc sunt? Stulte enim hoc non sapienter interrogas. Melior est sapientia cum possessione, & præstantior his qui uident solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: sed excellentia scientiæ hoc habet amplius, quod uitam tribuit possessori suo sapientia. Considera opus dei: quod nullus possit corrigere quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malum diei ne memineris: illud quoque contra hoc fecit deus, ut non inueniat homo contra quæ futura sunt. Omnia tempore uidi mea, & est iustus perdens iustitiam suam in iustitia sua, & impius multa bona possidens in malitia sua. Ne multum iustus sis, neque plus quam necesse est sapias, ne obstupescas. Ne impie agas multum, & noli esse stolidus: ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare iustum, & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet deum, nihil negligit horum. Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum: ne forte audias seruum tuum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis. Hæc omnia tentauit sapientia, dixit: Sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat. Quis inueniet eam? Ego circuiui & animo meo, ut scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius, uincula manus illius. Qui placet deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit ecclesiastes, unum & alterum, ut inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille unum inueni, mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, quod fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

Cap. VIII

QUIS talis ut sapiens? & quis cognouit solutionem uerbi? Sapientia hominis lucet in uultu eius, & potentia uultus eius mutabitur. Ego os regis obserua, & præceptum iuramenti dei. Ne festines recedere a facie eius, & ne stes in opere malo: omne enim quod uult faciet. Vbi sermo regis, ibi potestas: & quis dicet ei: Quare ita facis? Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali. Tempus & responsum cordis sapientis uidebit. Quia omni negocio tempus est & opportunitas, & multa hominis afflictio. Quia quod futurum est, nescit: & sicut nuntiabitur ei quando fiet, non est qui præsumat. Non habet potestatem spiritus in spiritu, ut prohibeat spiritum, & non habet potestatem in die mortis: & non est relaxatio in bello, nec saluabit impietas impium. Omnia hæc uidi, & dedi cor meum in cuncta opera quæ fiunt sub sole. Tempus quo dominatur homo homini in malum suum. Et sic uidi impios sepultos, qui & in loco sancto fuerant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum: sed & hoc uanitas. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore filij hominum perpetrant mala. Etenim peccator centies fecit malum, & per patientiam sustentatur ei: tamen & ego cognoui quod erit bonum timentibus deum, qui timent faciem eius. Et non erit bonum impio, nec prolongabit dies, & quasi umbra transeat qui non timet faciem dei. Est uanitas quæ fit super terram, sunt iusti quibus mala proueniunt quasi opera impiorum: & sunt impij qui sic requiescunt quasi iustorum facta gerentes. Et hoc uanitas. Laudauit autem ego lætitiam, quia non est homini bonum sub sole nisi comedere & bibere, & lætari, & hoc solum secum auferre de labore suo in numero dierum uitæ suæ, quos dedit ei deus. Et dedi cor meum ut scirem sapientiam, & uiderem distentionem quæ uersatur super terram: sunt enim qui diebus ac noctibus somnum capere non possunt. Et uidi omnia opera dei, quod nullus possit inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit homo quærens, tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Cuncta hæc uidi, & dedi cor meum ad omnia hæc, ut perscrutarer: quia iustorum & sapientium opera in manu dei sunt, & nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & sacrificia contemnenti. Sicut bonus ita & peccator est, iuranti similis ac timenti iusiurandum. Hoc malum inter omnia quæ sub sole fiunt, quod uniuersis eadem sors tribuatur. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptus in cordibus eorum, dum uiuunt: & post hæc ad inferos deducuntur. Nemo enim habet fiduciam uitæ, quia & canis uiuus melior est leone mortuo. Viuentes enim sciunt se morituros: mortui autem nihil nouerunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia oblitus est memoriæ eorum. Amor eorum simul & odium & inuidia perierunt, nec habent partem in hoc sæculo & in opere quod operatur sub sole. Vade ergo, comede panem tuum cum gaudio, & bibe uinum cum leticia cordis tui, quia deo placent opera tua. Omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere uita cum uxore quam dilexisti cunctis diebus uitæ uanitatis tuæ, quæ data est tibi sub sole cunctis diebus uanitatis tuæ, & in omni labore tuo quo laboras sub sole. Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Conuersus uidi sub sole nec uelocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec prudentium diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, ita capiuntur homines in tempore malo, cum eis subito ingruerit. Hanc quoque sapientiam uidi sub sole, & probauit mihi maximam: ciuitas parua & pauci in ea homines, uenit contra eam rex magnus, & uallauit eam, exstruxitq; munitiones per gyrum, & completus est obsidione. Inuentusq; est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit ciuitatem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dixi ego: Melior est sapientia fortitudine: sapientia autem pauperis abiecta est, & uerba illius non audiuntur. Verba sapientium audita sunt in silentio, plus quam clamor principis inter stultos clamantis. Melior est sapientia cunctis armis bellicis: & qui unum malum perdiderit, multa bona perdet.

Cap. IX

MORIENTES perdunt muscæ graues suauitatem unguenti: sic parua & breuis stultitia pretiosum honorem sapientiæ & gloriam. Cor sapientis ubi abscondita sunt, & cor stulti ubi patent. Et in uia stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos arbitratur. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Est malum quod uidi sub sole, quasi per errorem egressum a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. Qui fodit foueam incidet in eam, & sepem dirumpet coluber. Qui transfert lapides laborabit in eis, & qui scindit ligna uulnerabitur ab eis. Si ferrum hebetatum fuerit, & hoc non ipse rursum limauerit, maiori conatu instabit: sapientia autem habet hoc amplius, ut dirigat. Si mordeat coluber in silentio, nihil eo amplius habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia, & labia insipientis deuorabunt eum. Initium uerborum oris eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus uerba multiplicat. Nescit homo quid futurum sit, & quis ei nuntiare poterit quæ post eum futura sunt? Labor stultorum affliget eos, qui nescit ire ad ciuitatem. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & principes tui mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est, & principes tui cibum sumunt in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. In multa ignauia humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum stillabit domus. Ad risum fit panis, & uinum lætificat uitam, & pecunia obedit omnibus. In conscientia tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt uocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sermonem. Mitte panem tuum super faciem aquarum, quia post dies plurimos inuenies illum. Da partem septem necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit super terram. Si repleta fuerint nubes imbre, super terram effundent: & si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in loco in quo ceciderit ibi erit. Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet. Sicut ignoras quæ sit uia spiritus, & quomodo compingantur ossa in uentre prægnantis, ita nescis opera dei quæ fabricator omnium facit. Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud, & si utrumque simul melius erit. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere solem. Si enim annos multos uixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, memorari debet tenebrarum & dierum multorum: quæ cum uenerint uanitas erunt. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uiis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro omnibus his adducat te deus in iudicium. Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua: adolescentia enim & uoluptas uana sunt.

Cap. X

MEMENTO creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, & appropinquent dies de quibus dicas: Non mihi placent. Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam. In die quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri fortes, & otiabuntur molentes in minuto numero, & tenebrescent uidentes per foramina, & claudent ostia in platea, in humiliatione uocis molentis, & consurget ad uocem uolucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis, & excelsa formidabunt, & pauores in uia, & florebit amygdalus, & impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quia ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat gutta hydriæ super fontem, & conteratur rota cisternæ, & reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes, omnia uanitas. Cum autem esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & narrauit quæ cogitauerat, & exposuit per parabolas multas. Quæsiuit ecclesiastes uerba utilia, & conscripsit sermones rectissime ueritatis. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno. Amplius autem his, fili mi, ne requiras: faciendi plurimorum librorum nullus est finis, frequens meditatio carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus: deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, ssiue bonum illud sit siue malum.

Cap. XI

MITTE panem tuum super faciem aquarum, quia post dies plurimos inuenies illum. Da partem septem necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit super terram. Si repleta fuerint nubes imbre, super terram effundent: & si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in loco in quo ceciderit ibi erit. Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet. Sicut ignoras quæ sit uia spiritus, & quomodo compingantur ossa in uentre prægnantis, ita nescis opera dei quæ fabricator omnium facit. Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud, & si utrumque simul melius erit. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere solem. Si enim annos multos uixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, memorari debet tenebrarum & dierum multorum: quæ cum uenerint uanitas erunt. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uiis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro omnibus his adducat te deus in iudicium. Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua: adolescentia enim & uoluptas uana sunt.

Cap. XII

MEMENTO creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, & appropinquent dies de quibus dicas: Non mihi placent. Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam. In die quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri fortes, & otiabuntur molentes in minuto numero, & tenebrescent uidentes per foramina, & claudent ostia in platea, in humiliatione uocis molentis, & consurget ad uocem uolucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis, & excelsa formidabunt, & pauores in uia, & florebit amygdalus, & impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quia ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat gutta hydriæ super fontem, & conteratur rota cisternæ, & reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes, omnia uanitas. Cum autem esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & narrauit quæ cogitauerat, & exposuit per parabolas multas. Quæsiuit ecclesiastes uerba utilia, & conscrips

A chel iudicium dei. Quod autem in medio ait. Equidem sepulchrũ non fuit ei: siue hoc significat, quod diues ille de sua morte non cogitet: & cum omnia possideat, etiam in extructione sepulchri auarus sit. Siue quod sæpe propter istas diuitias occisus insidijs, insepultus abiciat. Siue quod melius puto, nihil boni facti & honoris egerit, ex quo sibi queat apud posteros memoriã comparare, & non uitã silentio transire uelut pecudes, cũ habuerit materiam, per quã potuerit apparere quod uixerit. *a* ¶ *Omnis labor hominis in ore ipsius, etc.*] Omne quod laborant homines in hoc mundo, ore consumitur, & atritũ dentib. uentri tradit dirigẽdum. Cumq; paululum gulam delectauerit, tandiu uidetur tribuere uoluptatẽ, quamdiu gutture continet. Cũ uero in aluũ transierit, desinit inter cibos esse distantia. Et post hæc omnia non impletur anima comedentis: siue quod rursum desideret, quod comedit: & tam sapiens quàm stultus absque cibo nequeat uiuere, & pauper nihil aliud quærat, nisi quod possit organũ sui corporis sustentare, nec interire inedia. Siue quod nullã utilitatẽ anima ex refectiõe corpusculi capiat: & cibus tam sapienti quàm stulto communis sit: & illuc uadat pauper ubi opes esse perspexerit. Melius est autem hoc intelligi de ecclesiastico uiro, qui in scripturis cœlestibus eruditus, omnem laborem habet in ore suo, & anima eius non impletur, dum semper cupit discere. Et in eo plus habet sapiens quàm insipiens: quia cum pauperem esse se sentiat: pauperem autem illum qui in euangelio beatus dicitur: properat ad ea comprehendenda quæ uitæ sunt, & ambulat arctam & angustam uiam quæ ducit ad uitam, & pauper est à malis operibus, & scit ubi Christus qui uita est, commoretur. *b* ¶ *Melior est aspectus oculorum super ambulantem in anima. Sed & hoc, etc.*] Dilucide hoc interpretatus est Symmachus dicens: Melius est prouidere, quàm ambulare ut libet, id est melius est iuxta sensum cuncta agere, qui animæ est oculus, quàm uoluntatem cordis sequi. Hoc est enim ambulare in anima, sicut Ezechiel ait: Qui ambulant in uoluntate cordis sui. Vel certe superbum & sibi placentem arguit, & meliorem dicit esse eum qui cũcta prouideat, quàm illum cui nihil placet nisi quod ipse fecerit: quo nihil est deterius, & omni uento inanius. Rursum & hic præsumptionem spiritus, In uanitate quippe uenit & in tenebris uadit: & in tenebris nomen eius abscondetur. Et quidem solem non uidit, nec cognouit: tre quies huic magis quam illi. Et si uixerit mille annos duplices, & bonitatem nõ uidit: nonne ad locum unum omnia properant? Omnis lãbor hominis in ore ipsius: & quidem anima eius non implebitur. Quid enim amplius sapienti à stulto: quid pauperi, nisi scire ut uadat contra uitam. Mẽlior est aspectus oculorum super ambulantem in anima. Sed & hoc uanitas & præsumptio spiritus. Qũid est quod futurum est: iam uocatum est nomen eius & cognitum: quia homo est, & non poterit iudicari cum fortiore se. Quia sunt uerba multa multiplicantia uanitatem. Quid plus homini? Quis enim cognouit quid sit bonum homini in uita? numerum dierum uitæ uanitatis eius, & faciet ea quasi umbram: quia quis annunciabit homini quid sit post eum sub sole?

Cap. VII

Bonum

Fruſtra enim uenit & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Nõ uidit solẽ neq; cognouit distãtiam boni & mali, etiã si duobus milibus annis uixerit, & nõ fuerit perfruitus bonis. Nonne ad unum locũ properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebit bonis. Quid habet amplius sapiẽs à stulto, & quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est uita. Melius est uidere quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Sed & hoc uanitas est, & præsumptio spiritus. Qui futurus est, iam uocatum est nomen eius, & scitur quod homo sit, & non possit contra fortiorẽ se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multãq; in disputãdo habentia uanitatẽ.

Cap. VII

Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in uita sua, & numero dierum peregrinationis suæ, & tẽpore quod uelut umbra præterit? Aut qs ei poterit indicare, quid post eum futurum sub sole sit? Melius quare ita uel ita factus sit. Quanto enim amplius quæsierimus, tanto magis ostendi uanitatem nostram & uerba superflua, & non ex præscientia dei liberum tolli arbitrium: sed causas ante præcedere, quare unũquodque sic factum sit. *d* ¶ *Quia sunt uerba multa multiplicantia uanitatem. Quid plus homini? etc.*] Cum (inquit) ignoret hõmo de statu suo, & quæcunq; uidetur scire & cernere: non ut se rei habet ueritas, sed per speculum, & umbrã, & imaginem uideat: nec futura cognoscat, & per multiloquium non effugiat peccatum: silentium ponat ori suo, & credat eum uenisse qui scriptus est: quomodo, & quantus, & qualis uenerit, non requirens.

CAPVT VII

Bonum

Aquila & Theodotio, passionẽ uenti interpretati sunt. Symmachus uero afflictionem spiritus. Porro sciendum est, quod apud Hebræos, & spiritus, & uentus similiter appellentur, id est רוח. *c* ¶ *Quid est quod futurum est, iam uocatum est nomen, etc.*] Aperte de saluatoris prædicatur aduentu: quod qui futurus est, antequam in corpore cerneretur, iam uocatum est in scripturis nomen eius, & cognitum prophetis & sanctis dei, quia homo sit, & iuxta hoc quod homo est, non possit se cõferre cum patre & in euangelio dicat: Qui me misit, maior me est. Vnde & in consequentibus præcipitur: ne ultra quàm de eo nobis scriptum est, requiramus, ne uelit homo plus scire quàm scriptura testata est scire. Cum enim de statu nostro ignoremus, & uita nostra quasi umbra transeat: & futura incerta sint: non nobis expedit ut maiora, quàm possumus, inquiramus. Nonnulli illud in hoc loco significari putant quod omniũ qui futuri sunt, & hominũ corpore circundandi, iam deus uocabulum nouerit: nec possit homo respondere contra artificem suũ,

A Bonum est nomen, etc.] Considera, inquit, ô homo dies tuos breues, & quia cito esse soluta carne cessabis, fac tibi famam longiorem: ut quomodo unguentum nares odore delectat: sic ad tuũ uocabulũ cuncta prosperitas delectet. Quod perspicue interpretatus est Symmach. dicens: Melius est nomen bonũ, quàm unguentũ bene olẽs. Siquidem moris est Hebræorũ unguentũ bonum oleum nũcupare. Qđ autẽ ait: Et dies mortis super diem natiuitatis eius: uel hoc ostẽdit, melius esse exire de seculo, & carere tribulationib. atq; in certo uitæ statu, cũ ingredientem mũdum hæc omnia sustinere. Vel certe qđ in morte quales simus notũ sit: In exordio uero nascendi qui futuri simus, ignoretur. Aut quod natiuitas alliget corpore, libertatẽ animę mors resoluat. *b* ¶ *Melius est ire, etc.*] Vtilius est ad exequias funeris, quàm ad domum ire conuiuij: quia ibi recordatione cõditionis nostræ & fragilitatis humanæ, ex præsenti cadauere commonemur. In conuiuij autẽ lætitia, etiã si quid timoris habere uidebamur, amittimus. Nouissimum uersum apertius interpretatus est Symmachus dicens: Et qui uiuit, respiciat ad mentem. Ex quibus approbatur in eo quod superius cibum & potum uisus est approbare, non eum uoluptatem rebus præferre cunctis, ut plerique male æstimant: sed ad comparationem auaritiæ & nimiæ parcitatis, licet breue sit plus esse, si uel ad momentum quis suis opibus perfruatur. Nunquam enim tristitiam luctus, festiuitati conuiuij prætulisset: si bibere & uesci alicuius putasset esse momenti. *c* ¶ *Melior est ira quàm risus etc.*] Risus dissoluit sapientem: ira corripit & emendat. Irascamur & nobis, si quando peccamus, irascamur & alijs. Per tristitiam quippe uultus, melior fiet animus: ut interpretatus est Symmachus. Et idcirco: Væ nunc ridentibus, quoniam ipsi lugebunt. *d* ¶ *Cor sapientis in domo luctus, & cor insipientis in domo lætitiæ, etc.*] Beati (inquit saluator) lugentes: quoniam ipsi consolabuntur. Lugebat & Samuel regem Saulem omnibus diebus uitæ suæ. Et Paulus super eos qui post peccata uaria non luerant agere pœnitentiam, lugere se dicit. Cor igitur sapientis uadat ad domum talis uiri qui se corripiat delinquentem: ut adducat ad lachrymas, qui prouocet propria lugere peccata, & non eat ad domum lætitiæ, ubi doctor adulatur & decipit: ubi non conuersionem audientium sed & plausus quærit & laudem. Talis præceptor plangitur: diues in sermone, non diues in opere: qui quia saturatus est: propterea recipit consolationem suam. Denique huic expositoni etiam sequentes uersiculi concordant. Ait enim: *e* ¶ *Melius est audire increpationẽ sapientis super uirum, etc.*] Melius est enim à sapiente corripi quàm per adulationem decipi blãdientis. Cui simile est illud: Meliora sunt uulnera amici quàm fraudulenta oscula inimici. Sicut enim uox spinarum sub olla ardentium, strepitum insuauem reddit: ita & suauia palpãtis magistri uerba non proderunt: uelut ad curas seculi, quæ spinæ interpretantur, auditores suos cohortantis, uel futuro eos incẽdio præparantis. Symmachus, p eo quod nos posuimus: quia sicut uox spinarum sub olla, sic risus stulti: hunc sensum interpretans quem supra disseruimus, ait: Per uocem imperitorum uinculis quispiam colligatur, hoc est, ad uocem talium præceptorum magis auditor innectitur, dum uinculis peccatorum suorum unusquisq; constringitur: *f* ¶ *Calumnia cõturbat sapientem, & perdit cor fortitudinis eius.*] Nunc sapientem in profectu positum accipe, secundum illud: Argue sapientem, & diligit te. Sapiẽs quippe perfectus, nulla ar-

Melius est nomẽ bonum, quàm unguenta preciosa, & dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domũ luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorũ admonetur hominũ, & uiuẽs cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu, quia per tristiciam uultus corrigit animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristicia est, & cor stultorum ubi lætitia. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi, quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Sed hoc uanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis eius. Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogãte. Ne sis uelox ad iragutione indiget: nulla calumnia conturbatur. Vtamur hoc uersiculo, si quando iustum uirum atque sapientem uidemus calumniam sustinere, & turbari de iniquitate iudicij, nec deum statim subuenire præsentem. Pro eo uero quod Septuaginta & Aquila, & Theodotio interpretati sunt: perdit cor εὐψυχίας αὐτοῦ, id est fortitudinis, siue uigoris eius: Symmachus ait: & perdit מתנה id est, donum: tam uerbum Hebraicum, quàm interpretationem eius copulans: & faciens illum sensum, qui alibi scriptus est: Excæcant munera etiam sapientium oculos. *g* ¶ *Melius est nouissimum sermonis, quàm principium eius.*] Meliores sunt in dicendo epilogi, quàm exordium. In his enim dicentis solicitudo finitur, in illo incipit. Vel certe sic: Qui incipit audire sermonem & ad præceptorem uadit, in principio est: qui uero extrema audit, consummatus est atq; perfectus. Sed & hoc modo intelligi potest: Dum in isto seculo sumus, quod scimus, omne principium est: cum autem uenerit quod perfectum est, in nouissimis & consummatis erimus. Hebræus ita hunc locũ cum sequenti uersiculo disseruit. Melius est te finem considerare negocij, quàm principium & patientem esse, quàm impatientiæ furore raptari. Discimus itaq; ex hac sententiola, nullam in hominibus esse sapientiam: cum melius sit tacere quàm proloqui, & quia cum finita fuerit oratio, intra semetipsum recogitat auditor quid sit dictũ, cum autem cœperimus loqui, nec dum quid utilitatis accepit. *b* ¶ *Melior est patiens super excelsum spiritu.*] Quia superius

Prou. 27.a

Prou. 9.b

1.Cor. 13.c

Luc. 6.g

Matt. 5.d

2.Cor. 7.c 2.Cor. 12.g

A peritus iram concesserat dicens: Melior est ira quàm risus: ne putaremus iram quæ in passione est laudari: nunc præcipit iram penitus esse tollendam. Ibi enim pro correctione in peccantes, & eruditione in minores iram posuit, hic uero impatientiam refrenauit. Patientia autem non solum in angustijs, sed & in lætioribus necessaria est: ne plus quàm conuenit exaltemur. Videtur mihi & qui nũc excelsus appellat spiritu, in euãgelio pauperi spiritu esse contrarius, qui in beatitudine ponitur. a

¶ *Ne festines in spiritu tuo ut irascaris: quia ira in sinu etc.*] Non quod concedat tardius irascendum: idcirco nunc dicit: Ne festines in spiritu tuo irasci: sed qđ cum furens & recens fuerit ira dilata, facilius sedatã possit auferre. Et quia ira semper iuncta superbiæ, desiderat ultionem, meliorem supra patientiam dixit esse ꝯ cum qui excelsus est spiritu, & nunc signũ insipientiæ dedit: quia

B quamuis aliquis potens existimetur & sapiens: si iracundus sit, insipiens arguitur. Ira quippe in sinu stultorum requiescit. b ¶ *Ne dixeris, quid, etc.*] Ne uetus seculum præsenti præferas: quia unus utriusq; est conditor deus: uirtutes, bonos dies uiuẽti faciũt: uitia, malos. Ne dicas ergo meliores fuisse dies sub Moyse & sub Christo quàm modo sunt. Nam & illo tempore plures fuerunt increduli, & dies eorum mali facti sunt, & nũc cre-

Ioan. 20.g dentes multi reperiuntur: de quibus ait saluator: Beatiores sunt qui me non uiderunt & crediderunt. Aliter: Sic debes uiuere, ut semper præsentes dies meliores tibi sint, quàm præteriti: ne cum paulatim decrescere cœperis, dicatur tibi: Currebatis bene, quis uos impedi-

Gal. 5.b uit ueritati non obedire? Et iterum: Incipientes spiritu,

Ibid. 3.a nunc carne consummamini. Aliter: Ne dicas meliora tempora olim Moysi, quàm nunc Christi, legis fuisse quàm gratiæ. Si enim hoc uolueris quærere, imprudenter facis: non uidens quantum distet euangelium à ueteri testamento. c ¶ *Bona est sapientia cum, etc.*] Maioris est gloriæ sapiens cum diuitijs, quàm tantum sapiens. Alij enim sapientia indigent, alij opibus: & qui sapiens est & non diues, potest quidem docere quod bonum est: sed interdum non potest præstare quod petitur: Et idcirco ait: Quia sicut umbra sapientiæ, ita umbra pecuniæ, id est quomodo protegit sapientia, sic interdum protegit & pecunia. Et ne uideretur sapientiæ detraxisse, dum eam fortuito bono subiecit: Non enim in nostra potestate est habere diuitias, quas iniusti sæpe plus possident: propterea maiorem esse sapientiam demonstrauit dicens: Et amplius scientia sapientiæ uiuificabit se habentem. In eo (inquit) maior est sapientia diuitijs, quod absq; ullis opibus uiuificat eum qui se habuerit. Quidam hunc locum ita interpretantur: Hæreditatem (inquiunt) pro conuersatione bona posuit: per quã hæredes sumus dei, & cohæredes Christi. Vult igitur Ecclesiastes docere quanto differunt hi qui solem merẽ C
tur uidere iustitiæ, & habent sapientiam cum conuersatione bona, ab his qui absq; sapientia, uitæ tantũ & conuersationis studium commodarunt. Quod quidem &
Dan. 12.b Daniel ostendit dicens: Intelligẽtes sermones meos fulgebunt ut luminaria cœli. Siue ut Theodotio interpretatus est: Quasi splẽdor firmamenti. Qui uero fecerint sermones meos, quasi stellæ cœli. Vmbram aũt argenti siue pecuniæ illã secũdum *ἀναγωγὴν* debemus accipere: de qua talenta & minæ in paraboMat. 25.b lis euangelij legũtur: Luc. 19.b ut cum fuerimus sub umbra sapientiæ, & sub umbra talis argẽti: Per diem sol nõ urat nos: neq; luna per noctem. Sed & hoc di Ioan. 8.b ci potest: quia umbra est uita nostra super terram: & spiritus uultus nostri Christus dñs cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus. Omnis nostra in hac terra ꝓtectio instar umbræ est, siue sapientiæ, siue

fecit

D supradicti argenti, donec aspiret dies & amoueant umbræ. Symmachus more suo etiam in hoc loco manifestius interpretatus est dicens: Quomodo protegit sapientia, similiter protegit pecunia. Sequens autem uersiculus perspicue ad studium scientiæ cohortatur. d

¶ *Vide opera dei: quoniam quis poterit, etc.*] Et in hoc loco ita Symmachus transtulit: Disce opera dei: quia nemo poterit corrigere quod ille imminuit: id est sufficit tibi de scripturis sanctis, siue ex ipsa contemplatione elementorum scire & intelligere quæ facta sunt: non tamen causas rationesq; perquirere, quare unumquodq; sic factum sit, uel aliter fieri debuisse quàm factum est. Ver-

Exod. 4.c bi gratia: Si quis uelit quærere cur Moysi ita loquatur deus: Quis fecit mutum & surdum, uidentem & cæcũ: nonne ego dominus deus? Et dicat: Cur cæcus & surdus, & mutus ita creati sunt: & cætera his similia. Sumẽdum in hoc loco testimonium de septimodecimo psalmo, in quo ad dominum dicitur. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris: Et dicendum est, sanctum dominum esse cum eo qui sanctus est, & peruersum apud eum qui sua uoluntate fuerit ante peruersus.

Lcu. 26.c Iuxta illud quoq; quod in Leuitico scriptum est: Si ambulauerint ad me peruersi, & ego ambulabo ad eos peruersus in furore meo. Quod quidem & illud potuerit exponere, quare indurauerit dominus cor Pharaonis. Quomodo enim una atq; eadem solis operatio li-

Exod. 4.c quefacit ceram & siccat lutum: sed pro substantia sua & liquescit cera, & siccatur lutum: sic una dei in Aegypto signorum operatio molliebat corda credentium,

Rom. 2.d & incredulos indurabat: Quia iuxta duritiam suam & impœnitens cor, thesaurizabant sibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quæ cum uiderent fieri, non credebãt. e ¶ *In die bonitatis esto in bono, & in die malo uide. Et quidem istud congruum huic fecit deus ad, etc.*] Scio me audisse in ecclesia ab eo qui putabatur habere sciẽtiam scripturarum, ita

A ita hos uersiculos edissertos. Dum in hoc præsenti seculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora, ut postea ipse securus in die malo, id est in die iudicij torqueri alios uideas. Sicut enim præsens seculum fecit deus: in quo nobis fructum bonorũ operum possumus præparare, ita & futurum in quo nulla boni operis datur facultas: uisus est quidem suadere cum diceret audientes. Sed mihi uidetur alius esse sensus, quem & Symmachus transtulit dicẽs: In die bono esto in bono: diem uero malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit deus, ut non inueniret homo quod contra eum quæreret. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, sustine. Nec putes uel bonorum tantum aut malorum in mundo esse naturam, cum ex diuersis mundus iste contrarijs subsistat: calidis & frigidis, siccis & humectis, duris & mollibus, tenebrosis & lucidis, malis & bonis. Hoc autẽ fecit deus, ut habeat sapientia locum in eligẽdo bonum,

B & uitando malum, & liberũ homini relinquatur arbitrium: ne se dicat insensibilẽ, & stolidum à deo esse generatum, sed eum ideo fecisse diuersa: ut homo queri de sua conditione non posset. Simulq; hoc testimoniũ consequenter superioribus copulabitur, in quib. ait: Quis poterit adornare quod peruerterit deus? a ¶ *Omnia uidi in diebus, etc.*] Huic quid simile in euangelio ait saluMatth. 10.d tor: Qui inuenit animã suam, perdet eam: & qui perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Machabæi pro lege dei atq; iustitia uisi sunt in sua perire iustitia, & martyres qui sanguinem fudere pro Christo: Econtrario qui ex illo tempore fuillam carnem comederunt, & post aduentum domini sacrificauerũt idolis suis, hi uisi sunt in hoc seculo uiuere, & propter suam malicią perseuerare longæui. Sed dei in occulto patientia est, & tribulare nunc sanctos, ut recipiant mala in uita sua: & peccatores non uisitare pro scelere, & quasi ad uictimã reseruare, ut & illis possit æterna bona restituere, & his mala inferre perpetua. Hebræi iustos pereũtes in iustitia sua, filios Aaron suspicantur: quod dum putãt se iuste agere, alienum ignem obtulerint. Et impiũ longæuum in malicia sua, Manassen dicunt: qui post captiuitatẽ restitutus in regno, longo deinceps uixerit tẽpore. b ¶ *Noli esse iustus, etc.*] Si quem rigidũ & trucem ad omnia fratrũ peccata conspexeris, ut nec in sermone peccanti: nec propter naturalẽ interdum pigritiam morãti det uenią: hunc scito plus iustum esse, quàm iustum est.

Luc. 6.f Iob. 25.b Cum enim saluator præcipiat dicẽs: Nolite iudicare, ut non iudicemini: & nullus sit absq; peccato: nec si unius quidem diei fuerit uita eius: inhumana iustitia est fragilitati conditionis hominũ non ignoscens. Noli ergo esse iustus multum: quia pondus grande, & pondus parPro. 20.b uum abominatio coram domino. Vnde & apud philosophos, uirtutes in meditullio positæ sunt, & omne qđ nimium est, siue sursum, siue deorsum, reputatur in uitio. Quod autem ait: Noli quærere amplius ne turbeC
ris, siue ne obstupescas: mentem nostram scit perfectam comprehendere non posse sapientiam: & mensuram fragilitatis nostræ, iubet nos scire debere. Denicq; & Paulus ei qui plus quàm homo scire cupiens, requirebat, dicens ei: Quid adhuc queritur? VoluRom. 9.d tati enim eius quis resistit: respondit: O homo tu quis es qui respondeas deo, &c. Si enim causas quæstionis, ille qui interrogãs introducitur, audisset ab Apostolo: stupore forsitan torpuisset & gratiam sensisset inutilem. Quia est & donum, quod non profit ei cui datum est, iuxta eundem Apostolum. Hebræi hoc mandatum, id est: Noli esse iu1.Reg. 15.c stus multum: super Saule interpretantur: qui Agag misertus est, quem dominus iusserat occidi. Sed & ille de euangelio ser-Mat. 18. c uus cui ignouerat dominus, & ipse conseruo noluit ignoscere: huic potest uersiculo coaptari, quod fuerit iustus multum. c ¶ *Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore nõ tuo.*] Cum dominus D
Ezech. loquatur: Nolo mortem peccatoris: sed tantum ut reuertatur & uiuat: & semel peccasse sufficiat: debemus nos erigere post ruinam. Si enim iuxta eos qui de physicis disputant: nouit hirundo pullos de succo oculare chelidoniæ: & dictamum capreæ appetunt uulneratæ cur nos ignoremus medicinam pœnitentiæ propositam esse peccantibus? Quod autem ait: Ne moriaris in tempore non tuo: Scimus Chore & Dathan, & Abiron Num. 16.e propter seditionem aduersum Moysen & Aaron, repentino terræ hiatu deuoratos, & ad emendationem malorum, ante diem iudicij etiam in hac uita plurimos iudicatos. Quod dicit ergo, tale est: Noli peccatis addere peccata: ne prouoces deum etiam hic tibi inferre iudicium. d ¶ *Bonum est retinere iustum. Et quidem ab hoc ne dimittas manum tuam: quoniam qui timet deum, egredietur ad omnia.*] Bonum est iustis benefacere, sed & peccatoribus benefacere, non iniustum est. Bonum est domesticos fidei sustentare, sed & omni petenti tribuere præceptum est. Timens quippe deum & imitator conditoris sui qui pluit super iustos & iniustos, absq; respectu personarum omnibus benefacere festinat. Aliter: Quia uita hæc miserabilis diuersis quotidie uariatur euentibus tam ad aduersa, quàm ad prospera, iusti animus præparetur, & poscat domini misericordiam: ut quodcunq; euenerit librata mente sustentet. Qui enim timet deum, nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis. e ¶ *Sapientia consortabit sapientem super decem potestates habentes qui sunt in ciuitate: quia non est homo, etc.*] Propterea sapientia consortat iustum, & omnium principum ciuitatis super eum excedit auxilium: quia quamuis aliquis iustus sit: tamẽ dum in hac carne est constitutus, subiectus est uitijs, atq; peccatis, & maiore præsidio indiget. Aliter: Decem qui potestatẽ habent, & in urbe consistunt: angeli sunt: qui ad perfectum numerum peruenere denarium, auxiliantur

xiliantur humano generi, Sed si quis consideret omnia auxilia, maius est auxilium sapientiæ, id est domini nostri Iesu Christi. Postq̃ enim dixerũt angeli: Curauimus Babylonẽ, & non est sanata: relinquamus eam, & abeat unusquisq; in terrã suam: tunc magister medicorum ipse descẽdit, & respersos nos sanguine, & peccatorũ maIer. 51.a dentes cruore qui omnem substantiã nostram expẽderamus in medicos, tactu fimbriæ suæ sanauit. Sanauit aũt in ciuitate, hoc est in mundo isto & confortabit sapientem, siue (ut Lxx. transtulerunt) adiuuabit. Omni enim qui habet, dabitur ei & adiscietur. Quia aũt indiLuc. 8.f guit homo positus in peccatis, & infixus in limo profundi peccati, maiore auxilio: idcirco uenit ipsa sapientia. Aliter supra dixerat, & domesticis & alienis bene esse faciendum. Poterat ergo aliquis respõdere, Si omnibus benefacere uoluero, nõ habeo unde faciam. Nec po
B test iustus tantas habere diuitias, quæ solent magis peccatoribus abundare: Propterea nũc ait: Quos nõ potes opibus, cõsilio adiuua: solatio foue. Plus enim potes in angustia cõstituto præstare sapientia, q̃ quilibet maximæ potestatis. Et hoc ipsum cum prudẽtia facito. Grandis quippe libra iustitiæ est: & cui & quantũ, & quàm diu & quali uel in re uel in consilio tribuere. a ¶ *Et quidem in omnes sermones quos loquentur impij, etc.*] Fac quæ præcepta sunt tibi: & sapientiæ auxilio confortatus, uel ad bona, uel ad mala præpara cor tuũ: & non cures quid de te loquantur inimici, qualis foris opinio sit. Quomodo eñ prudentis uiri est, murmurantem famulũ non audire, nec curiose aurem apponere, quid de se loquatur absente: si eñ hoc fecerit, semper in tribulatione erit, & ad mussitationem serui iracundia commouebitur: sic & sapientis hominis est sapientiam præuiam sequi, & uanos nõ considerare rumores. Sed & alio exemplo docet penitus non curandũ iusto homini quid homines loquantur, dicens. Quomodo nouit cõscientia tua quod tu de multis locutus es, & sæpe alijs detraxisti: sic & alijs debes ignoscere detrahentibus. Et simul docet non facile iudicandum, & habenti trabem in oculo, de festuca alterius non loquendum. b ¶ *Omnia hæc tentaui in, etc.*]
3.Reg.3.b Dicit se, ut Regnorum quoq; testantur libri, ultra om
& 4.d nes homines quæsisse sapientiam, & tentasse ad finem illius peruenire. Sed quãto plus quæsierit, tanto minus reperisse, & in mediam dimersum caliginem, tenebris C
ignorantiæ circundatum. Aliter uir qui eruditus fuerit in scripturis: quanto plus scire cœperit, tanto ei in his quotidie oritur maior obscuritas. Aliter contemplatio sapientiæ in hac uita in speculo uidetur & in imagine:

tabit sapientem super decem potestatem habentes qui sunt in ciuitate: quia nõ est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et q̃dẽ in omnes sermones quos loquentur impij, ne dederis cor tuũ, ut non audias seruũ tuum maledicẽtem tibi. Etenim frequenter scit cor tuum, quia & tu maledixisti alijs. Omniã hæc tentaui in sapientia, & dixi: Sapiens efficiar, et ipsa longius facta est à me, magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam? Circũiui ego cor meum: ut scirem & considerarem, & quærerem sapiẽtiam & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti & imprudentiũ errorem. Et inueni ego amariorem morte mulierẽ, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius, uincula sunt manus eius. Bonus coram deo eruetur ab ea: & qui peccator est, capiet in illa. Ecce

tauit sapientem: super decem principes ciuitatis. Nõ est enim homo iustus in terra: qui faciat bonum & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuũ: ne forte audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua: quia & tu crebrò maledixisti alijs. Cũcta tentaui in sapientia. Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me multo magis quàm erat. Et alta profunditas: quis inueniet eam? Lustraui uniuersa animo meo: ut scirem & considerarem & quærerem sapientiam & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti & erroD rem imprudentium. Et inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius. Vincula sunt manus illius, Qui placet deo effugiet illam: qui autem peccator est capietur ab illa. Ecce

cum cognouero facie ad faciem eius noticiam reuelandã: tunc liquido recognoscã, longe me nunc ab eius noticia dissidere. c ¶ *Circuiui ego cor meum, ut, etc.*] Pro eo q̃d Lxx. posuerunt ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου τοῦ γνῶναι, id est: Circuiui ego & cor meum ut cognoscerem: Symmachus interpretatus est, dicens: Pertransiui uniuersa sensu meo, scire, & discere, & inuestigare. Quia igitur supra Ecclesiastes dixerat, omnia se in sapientia pertentasse: & quanto plus eã inquisierit, tanto illam longius refugisse: Nunc ait etiam illud in sua se quæsisse sapientia, quod in rebus humanis malum, uniuersa antecedat mala: & quæ res impietatis, stulticiæ, erroris, uecordię teneat principatum. Et dicit se omniũ malorũ caput mulierẽ reperisse: Quia & per illã mors in orbem terrarũ introisit: & pretiosas animas uirorum capit. Omnes quippe adulterãtes, quasi cibanus corda eorum, quæ sacit adolescentium euolare corda. Et cum in mentẽ miseri amatoris inciderit, trahit eum in præceps nec ante pedes suos respicere patitur: sed quasi laqueus & sagena cor adolescentis innectit. Vincula sunt manus eius. Pro quo Aquila interpretatus est: Vinctæ sunt manus eius, quod Hebraica lingua dicitur אסורים ידיה Suadere enim potest, uim facere non potest: nec ad se nolẽtes compellere. Iustus qui fuerit & bonus coram deo, eruetur ab ea: peccator uero captus deducetur ad mortem. Non putemus temere hanc Salomonem de omni genere mulierum protulisse sententiã: quod expertus est, loquitur. Ideo quippe offendit deum: quia captus est à mulieribus. Et hæc secundum literã. Cæterum iuxta intelligentiã spiritualem: aut omne generaliter peccatum, mulierem nominamus & iniquitatem, quæ sub specie mulieris sedet in Zacharia super plumbi talentum: aut diabolum τροπικῶς mulierẽ accipimus, propter effœminatas uires: aut certe idolatriã, & ut ppius accedamus, hæreticorũ ecclesiã, quæ insipientẽ sensu ad se uocat, ut panes furtiuos, & aquã furtiuã, hoc est falsum sacramẽtũ, & pollutũ baptismũ indoctus accipiat.
Ecce

d ¶ *Ecce hoc inueni, etc.*] Hoc, inquit, reperi, uniuersa diligenter euentilans, quod paulatim peccando & ad unum delictũ aliud apponendo, grandem nobis summam efficimus peccatorũ. Hesebon quippe, quod omnes uoce consona λογισμούς, transtulerunt, secundum Hebræi sermonis ambiguitatẽ, & numerũ possumus & summã, & rationem, & cogitationem dicere. Sed & hoc ait: requisiuit anima mea, an recta mulier inueniatur. Et cũ uix paucos de uiris bonos inuenerim: ita ut de mille unũ potuerim inuenire, mulierẽ bonã omnino inuenire nõ potui. Omnes me enim ad luxuGen. 8.d riã, & non ad uirtutẽ deduxerunt. Et quia appositum est cor hominũ diligẽter ad malicią ab adolescentia, & penè omnes offenderũt deũ: in hac ruina generis humani, facilior ad casum est mulier. De qua poeta
Virg. 4. Aeneid. gentilis ait: Variũ & mutabile semper fœmina. Et Apostolus:
2.Tim.3.b Semper, ait discẽtes,
B & nunc̃ ad scientiã ueritatis peruenientes. Et ne uideretur cõmunẽ hominũ damnare naturã, & deũ autorẽ malã facere, dum taliũ conditor est qui malũ uitare non possunt, argutè præcauit & ait: bonos nos à deo creatos, sed quia sumus libero arbitrio derelicti, uitio nostro ad peiora labi: dum maiora quærimus, & ultra uires nostras uana cogitamus. Aliter: Quotidie mecum uniuscuiusq; rei rationẽ ponens, nullũ inuenire cogitatum potui, qui non cogitatione peruersa extrinsecus turbaretur. In mille autem uiris inueni hominem, qui iuxta imaginem conditoris est conditus: & in mille non quibuslibet, sed uiris, quorum numerum mulier non potuit implere. Et in mille qui non appropinTropolog. quauerunt ad mulierẽ, & propterea purissimi perman serunt. Hæc omnia Tropologicè accipienda. In multis quippe studiosis & quotidiana meditatione sudantibus, uix inuenitur cogitatus purus, & uiri dignus uocabulo. Possumus & cogitatus pro uiris accipere, mulieres pro operibus, & dicere, quod difficile cogitatio alicuius pura inueniri queat: Opera uerò quia per corpus administrenẽ, aliquo semper errore cõmixta sint. Pro eo autẽ quod supra sermonẽ Hebræũ interpretantes diximus: Vnam ad unam, ut inueniatur numerus, siue summa, siue ratio, aut cogitatio: apertius interpretatus est Symmachus, unam ad unã inuenire rationẽ. Quod enim nos solemus absolutè & neutraliter appellare, id est, hoc quæsiui, illud quod uolui inuenire: Hebræi fœminino genere pronunciant, sicut in psalmo:
Psal.26.b Vnã petij à dño, hanc requiram: pro eo quod est, unũ.

Caput VIII

Q*Vis ita ut sapiens, etc.*] Supra docuerat difficile bonum hominẽ inueniri, & uenientẽ contra eliserat quæstionem, à deo bonos homines cõditos, sed sponte sua ad peccatũ delapsos: nunc quid boni homini dederit deus quasi gloriabundus enumerat: sapiẽ-

Ecce hoc inueni dixit Ecclesiastes, unã ad unam: ut inuenirẽ numerũ quẽ adhuc quæsiuit anima mea, & non inueni. Hominem unum de mille inueni, & mulierem in omnibus his nõ inueni. Solũmodo hoc inueni, quia fecit deus hominẽ rectũ, & ipsi quæsierunt cogitationes multas.

Cap. VIII

QVis ita ut sapiẽns, & quis nouit solutionem uerbi? Sapientia hominis illuminabit uultum eius, & fortis faciem suam commutabit. Egò os regis custodio, & loquelam iuramenti dei. Ne festines à fa-

Ecce hoc inueni dixit Ecclesiastes, unum & alterũ: ut inuenirẽ rationẽ quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille unum reperi, mulierẽ ex omnibus non inueni. Solũmodo hoc inueni: q̃ fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis ut sapiens est? Et quis cognouit solutionẽ uerbi?

Cap. VIII

SApientia hominis lucet in uultu eius, & potentissimus faciem illius commutabit. Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti dei. Ne festines rece-

dere à facie eius, ne persistas in uerbo malo: quia omne quod uoluerit faciet. Vbi enim sermo regis, ibi potestas: & quis dicet ei, Quare sic facis? Qui præceptum custodit, non experietur quicquam mali. Tempus & iudicium nouit cor sapientis: quia omni negotio tempus & iudicium est. Quia malum hominis multum est. Et quis scit quæ futura sunt? Quis enim indicabit ei quomodo futurum sit? Non est homo dominans spiritui, ut prohibeat spiritum: & non habet potestatem in die mortis. Et non est uictoria in bello: nec saluabit impietas impium. Omnia hæc uidi, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: tempore quo dominatur homo homini in malum suum. Et uidi impios sepultos: qui & quando ingrediebantur sanctum, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum opera facientes: sed & hoc uanitas. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore filij hominis perpetrant mala. Attamen peccator centies malum faciens, & per patientiam sustentatus ab eo, ego cognoui quia erit bonum timentibus deum, qui timent faciem eius. Et non erit bonum impio, nec prolongabit dies: qui quasi umbra transeunt, qui non timent faciem dei. Est uanitas quæ fit super terram, sunt iusti quibus adiacent quasi opera impiorum: & sunt impij quibus adiacent quasi opera iustorum. Dixi quod & hoc uanitas sit. Laudaui autem ego lætitiam, quia non est bonum homini sub sole nisi comedere & bibere, & lætari: & hoc solum secum auferre de labore suo in numero dierum uitæ suæ, quos dedit ei deus sub sole. Et dedi cor meum ut scirem sapientiam, & considerarem distentionem quæ uersatur super terram: etenim sunt homines qui diebus ac noctibus somnum non capiunt oculis. Et uidi omnia opera dei, quod nemo possit inuenire rationem operis quod fit sub sole: eo tempore quo laborat homo quærens, & non inuenit. Et licet dixerit sapiens se nosse, non potest inuenire rationem. Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti dei. Ne festines

sequit: Sapientia hominis illuminabit uultũ eius & improbus facie sua odietur: ita possumus explanare, ut Pauli uerbo dicamus: Nos aũt oẽs reuelata facie gloriã 2.Cor.3.d dei cõtemplãtes. Et psalmistæ canẽtis: Signatũ est super Psal.4.b nos lumen uultus tui dñe. Sapientiã autẽ hic hominis nõ aliã esse dicit absq; sapiẽtia dei. Quæ cũ sapientia dei sit, iuxta possibilitatẽ capacitatis hominis eius esse incipit qui se habere meruerit. Omnis hæreticus & falsum dogma defendens, impudenti uultu est & odietur. Denicq; Marcion & Valẽtinus melioris se dicũt naturæ esse q̃ cõditor est. Et hoc posset aliqua ex parte ferri si spem se huius rei habere cõtenderẽt & nõ iam possidere naturam. c ¶ *Ego os regis, etc.*] Videt mihi quidem præcipere iuxta Apostolũ, regibus & potestatib. obsequendũ: maTitum 3.a ximè Lxx. interpretib. imperatiuo modo dicentibus: στόμα βασιλέως φύλαξον, id est, os regis custodi. Sed ego puto de illo rege nunc dici, de quo Dauid ait: Dñe Psal.20.a in uirtute tua lætabit rex. Et in alio loco, ut patris & filij regnũ unũ significet scriptura cõmemorat: Deus iudiIbid.71.a ciũ tuũ regi da, & iustitiã tuã filio regis. Non enim iudiIoan.5.d cat pater quenq̃, sed omne iudiciũ dedit filio. Qui rex filius deus, patris est filius. Huius itaq; fili custodienda præcepta sunt: huius uoluntati parendũ. Et hoc est q̃d in Tobiæ libro scribit: Mysteriũ regis abscondere bonũ Tobiæ 12.b est. Et præcipuè monet ne tractemus quare deus unũquodq; præceperit, sed quodcũq; uiderit esse mãdatũ, hoc pia mens hominis implere festinet: Et sit in lege dñi Psal.1 uoluntas eius. Quia uerò Lxx. aliter transtulerunt dicentes: κύριε πρὸς λόγος ὅρκου θεοῦ μὴ σπουδάσῃς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσῃ, id est, & de uerbo iuramenti dei ne festines à facie eius ambulare: Sciendũ iuramẽtũ dei in diuinis uoluminibus esse cõscriptũ. Hoc itaq; iuramentũ, de dei uerbo sacrũ & arcanũ, non debemus quibuscũq; narrare & proferre in mediũ & citam de eo proferre sententiã: Neq; ut Moyses festines uidere faciem dei, Exod.33.d

A sed tamdiu sustine donec ipse pertranseat, & tantū eius posteriora conspicias. Necnon & illud quod sequitur: Ne stes in uerbo malo &c. super eo intelligamus qui hęreseos errore præuentus est: uel super illo qui cum ecclesiæ fidem habeat, tamen peccatis uincitur ut non sit fidelis. Ne perseueres in detractione, ne in turpiloquio, luxuria, auaricia, libidine. Quod si perseueraueris, rex uitiorum atq; peccati diabolus operabitur perditionem in te, & faciet quodcunq; uoluerit. a

¶ *Qui custodit mandatum etc.*] Notandū quod non cognoscet uerbum malū, positū est pro eo quod est, non patietur aut non erit in eo: siquidem & de saluatore sic scriptum

2. Cor. 5. d est: Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatū fecit. Pro uerbo quoque Symmachus rem, interpretatus est dicens: Qui custodierit mandatum, non experietur rem malam. Præcepit autem, regis imperium, id est, Christi conseruandū, & scire quid B & quare & quo tempore iubeat. b ¶ *Quia omni, etc.*] Licet diuersa eueniant, & non possit iustus scire quid ei futurū sit, nec singularum rerū causas rationesq; cognoscere: Nemo enim est conscius futurorū, tamen scit à deo cuncta in utilitatē hominū fieri et non absq; eius uoluntate disponi. Est enim magna afflictio generi humano, quia ut poeta ait: nescia mens hominū fati sortisq; futuræ: aliud sperat, aliudq; euenit, de altero loco expectat hostem & alterius iaculo uulneratur. Pro eo autē quod Lxx. interpretes & Theodotio dixerūt, ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ πολλὴ ἐπ' αὐτόν, id est, quia scientia hominis multa super eū: in Hebræo maliciam habet non scientiam, sed quia ר res & ד daleth hieræ Hebraicæ excepto paruo apice similes sunt, pro רָעָה legerunt דֵּעָה id est, pro malicia, scientiam. Hoc melius sciet qui eiusdem linguæ habuerit noticiā. Illud quoq; quod in fine horū uersuū scriptū est: Quia nescit quod factū sit, & quid futurū sit post eū, quis annunciabit ei: de uerbo ad uerbū nunc ex sermone Hebræo transtulimus, ut esse sensum alterum nouerimus: quod scilicet nec ea quæ præterierunt scire possumus, nec ea quæ futura sunt, ita ut sunt futura cognoscere. c ¶ *Non est homo, etc.*] Nō est in potestate anima nostra ne auferatur à nobis, & egredientem ad imperium domini spiritum prohibere. Nihil prodest ora concludere & C uitam retinere fugientē. Cumq; interius, inimicus uitæ nostræ & hostis aduenerit, inducias accipere non possumus. Nec reges quondam in seculo & omnia nostra impietate uastantes, obuias morti ferre manus, sed in cinerē terrāq; soluemur. Non est ergo lugendum si futura scire non possumus, & sæpe ab iniquis potētiorib. opprimamur, cum morte omnia finiantur, & superbus & potens qui cuncta populatus est, non ualeat animā suam retinere cum rapitur. Aliter: Spiritus qui uniuersa dispensat nō potest à quoq; hominū prohiberi & leges accipere spirādi, de quo & supra dictū est: Gyrans gyrando uadit spiritus. In die mortis non sumus potentes: in die enim uitæ facilè uitat inimicus. Similiter q in bello est, & dei pacem non habet, quæ superat omnem intellectum: non habebit emissionem, de qua spōsæ dicitur: Emissiones tuæ paradisus malorū granatorū cum fructu pomorū. Et quia impietas non saluabit habentē se: pietas è regione saluabit. Potest impietas diabolus appellari, & pietas dominus noster Iesus Christus. d ¶ *Omnia hæc uidi & dedi cor meum in omne opus quod, etc.*] Dedi, inquit, cor meū ut omne quod sub sole geritur intuerer, & hoc uel maximè, qđ homo accepit in hominis potestatē, ut quoscunq; uult affligat atq; cōdemnet. Cum itaq; mentem meā ad hæc intuenda dirigerē: uidi impios cum tali opinione mortuos & sic sepultos, ut sancti æstimarentur in terra: qui & cum uiuerent putabantur digni esse ecclesiæ principes, & templo dei: & insuper ambulantes tumidi, laudabantur in malis suis. Sicut scriptum est: Laudatur enim peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Hoc autem propterea euenit: quia nemo peccantibus episcopis audet contradicere: nec statim deus scelus ulciscitur, sed differt pœnam dum expectat pœnitentiam. Peccatores autem, quia non statim arguti atq; correpti sunt, putantes nequaquam futurum esse iudicium, in scelere perseuerant. Possumus hoc testimonium accipere aduersus episcopos, qui acceperunt in ecclesia potestatem, & scandalizant eos magis quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem

Supra 1. d

Cant. 4. d

D

Psal. 9. d

A mortem laudantur in ecclesia, & beati in his quæ non probabiliter fecerant publicè siue à successoribus siue à populis prædicantur. Et hoc itaq; uanum est, quia non ut egerunt sic audiūt: nec statim corripiuntur in peccato suo. Nemo quippè audet accusare maiorē: propter ea quasi sancti & beati & in præceptis domini ambulantes, augēt peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episcopū. Si enim peccauerit, non creditur: & si cōuictus fuerit, non punitur. a

Quia peccator, etc.] Ex eo quod peccanti plurimum, hoc quippè significat centies, dat deus locum pœnitentiæ, non eum statim punit in scelere, sed expectat ut conuertatur ab iniquitate sua: Ego intelligo quàm benignus & misericors super eos futurus sit deus, qui habent timorem eius, & ad uerbum illius contremiscunt. Symmachus hunc locum ita transtulit: Peccans enim malus mortuus

B est longa ætate cōcessa ei. Porrò ego scio quia erit bene timentibus deū qui timuerunt à facie eius. Boni uerò non erit iniquo, neq; longo superbit tempore, quia nō timuit à facie dei. Et quia manifestum est quid iste transtulerit: hoc dicendum est quod uerbum Hebraicum מְאַחַר quod Septuaginta ἐκ τότε, id est, ex tunc, transtulerunt, & nos centies posuimus: Aquila & Symmachus & Theodotio, mortuus est interpretati sunt: ut si quis peccauit & fecit malum mortuus est: in eo enim quod peccauit, statim mortuus est. Si autem iuxta Lxx. interpretes pro eo quod est, mortuus est, legerimus, ex tūc, iuxta quosdam hic erit sensus: Peccator non tunc primum peccat quando uidetur facere peccatum, sed iam ante peccauit. Abalienati sunt enim peccatores à uulua, errauerunt à uentre, & quærunt hoc quod sequitur: locuti sunt falsa: quomodo possit exponi, simplex enim intelligentia habere consequentiam non uidetur. Paruulos peccatores statim ut de uulua electi sunt mendacium loqui. b ¶ *Et bonum non sit impio, etc.*] Imprecat̄ male his qui non habent timorem dei: & optat ne diu differantur à pœna, sed statim morte subtracti, cruciatus recipiant quos merent̄. Simile quid & Apostolus loquitur: Vtinam præcidantur qui uos conturbant. Et alibi: Alexander ærarius multa mala mihi ostēdit, reddat illi dominus secundū opera eius. Quæ quomodo clementer dicta sunt requirendū est. Hæc iuxta sensus Hebraici ueritatem. Si quis uerò Septuaginta interpretes sequitur: qui quasi ab alio sensu incipientes dixerunt: Et ego cognosco quia erit bonum timentibus deum ut timeant à facie eius: & bonū non erit impio, & non prolongabit dies in umbra, quia non est timens à facie dei: Hoc poterit dicere. Fient quidem & illa de quibus paulo ante tractaui: ego tamen manifestimè cognosco, quia bene erit his qui timent à facie dei. Vultus enim dñi super facientes mala: Et impio non erit bene: non enim timet à facie dei, & non prolongabit dies in umbra, hoc est dies uitæ suæ, qui quasi umbra uenientib. sunt. Non enī hi qui multo tempore uiuunt, prolongāt dies suos, sed q grandes eos faciunt bonorum operū magnitudine. Vnde & Iacob quasi se peccatorē cōfitens dicit: Parui & mali dies mei, sicut & in psalmo confitens: Dies, inquit, mei sicut umbra declinauerūt, & ego sicut fœnum arui. Nō quod longā uitā quæsierit in præsenti, in quo oīne qđ uiuimus breue & umbra est & imago: In imagine enim perambulat homo: sed qđ de futuro timeat, ne longitudo uitæ ipsius ubi uera est uita breuietur. c ¶ *Est uanitas, etc.*] Inter cæteras uanitates quæ in mundo uario feruntur euentu, etiam hoc deprehēdi, quod iustis ea frequenter eueniūt quæ impijs euenire debuerant, & impij tam feliciter in hoc mundo degūt, ut eos putes esse iustissimos. Docet exemplum euangelicum diuitis purpurati & pauperis Lazari. Septuagesimus quoq; secundus psalmus de hac re disputat, cur iustis interdū mala, & impijs eueniant bona. Pro eo aūt quod nos posuimus: Est uanitas quæ fit super terram: Symmachus absolutè transtulit dicens: Est difficile cognitu quod fit super terrā. Hebræi, iustos quibus eueniunt mala, & impios quibus accidunt opera iustorū, filios Aaron interpretant̄ & Manassēn: quod illi sacrificantes perierint, & iste post tanta mala & captiuitatē in imperium restitutus sit. d ¶ *Et laudaui ego, etc.*] Hoc plenius supra interpretati sumus: & nūc strictim dicimus, licet breuem & cito finiendam præferre cum uescendi & bibendi uoluptatem angustijs seculi & his quæ fieri uidentur iniquè in mundo, quod solum hoc homo de labore suo habere uideatur, si uel modico fruatur refrigerio. Verum hæc interpretatio ieiunantes, esurientes, flentes atq; lugentes: quos beatos in euangelio dñs uocat, si sic accipitur ut scriptū est, miseros approbabit. Et cibū itaq; & potū spiritualiter accipiamus, & super eis lætitiā quā in labore uitæ nostræ uix possumus inuenire. Quod aūt hæc ita sentienda sint ut diximus: demonstrat sequens uersiculus in quo ait: Dedi cor meū ut uiderē sapientiā & occupationē: quod scilicet occupentur

C

Pſal. 33. c

Gene. 47. b

Pſal. 101. b

D

Luc. 16. c

Gal. 5. b
1. Tim. 4. c

A homines super terrā, & diebus ac noctibus in scriptura-
rū meditatione uersentur, ita ut plerunq; pro inuestigatione ueri ab oculis somnus aufugiat. d ¶ *Quapropter dedi cor, etc.*] Qui quærit causas rationesq; rerum: quare hoc uel illud factum sit, & quare mundus uariis gubernet euentibus: cur alius cæcus, alius debilis, alius uidens nascatur & sanus, hic paupertatē habeat, ille diuitias: iste sit nobilis, ille inglorius: Nihil aliud proficit, nisi in sua tantū quæstione torqueri, & disputationē pro tormēto habere, nec tū inuenire quod quærit. Et cum hæc dixerit se cognouisse: tunc ignorationis habere principium & in profundo errore uersari: subostēdit tū esse causas rerū omnū & iustitiā, quare unūquodq; sic fiat, sed in occulto eas latere & non posse ab hominib. cōprehēdi.

Cap. IX

Mne hoc, etc.] Etiā hunc locū Symmachus manifestius interpretatus est, dicens: Omnia hæc ita statui in corde meo ut uentilarē uniuersa, quia & iusti & sapiētes & opera corū in manu dei sunt. Et insuper neq; amicitias neq; inimicitias scit homo: sed omnia coram eis incerta, ꝓpterea quod omnibus euenīūt similia iusto & iniusto. Porrò hic sensus est: Etiam in hoc dedi cor meum, & scire uolui quos deus diligeret, quos deus odisset, & inueni iustorū quidē opa in manu dei esse: & tamē utrū amentē à deo an non, nūc eos scire non possē, & ambiguo fluctuare: utrū ad probationē sustineant quæ sustinent, an ad supplicīū. In futuro igitur sciēt, & in uultu corū sunt omnia, id est, antecedit eos cum de uita hac decesserint noticia istius rei: quia tunc est iudiciū, & nūc certamē. Et quicunq; aduersa sustinent: utrū per amorē dei sustineant, ut Iob: an per odiū ut plurimi peccatores, nunc habetur incertum. c ¶ *In omnibus, etc.*] Ea quæ per se nec bona nec mala sunt, sed à sapientibus huius seculi media nuncupant: quia æqualiter & iustis eueniunt & iniustis, simplices quosq; cōturbāt, cur ita eueniant: & ꝓpterea non putāt esse iudiciū, cū omnia rerū in futuro discrimē sit, & hic confusa sint omnia. Quod aūt ait: Euētus est unus omnibus, iusto & impio: siue angustiarum siue mortis significat euētū, & idcirco nec charitatem dei eos in se nosse nec odiū. Sacrificans quoq; & nō sacrificans, &c. quæ cōtraria enumerata sūt, spiritualiter accipienda, secundū illud: Sacrificiū deo spūs contribulatus, cor cōtritū & humiliatū deus nō despicies. d ¶ *Hoc est, etc.*] Et hoc apertius more suo interpretatus est Symmachus dicēs: Sed & cor filiorū hominū replet malicia & procacitate iuxta cor eorū in uita sua: Nouissima aūt eorū ueniunt ad mortuos. Quis em̄ in sempiternū potest pse uerare uiuēs? Eundē aūt sensum scriptura repetit, de quo paulo ante tractauimus: qđ cū oīa æqualiter ueniant uniuersis, & nulla sit in bonis sustinēdis malis ue discretio, uel certē æquali de hoc seculo subtrahamur euētu: nihilominus erroribus & procacitate & malicia repleamur: & post hæc omnia subito rapiamur interitu, nec ultra possimus cū uiuētib. habere consortiū, Vel certē sic: Q̄n cōmunes angustiæ & iustos & iniustos premūt, idcirco ad peccata hominis ꝓuocantū & tū post oēs conatus qbus frustra nisi sūt, dum ignorant ad inferna descēdūt. e ¶ *Est confidentia, etc.*] Quia supra dixerat, cor filiorū hominū implerī malicia & procacitate, & post hæc omnia morte finiri: nunc eadē cōplet & repetit

ei deus sub sole. Quaprō-
pter dedi cor meum ut cognoscerem sapientiam, & uidere occupationē quę facta est super terram. Quia & in die & in nocte somnium in oculis suis nō est uidens. Et uidi omnia opera dei: quia non poterit homo inuenire opus quod factum est sub sole, in quo laborauit homo ut quæreret & non inueniet. Siquidem & si dixerit sapiens se cognoscere, non poterit inuenire.

Cap. IX

OMnē hoc dedi in cor de meo ut considerarem uniuersa: quia iusti & sapientes, & opera eorum in manu dñi. Et quidē charitatē & quidē odiū, nō est cognoscens homo omnia in facie eorū. In omnibus euentus unus: iusto & impio, bono & malo, mundo & polluto, sacrificāti & nō sacrificanti. Sic bonus ut peccator: sic iurans sicut iuramentum timens. Hoc est pessimū in omni quod factum est sub sole, quia euentus unus omnibus. Sed & cor filiorum hominum repletum est malicia: & errores in corde eorum in uita sua, & post hæc ad mortuos. Quia quis est qui cōmunicet in omnes uiuētes? Est cōfidentia, quoniam canis uiuens melior est leone mortuo, quia uiuentes sciunt quod moriantur, & mortui nesciūt quic-

ei deus sub sole. Et apposui cor meum, ut scirem sapientiam, & intelligerem dissensionem, quæ uersatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnum non capit oculis. Et intellexi quod omniū operū dei nullā possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole. Et quāto plus laborauerit ad quærendū, tanto minus inueniat. Etiā si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

Cap. IX

OMnia hæc tractaui in corde meo, ut curiose intelligerem. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu dei. Et tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa æque eueniant iusto, & impio, bono & malo, mundo & immūdo, immolanti uictimas & sacrificia contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator, ut periurus, ita & ille, q̄ uerū dejerat. Hoc est pessimū inter oīa quæ sub sole fiunt, quia eadē cunctis eueniūt. Vnde & corda filiorū hominū implent malicia, & cōtēptu in uita sua, & post hæc ad inferos deducent. Nemo est q̄ semper uiuat, & qui huius rei habeat fiduciā. Melior est canis uiuus leone mortuo. Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui uerò nihil noue

A repetit: donec uiuūt homines eos posse fieri iustos, post mortē uerò nullā boni operis dari occasionē. Peccator eīm uiuēs potest melior esse iusto mortuo, si uoluerit in eius transire uirtutes: uel certè eo qui se in malicia, potentia, procacitate iactabat & mortuus fuerit, melior potest quiuis pauper esse & uilissimus. Quare quia uiuētes, metu mortis possunt bona opera perpetrare, mortui uerò nihil ualent ad id adjicere qđ semel secum tulere de uita, & obliuione obuoluta sunt omnia, iuxta illud quod in psalmo scriptum est: Obliuioni datus sum tanq̄ mortuus à corde. Sed & dilectio eorum & odiū & æmulatio & omne quod in quicq̄, & nō est eis amplius merces. In obliuionē em̄ uenit memoria eorū. Sed & dilectio eorū & odiū eorū, & zelus eorū iam perijt, & pars nō est eis adhuc in seculo in oīni qđ fit sub sole. Vade & comede in lætitia panē tuū, & bibe in corde bono uinū tuū, qm̄ iam cōplacuerunt deo opa tua. In seculo habere potuerunt, mortis finitā aduētu: nec iustè quippē possunt agere, nec peccare, nec uirtutes adjicere nec uitia. Licet quidā huic expositioni contradicant, asserentes etiā post interitū excrescere nos posse & decrescere: & in eo quod nūc ait: Et pars nō erit eis adhuc in seculo in omni quod factū est sub sole: ita intelligunt, ut dicant eos in hoc seculo & sub hoc sole quē nos cernimus nullā habere cōmunionē: habere uerò sub alio seculo: de quo saluator ait, Non sum ego de hoc mūdo, & sub sole iustitiæ: & non excludi opinationē quæ contendit, postq̄ de hoc seculo migrauerimus & offendere posse creaturas rationales & promereri. Aliter referebat mihi Hebræus uersiculū istū in quo dicit: Melior est canis uiuens super leonē mortuū: ita apud suos exponi: utiliorē esse quamuis indoctū, & eum qui adhuc uiuat & doceat, præceptore perfecto q̄ iam mortuus est. Verbi causa: ut canē intelligeret unū quēlibet de pluribus præceptorē: & leonē Moysen aut aliū quēlibet prophetarū. Sed quia nobis hæc expositio non placet, ad maiora tendamus: Et Chananæā illā, cui dictū est: Fides tua te saluā fecit, canē esse iuxta euāgeliū dicamus. Leonē uerò mortuū, circūcisionis populū, sicut Balaā propheta dicit: Ecce populus ut catulus leonis cōsurget: & ut leo exultans. Canis ergo uiuens nos sumus ex nationibus: leo autem mortuus, Iudæorū est populus à dño derelictus. Et melior est apud dñm iste canis uiuens q̄ leo ille mortuus. Nos em̄ uiuētes cognoscimus patrem & filiū & spiritū sanctū: illi uerò mortui nihil sciūt: nec expectant aliquā repromissionē atq̄ mercedē: sed completa est memoria eorū. Neq̄ ipsi meminerunt quæ scire debuerant, neq̄ illorū iam dūs recordaturus est. Dilectio quoq; qua aliquando deum diligebant perijt, & odium de quo audacter loquebant, Nonne odientes te domine odiui: & super inimicos tuos tabescebā? Nec non & zelus eorū iuxta quē Phinees zelatus est, & Mat thiæ intremuerunt poplites. Perspicuū est autē quod & pars eorum non est in seculo. Non enim possunt dicere: Pars mea dñs. a ¶ *Vade & comede, etc.*] Vsq̄ ad eū locum in quo ait: Sicut pisces qui tenent in captione pessima, & sicut uolucres quæ capiuntur in laqueo: similiter capientur filij hominū in tempore pessimo cum ceciderit super eos subito. Antecq̄ de singulis disputemus breuiter cōstringēda sunt omnia, ut appareat quo simul sensu cuncta dicantur. Quia in superiori capitulo fuerat prælocutus, quod postq̄ mortui fuerint homines, à corde uiuentium excidant: & nec dilectionē quis in eos habeat nec odium: secundū illud poetæ: Nullum

Matt. 9.a *Rom. 23.d* *Psal. 50.d* *Psal. 138.d* *Psal. 72.d* *Ioan. 8.c*

cum uictis certamen & æthere cassis: & quia sub sole ultra nihil possint: nunc quasi errorē humanum & cōsuetudinē qua se ad fruenda huius seculi bona inuicē hortantur inducit: & προσωποποιΐαν facit more rhetorū & poetarum, dicens: O homo, quia ergo post mortem nihil es, & mors ipsa nihil est: audi consilium meum: & dum uiuis in hac breui uita, fruere uoluptate: utere dapibus: uino curas opprime & intellige quoniā à deo nobis donata sunt ad utendum. Candidis uestibus ornatus incede, unguentis spiret caput tuum: quæcunq; tibi placuerit fœminarū, eius gaude cōplexu: uanā hāc & breuē uitā, uana & breui uoluptate percurre. Nihil enim extra hæc habebis amplius, quam frui quodcunq; delectare potest: festinus carpe ne pereat. Neq̄ enim friuola debes formidare cōmenta, quod singulorū operū uel bonorū uel malorum apud inferos tibi reddenda est ratio. Non est em̄ in morte aliqua sapientia, nullus post dissolutionē uitæ huius sensus. Et hæc, inquit, aliquis loquat Epicurus, & Aristippus & Cyrenaici & cæteri pecudes philosophorum. Ego autē mecum diligēter retractans, inuenio non, ut quidā æstimāt male, omnia fortuito geri, & uariā in rebus humanis fortunā ludere, sed cuncta iudicio dei fieri. Neq̄ enim uelox pedibus suum debet cursum putare si currat. Neq̄ fortis in suo cōfidat robore, nec sapiens diuitias & opes æstimet prudentia cōgregari, nec eloquens & doctus per eloquentiā & doctrinā apud populum inuenire se posse gratiā, sed omnia deo fieri disponēte. Et nisi ille suo cuncta arbitrio rexerit, & ædificauerit domū, inuanū laborant qui ædificāt eam. Nisi ille custodierit ciuitatē, inuanū uigilant, qui custodiunt eam. Non est itaq̄, ut illi putāt, unus cuētus & incertus uitæ huius status, quia quando non æstimāt, repentina morte subducti ad iudiciū uenient. Et quō pisces hamo capiunt & retibus: & aues per aerē liberæ laqueo dum nesciunt alligant, sic & homines pro merito suo ad æterna supplicia deducent, cum repēte mors ueneri & iudiciū in eos qui putabāt incerto statu omnia uolutari. Hæc iuxta eū sensum quo breuiter uoluimus uniuersa cōprehēdere: nunc quasi nō ex alterius, sed ex sua persona loquat interpretāda sunt singula. Vade, comede in lætitia panē tuū, &c. Quia didicisti qđ morte omnia finiant, & in inferno non sit pœnitētia: nec aliqs ad uirtutes recursus, dum in isto seculo es, festina, contende agere pœnitētiā, dum habes tēpus labora. Liben ter em̄ suscipit deus pœnitentē. Aliter. Simpliciter intellectū ꝓdest, iuxta illud: Siue māducetis, siue bibatis, siue aliquid faciatis, oīnia in nomine dñi facite. Et in alio loco: Cū consilio uinū bibe. Non em̄ habet uerā lætitiā & cor bonū qui creaturis supra modū abutit. Melius autē est sic sentire, Cuius placuerunt opera corā deo, nequaq̄ indigere poterit uero pane & uino, quod catti est de uinea Sorech. Dato nobis itaq̄ præcepto qđ dicit: Desiderasti sapientiā, serua mandata, & dñs ministrabit tibi eam, & seruemus mandata, & panē & uinū spiritualia inuenire poterimus. Qui aūt mandata non seruat, & in panis & uini abundantia gloriatur, dicitur ei per Esaiam: Ne dicas etiam cognosco eam, neq̄ cognouisti, neq̄ scis, neq; à principio aperuit tibi aures:

1. Cor. 10.g *1. Tim. 5.d* *Hiere. 2.d* *Prou. 4* *Esa. 48.b*

A Scio enim quia cõtemnens cõtemnis. Porrò qđ in Lxx. interpretib. dicit: δῶρο φάγε τὸν ἄρτον σου, καὶ πίε ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ οἶνον σου: id est. Veni come de in lætitia panẽ tuum, & bibe in corde bono uinum tuum: Eius ecclesiastæ uox est, qui in euangelio loquit:

Ioan. 7.f Qui sitit ueniat ad me & bibat. Et in Prouer
Prou. 9.d bijs: Venite comedite panes meos & bibite uinum meum. a ¶ *In omni tempore, etc.*] Habeto, inquit, corpus mundũ & esto miseri cors. Vel ita. Non sit tempus in quo candida non habeas uestimenta, caue ne quando pollutis uestibus induaris. Populus quippe peccator in uestibus fuscis luxisse describitur. Tu autẽ induere lucem & non maledictionẽ quæ super ludam scripta est:
Psal. 108.c Induatur maledictio
Col. 3.b ne sicut uestimẽtum. Induere uiscera misericordiæ, benignitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ. Et cũ expoliatus fueris ueterem hominẽ cũ operibus eius, in-
B duere nouũ qui renouatur de die in diem. Quod autem ait: b ¶ *Et oleum de capite, etc.*] Sciendum naturã hanc esse olei, ut & lumẽ alat & fessorum resoluat laborem. Est oleum salutare & spirituale, oleum exultationis, de quo scribi-
Psal. 44.b tur: Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc oleo uultus nostер exhilarandus est. Hoc ieiunantes ad ungendum caput habent, quod peccatores habere non possunt, quibus di-
Esa. 1.a citur: Non est malagma imponere, neq; oleũ, neq; alligaturas. Habent autẽ oleũ cõtrariũ, quod uir iustus detestatur, dicens: Oleũ autẽ peccatoris nõ impinguet caput meũ. Hoc oleũ hæretici habent, & eo cupiunt decẽptorũ capita perfundere. c ¶ *Vide uitam cum muliere, etc.*] Sapientiã sequere & scientiã scripturarũ, & hanc tibi in
Prou. 4.d coniugiũ copula, de qua in Prouerbijs dicitur: Ama illam & seruabit te, amplexare illã & circundabit te. Dies aũt uanitatis, dies huius seculi nequã significãt. De quo
Eph. 5.d & Apostolus non tacet. Quod autem ait: Vide uitã cum muliere quã dilexisti: ambiguẽ dictũ est, siue uide & cõtemplare uitã & ipse & uxor tua tecũ, nõ em̃ poteris sine tali uxore solus uidere uitã. Siue utrunq; cõsidera, & uide uitam, & mulierẽ diebus uanitatis tuæ. Et pulchrè præcipit, ut in diebus uanitatis nostræ, uerã uitã cum sapientia uxore quæramus. Hæc enim pars nostra est, & hic laboris fructus, si in hac uita umbratili uitã uerã inuenire ualeamus. d ¶ *Omnia quæ inuenit, etc.*] Fac quodcunq; nunc potes & labora: quia cũ ad infernũ descenderis, locus nõ erit pœnitentiæ. Huic quid simile à sal-
Ioan. 9.a uatore præcipitur: Operamini dum dies est, uenit nox quando nemo poterit operari. Quod autẽ ait: In inferno quo tu uadis illuc, Nota ut Samuelẽ quoq; uerè in inferno credas fuisse: & ante aduentũ Christi, quamuis sanctos, omnes inferni lege detentos. Porrò quod sanc-

In omni tempore sint uestimenta tua candida: Et ŏleũ de capite tuo non desit. Vidẽ uitam cum muliere quam dilexisti omnib. diebus uitæ uanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole: Quia hęc est pars tua in uita & in labore, quo tu laboras sub sole. Omniã quæ inuenit manus tua ut facias in uirtute tua fac: quia nõ est opus & cogitatio & scientia & sapientia in inferno quò tu uadis illuc. Cõuerti me & uidi sub sole quoniã nõ est uelociũ cursus: nec fortiũ præliũ, nec sapientiũ panis, nec prudentiũ diuitiæ, nec scientium gratia, quoniam tempus & euentus occurret omnibus illis. Et qũidẽ nescit homo

Omni tempore sint uestimẽta tua cãdida, & oleũ de capite tuo nõ deficiat. Perfruere uita cũ uxore, quam diligis cũctis diebꝰ uitæ instabilitatis tuę, qui dati sunt tibi sub sole, omni tẽpore uanitatis tuæ. Hæc est enim pars in uita, & ĩ labore tuo, quo laboras sub sole. Qdcunq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia, nec sciẽtia erũt apud inferos quò tu properas. Verti me ad aliud, & uidi sub sole, nec uelocium esse cursum, nec fortiũ bellum, nec sapiẽtium panem, nec doctorũ diuitias, nec artifi cum gratiã, sed tempus casumq; in omnibus. Nescit homo

C ẽti post resurrectionẽ dñi nequaq; tenean̄t inferno, testatur Apostolus dicens: Melius est dissolui & esse cum Philip. 2.c Christo. Qui autẽ cum Christo est, utiq; non tenetur in inferno. c ¶ *Cõuerti me, etc.*] Qui uinctus est cõpedibus Zach. 5.c ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægrauatur: Iniquitas enim sedet super plumbeũ talentũ: & in psalmo loquit: Psal. 37.a Sicut onus graue grauatæ sunt super me: non est aptus ad cursum illum, de quo dicitur: Cursum cõsum
2. Tim. 4.b maui, fidem seruaui. Qui autẽ leuis est, & anima illius non grauatur, nihilominus & ipse absq; adiutore deo ad calcẽ non potest peruenire. Sed & cum prælio fuerit aduersus contrarias potestates, de quo scriptum est: Sanctificate
Hierr. 6.a bellũ: licet robustus, tamen proprijs uiribus uincere non ualebit. Perfectus quoq; in filijs hominũ & sapiens, uiuentem panem atq; cœlestẽ habere non poterit, nisi per sapientiam cohortantem: Venite comedite panes meos. Et
D quoniã nõ desunt diuitiæ, de quibus Apo
Tim. 6.b stolus ait: Diuites fieri in operibus bonis. Et alibi: Diui-
1. Cor. 4.b tes facti estis in omni sermone & in omni scientia: Scien dum prudentem uirum has non posse diuitias cõgregare, nisi eas à dño acceperit, cuius ipsæ diuitiæ sunt. De
Prou. 13.b quibus & alibi dictum est: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Gratia quoq; nisi scientiã comitata fuerit, & concessa à deo, quamuis eruditus uir, eam non pote
1. Cor. 13.b rit inuenire. Quod Paulus scies: Plus, inquit, omnibus illis laboraui: non autẽ ego, sed gratia dei quæ mecum est. Et iterũ: Gratia eius nõ fuit uacua in me. Et ad extremum nescitur ab homine quando tempus adueniat in quo uarius euentus & finis omnium subsequatur. Hæc secundũ ἀναγωγήν. Cæterũ ut simplicius differamus:
Rom. 9.c Epistola ad Romanos huic loco congruit, quia non uolentis neq; currentis, sed miserẽtis dei sit. Quod autem ait: Non est sapientibus panis, multorum quotidie probat exemplo, qui cum sapientissimi sint, necessarijs indigent. Et illud: Non est scientibus gratia. Videas enim in ecclesia imperitissimos quoq; florere, & quia nutrierunt frontis audaciam, & uolubilitatem linguæ cõsecuti sunt: dum non recogitant quid loquãtur, prudentes se & eruditos arbitrantur, maximè si fauorem uulgi habuerint, qui magis dictis leuioribus delectat & cõmouetur: Et ecõtrario eruditum uirum latere in obscuro, persecutiones pati, & non solum in populo gratiã non habere, sed inopia & egestate tabere. Hæc autem fiunt, quia incerto statu feruntur omnia: & non est in præsenti retributio meritorum, sed in futuro. f ¶ *Et quidem nescit homo tempus, etc.*] Iam & supra diximus, quod dum
Mal. 13.f nesciãt homines, eis aut angustiæ ueniant aut interitus. Porrò secundum Allegoriam est sciendum, regnũ cœlorũ simile esse sagenæ missæ in mari. Econtrario habere sage-

A re sagenam hæreticos per quam pisces capiant ad interitũ. Sagena eorũ, est sermo affabilis, blandũ eloquiũ, simulata aut coacta ieiunia, uestis humilis, uirtutũ imitatio. Quod si cœperint de superioríb. disputare, & in sublime leuare os suum, & dei altitudines quærere, laqueũ ponũt in excelsis. Quomodo igit̄ pisces & uolucres cito capiunt̄ à tali sagena & istiusmodi laqueo, sic cũ multiplicata fuerit iniquitas & refrixerit charitas multorũ: & signa facta fuerint atq; portenta, ita ut seducant̄ si possibile est etiã electi: sciendũ est ecclesiasticos quoq; que uiros, qui filij hominũ appellant̄ & sũt modicę fidei, cito posse corruere. Notandũ etiã quod per totũ librũ ubicũq; dicit, filij hominũ, in Hebræo habet בני האדם id est, filij hominis, hoc est filij Adam. Et omnis penè scriptura hoc idiomate plena est, uniuersum genus hominũ, Adam filios uocans. a ¶ *Sed & hanc uidi, etc.*] Alijs o-
B mnia incerta dicentibus, & iustum ab iusto nihil amplius habere: ego sapientiã etiã in hoc maximam cõprobaui, quod crebrius euenit ut parua sit ciuitas & habitatores pauci in ea: & innumerabilium hostium cingatur exercitu, & ab obsidione & fame populus intus necetur, & repentè contra omniũ suspicionẽ inueniri uirũ humilem & pauperem, qui habet sapientiam maiorem cunctis diuitibus, magnis & potentibus & superbis in periculo positis: & ad obsidionem pauentibus, cogitat & inquirit & inuenit quomodo à malis eruat ciuitatem. Et ò ingrata hominum obliuio: postquam fuerint liberati, & soluta captiuitas, & reddita patriæ libertas, nemo meminit sapientis illius pauperis, nemo refert gratias pro salute: sed omnes honorant diuites, qui in periculo nihil subuenire potuerant. Aliter Hebræus hunc locum interpretatus est. Ciuitas parua, homo est, inquit, qui etiã apud philosophos mundus minor uocatur. Et uiri pauci in ea, membra de quibus ipse homo contexitur. Cum autem uenerit aduersus eam rex magnus diabolus (diabolus serpens est lubricus: cuius si capiti, id est primæ suggestioni non resistit̄, totus interna cordis dum non sentitur illabitur: tentationum diabolicarum initia flagitia sunt, non est immissor, sed incensor uitiorum. Vn
Psal. 73.c de Dauid: Tu fregisti caput draconis) & quæsierit locũ per quem possit irrumpere, inuenitur in ea humilis & sapiens & quietus interioris hominis sensus, & eruet ur

neſcit homo tempus ſuũ, quaſi piſces qui retinent̄ in retiaculo malo, & ſicut uolucres quæ colligant̄ in laqueos: ſimiliter corruẽt filij hominũ in tẽpore malo, cũ ceciderit ſuper ipſos extẽplo. Sed & hãc uidi ſapientiã ſub ſole, & magna eſt apud me. Ciuitas parua & uiri pauci in ea, & uenit ad eã rex magnus & circũdedit eam, & ædificauit aduerſus eã machinã magnã. Et inuenit in ea uirũ pauperem & ſapientẽ: & ſaluauit hic ciuitatẽ in ſapientia ſua, & homo non recordatus eſt hominis pauperis illius. Et dixi ẽgo meliorẽ eſſe ſapientiã ſuper fortitudine et ſapientia pauperis quæ deſpecta eſt, et uerba eius quę nõ ſunt audita. Vérba ſapientiũ in quiete audiuntur pluſquam clamor poteſtatem habentis in ſtultis. Meliõr eſt ſapientia ſuper uaſa belli, & peccans unus perdet bonitatem multam.

Muſcæ

homo finẽ ſuũ, ſed ſicut piſces capiunt̄ hamo, & aues laqueo cõprehẽduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit. Hãc quoque ſub ſole uidi ſapientiã, & probaui maximã. Ciuitas parua et pauci in ea uiri. Venit contra eam rex magnus, & uallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrũ, & perfecta eſt obſidio. Inuentuſq; eſt in ea uir pauper & ſapiens, & liberauit urbem per ſapientiã ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & uerba eius non ſunt audita? Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor principis inter ſtultos. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica, & qui in uno peccauerit, multa bona perdet.

Muſcæ

C bem quæ obſeſſa ab hoſtibus cingebatur. Cũq; homo de periculo ſiue perſecutionis, ſiue anguſtiarũ, ſiue cuiuſcũq; aduerſæ rei atq; peccati fuerit erutus, homo ille exterior qui inimicus eſt illius pauperis hominis & ſapientis: non recordatur interioris hominis, nec ſubdit ſe cõſilijs eius, ſed rurſum ſua fruitur libera uoluntate. Aliter: Parua ciuitas, & uiri in ea pauci, ad cõparationẽ totius mũdi, eccleſia eſt: aduerſus quã ſæpe cõſurgit rex magnus diabolus, non quòd magnus ſit, ſed quo magnum ſe eſſe iactet: & circũdat eam obſidione ſiue perſecutionis, ſiue alio anguſtiarum genere. Et inuenit in ea uirum pauperem & ſapientem, dñm Ieſum Chriſtum, qui pro nobis
2. Cor. 8.b pauper factus eſt: & eſt ipſa ſapiẽtia, & ille uir pauper liberat urbem in ſapientia ſua. Quotiens uidemus ſedentem leonem in inſidijs cũ diuitibus, hoc eſt cum ſenatoribus & principib. huius ſeculi & aduerſus eccleſiam moliẽtem,
D pauperis iſtius ſapiẽtia corruiſſe? Cumq; pauper hic uicerit & urbs paci fuerit reſtituta: uix aliquis eius meminit, uix illius mandata conſiderat: ſed totos ſe luxuriæ & uoluptatibus concedentes quærunt diutias quæ in neceſſitate non liberant. b ¶ *Et dixi ego, etc.*] Quanq; nullus meminerit ſapiẽtis pauperis illius cum læta ſint omnia, ſed uniuerſi diuitias & potentiam admirentur: Ego tamen ſecundum omnes interpretationes magis honoro contemptam ſapientiam, & uerba quæ nullus audire dignatur. c ¶ *Verba ſapientium in quiete audiuntur, etc.*] Quemcunq; uideris in eccleſia declamatorem, & cum quodam lenocinio ac uenuſtate uerborũ excitare plauſus ac riſus excutere, audientes in affectus lætitiæ concitare: ſcito ſignum eſſe inſipientiæ, tam eius qui loquitur quàm eorũ qui audiunt. Verba quippe ſapientium in quiete & moderato audiuntur ſilentio: qui uerò inſipiens eſt, quamuis ſit potens & clamorẽ ſiue ſuæ uocis, ſiue populi habeat acclamantis, inter inſipientes cõputabitur. d ¶ *Melior eſt ſapientia ſuper uaſa belli, & peccans unus perdet bonitatẽ multam.*] Nunc quoq; ſapientiam præfert fortitudini, & dicit plus eam ualere in prælijs cũ arma pugnantiũ. Quod ſi unus inſipiens fuerit, quamuis paruus & nihil ſit: crebro tamẽ per illius ſtultitiam, opes magnas diuitiasq; ſubuerti. Quia uerò in Hebræo poteſt legi: Et qui peccat unũ, perdet bonitatem multam, etiam ſic ſentiendum eſt: quod propter unum

peccatū, multæ iustitiæ retro pereant: & inuicem se uir-
tutes sequi: & qui unā habuerit, habere omnes: & qui
in uno peccauerit, eum omnibus uitijs subiacere.

Caput X

Mvscæ morituræ, etc.] Exemplum superioris sensus
dedit, in quo ait: per unum stultum multa bona
subuerti: quod sic malus mixtus bonis cō-
taminet plurimos: quō muscæ si morian-
tur in unguento perdant odorē illius & sa-
porē. Et quia sæpe calliditati mixta est sapi-
entia, & habet malitiam prudentia: præ-
cipit ut sapientiā simplicem requiramus:
mixtaq; sit cum innocēna columbarū: pru-
dentes simus ad bonū, simplices autē ad
malū. Et est sensus. Iusto enim cōuenit ha-
bere parū simplicitatis, & ꝓpter nimiā pa-
tientiā dum ultionē reseruat deo, stultū ui-
deri, cū statim se uindicante sub uelamento
prudētię exercere maliciam. Aliter: Muscæ
B quæ secundū Esaiā principant parti fluminis Aegypti,
Esa. 7.c perdūt olei suauitatē: in unoquoq; credentiū relinquē-
tes immunditiæ suæ odorē atq; uestigia. Ab his muscis
Mat. 12.b etiam princeps appellatus est dæmoniorū Beelzebub,
qui interpretat, aut idolū muscarū, aut uir muscarū, aut
habens muscas. *b* ¶ *Cor sapientis, etc.*] Et in euangelio
Mat. 6.d præcipit, ut nesciat sinistra quid faciat dextera sapiētis.
Ibid. 5.f Et quando percutimur in maxillā dexterā, non iube-
mur sinistrā genā præbere percutienti, sed alterā dexte-
ram. Iustus enim sinistrā in se non habet, sed totū in eo
Mat. 25.c dextrū est. Et cū ad iudicandū saluator uenerit agni sta-
bunt à dextris, hœdi uerò à sinistris erunt. Et in Prouer-
Prou. 4.d bijs scribitur: Dextras uias nouit dñs: quæ autē peruer
sæ sunt, à sinistris sunt. Qui ergo sapiens est, semper de
futuro seculo cogitat quod ducit ad dextrā. Qui uerò
insipiēs est, de præsenti quod positū est in sinistra. Quæ
quidē sequutus idē philosophus & Poeta, ait: Dextera
quæ magni Ditis sub mœnia ducit, Hac iter Elysiū no-
bis, at læua malorū Exercet pœnas, & ad impia tartara
mittit. Firmianus quoq; noster in præclaro institutio-
num suarū opere y literæ meminit: & de dextris ac si-
nistris, hoc est de uirtutibus & uitijs plenissimē disputa
uit. Nec putemus huic sententiolæ illud esse cōtrariū, in
Prou. 4.d quo dicitur: Ne declines in dexterā neq; in sinistrā: Hic
enim pars dextera pro bono accipit: ibi uerò non tam
dextera q̄ declinatio dextræ accusat: ne plus sapiamus
q̄ sapere nos necesse est: quia uirtutes in medio sunt, &
nimietas omnis in uitio est. Sequentis autē uersiculi in
quo ait: Sed & in uia cum stultus ambulat, cor eius in-
diget & dicit: omnis insipientia est siue insipiens, hic est
sensus: Stultus ut ipse peccat, sperat omnes peccare simi-
liter, atq; ex suo ingenio uniuersos iudicat. Denicq; Sym
machus ita interpretatus est: Sed & in uia stultus cum
ambulat, ipse insipiens, suspicat de omnibus quia stul-
ti sunt. Lxx. uerò aliū fecere sensum quo dicerent: Om-

Caput X

Mvscæ moriētes perdūt suauitatem unguenti. Preciosior est auro
sapientia. Paruaq; gloria, ad tempus stultitia. Cor sa-
pientis in dextera eius, & cor
stulti in sinistra illius. Sed
& in uia cum stultus ambu-
lat, cor eius minuitur: & di-
cit, omnis insipiens est. Si
spiritūs habentis potestatē
ascenderit super te, locum
tuum ne dimiseris, quia sa-
nitas requiescere facit pecca-
ta magna. Est malū quod uidi sub sole quasi ignorātia
egrediēs à facie potētis, dari
stultū in sublimitatib. magnis & diuites in hūilitate se-
dētes. Vidi seruos in eqs, & princi-
pes ambulātes quasi seruos super terrā. Qui fo-
dit foueā, incidet in eam: & qui diffipat sepē mordebit
eū serpēs. Qui subtrahit lapides, dolebit in eis: & q
scindit ligna, periclitabit in eis. Si retusum fuerit ferrū:
& hoc nō ut prius, sed con
turbatū fuerit, uirtutibus
corroborabit, et reliquum
fortitudinis sapientia est. Si
mōmorderit serpens in si-
lentio, non est amplius ha-
benti linguam. Verbā oris
sapiētis gratia, & labia insi-
piētis præcipitabūt eū. Ini-
tiū uerborū stulti insipien-
tia, & nouissimū oris eius
error pessimus. Et stultus
multiplicat uerba. Ignorat
homo quid sit, quod factū
est: & quod futurū est post
eum, quis annunciabit ei?
Labor

Eccli. 3.b A cū supiorib. æstimāt esse iūgēdū: ut ipse sit potēs, de quo
ante hos uersus dicit: Si spiritus habētis potestatē ascen-
derit super te, locū tuū ne dimiseris. Nō simus itaq; tri-
stes, si in hoc seculo humiles esse uideamur: scientes à fa-
cie diaboli stultos subleuari, & diuites deijci: seruos in-
signia habere dñorū,
& principes seruorū
ingredi utilitate. No-
tandū aūt q̄ & hic e-
quus in bonā partē
accipit, ut ibi: Et equi
tatio tua salus. *a*
¶ *Qui fodit foueam, etc.*]
Ex parte simplex, &
ex parte mysticus in-
tellectus est. Siquidē
Eccli. 27.d & alibi ipse Salomon
ait: Qui statuet laque
um, capiet in illo. Et
in psalmo septimo:
Lacū aperuit, & effo-
dit eū, & incidit in fo
ueā quam fecit. Sepis
aūt maceriæq; euul-
sio, ecclesiastica dog-
mata sunt, & institu-
tio ab apostolis pro-
phetisq; fūdata: quæ
qui dissoluerit & uo-
luerit prætermittere: in eo
ipso quo negligit, à
Amos 9.a serpente percutit. De
quo serpente & in A-
mos scriptū est: Si de
B scēderit in infernum,
mandabo serpenti, &
Zach. 9.d mordebit illud. *b*
Qui subtrahit, etc.] Vo
luunt & in Zacharia
sancti lapides sup ter
rā. Nō em̄ firma in ea statione cōsistūt, sed prætereūt: &
semp ad altiora nitēres, hinc abire festinat. De his uiuis
lapidib. & in Apocalypsi urbs saluatoris extruit: & ec-
clesiā ædificari Apostolus nō tacet. Si qs ergo hæretica
arte peruersus de ecclesiæ ædificio istos abstulerit lapi-
des: unde & signāter Aquila & Symmachus ꝓ eo quod
nos posuimus: Qui subtrahit lapides, dolebit in eis, di
xerunt: Qui transfert lapides, dilacerabit in eis: postea
tormenta patiet. Quia uero absolute scriptura ait: Qui
subtrahit lapides, siue qui transfert lapides, & nō adie-
cit, bonos siue malos: propterea & ecōtrario intelligen
Leuit. 14.f dum, q̄ ecclesiasticus uir, episcopus uidelicet & presby
ter: si iuxta mandatū Leuitici, de leprosa domo lapidē
abstulerit, in cinerem & puluerē conterendum: dolebit
Rom. 12.d *2 Cor. 11.g* in eo ipso quod de ecclesia Christi lapidē auferre cogit:
dicens secundū Apostolum: Flere cum flentibus, luge-
re cū lugentibus. Et: Quis infirmat, & ego nō infirmor:
quis scandalizat, & ego nō uror? Ligna quoq; scindēs,
periclitabitur in eis. Hæretici ligna infructuosa sunt, &
saltus absq; utilitate pomorū. Vnde & in tēplo dei pro
hibetur plantari nemus: & uana foliorum, id est uerbo
rum tantū sonantiū spernuntur umbracula. Quamuis
igitur sit prudēs & doctus uir, qui gladio sermonis sui
hæc ligna conscindat: periclitabit in eis, nisi diligenter
attenderit: maxime si ei quod sequit, acciderit. Si retu-
sum fuerit ferrū, & faciē eius turbauerit: id est, si dispu-
tatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumē habuerit
ingenij, quo cōtraria quæq; desecet, sed principale cor-
dis eius hebetetur, in partē transibit aduersam, & con-

firmabit eū fortitudo peruersa. Hoc em̄ est quod Lxx. C
interpretes transtulerunt: Et fortitudine confortabit & superflua roboratus sapiētia, incipiet, inquit, fortitudi-
nem habere & sapientiā quæ superflua est, & non adiu-
uat possidentē. *c* ¶ *Si retusum fuerit, etc.*] Si se, inquit,
aliquis uiderit per ne-
gligentiā amisisse scie-
tiam scripturarum: &
acumen ingenij eius
fuerit obtusum: & cō-
turbatus nequaquā
manserit, qualis esse
iam cœperat: Euenit
quippe interdum, ut
cum modicū scientiæ
quis habuerit, elatus
in superbiā, discere
desistat & legere, &
paulatim ex eo quod
nihil ei addit, subtra-
hat, & uacuū discipli-
nis pectus remaneat,
ferrūq; quod acutū
fuerat, hebetet: ociū
enim & desidia quasi
quędā rubigo sapien
tiæ est. Si igitur quis
hoc passus fuerit, nō
desperet remediū sa-
nitatis, sed uadat ad
magistrū, & rursum
instruat ab eo, & post
laborē & industriā su
dorēq; nimiū, uale-
bit sapientiā recipere D
quā amiserat. Hoc est
quod in Hebræo si-
gnificantius dicitur:
Et fortitudinibus cor
roborabit: id est labo
re, & sudore, & industria, & quotidiana lectione sapien
tiam consequtur, & fortitudo ipsius habebit hunc fi-
nē, ut accipiat sapientiā. *d* ¶ *Si momorderit serpens, etc.*]
Simplex hic sensus est: Serpens & detractor æquales
sunt. Quomodo enim ille occulte mordens, uenenū in
serit: sic iste clām detrahens, uirus pectoris sui infundit
in fratrē, & nihil habet ā serpēte amplius. Cum em̄ lin-
gua hominis ad benedicendū deū, & ædificationē pro
ximi sit creata, ille eā serpēti æqualē facit: dum uirtuti-
bus eius in peruersum abutit. Aliter: Si quem serpens
diabolus occulte momorderit, & nullo consciō eū pec
cati ueneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, & nō
egerit pœnitentiā, nec uulnus suū fratri & magistro uo
luerit confiteri, magister qui linguā habet ad curandū,
facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægro-
tus uulnus medico confiteri quod ignorat, medicina
non curat. *e* ¶ *Verba oris, etc.*] Stultitia, si sua esset ru-
sticitate contēta, minus aliquid haberet mali. Nunc aūt
contra sapientiā bellum gerit, & quicquid prudentiæ
in docto uiro uiderit, zelo stimulata nō recipit. Loqui-
tur enim uir sapiens uerba scientiæ, uerba gratiæ, quæ
utilitatem possunt præbere audientibus, & aures stulti
non ita suscipiunt quæ dicuntur ut dicta sunt, sed econ
trario uirum prudentē supplantare conantur, & sui si-
milem facere. Et reuera præcipitatur uir sapiens, quan-
do in aurem loquitur imprudētis, & uerba eius in pro
fundo (ut ita dicam) gurgite pereunt. Vnde beatus ille
est, qui in aurē loquitur sapientiū. *f* ¶ *Initium uer. etc.*]
Adhuc ei de stulto disputatio est, cuius labia præcipitāt

A sapientiē, siue iuxta aliam interpretationē, stultū ipsum corruere facit. Initiū sermonis eius & finis stultitia est & error pessimus, siue ut Symmachus trāstulit, tumultus, & quædā uerborū incōstantia: dū nō manet in sententia: sed putat in multiplicatione sermonū effugere peccatū se posse. Cū ēm nec præteritorū meminerit, nec futura cognoscat, & ignorātiæ tenebris uoluitēr, falsam sibi scientiā repromittēs: in eo doctū se putat esse & sapientē, si uerba multiplicet. Potest hoc & de hæreticis accipi, q̄ prudentium uirorū dicta nō capiūt, sed se ad disputationes contrarias præparātes, & initiū & finē loquēdi uanitate, cū multo errore cōuoluūt: & cū nihil sciant, loquunt̄ plura q̄ norūt. *a ¶ Labor stultorū, etc.*] Cū superioribus. etiā hos iunge

Labor stultorū affligit eos qui nesciunt ire in ciuitatē.

Labor stultorū affligit eos qui nesciunt in urbē pergere.

uersiculos, aut gn̄aliter de omnib. stultis qui ignorant deū, aut specialiter de hæreticis disputationibus. Lege Platonē, Aristotelis reuolue uersutias: Zenonē & Carneadē diligētius intuere, & probabis uerū esse quod dicitur: Labor stultorū affligit eos. Veritatē illi quidē omni studio quæsierūt: sed quia nō habuerūt ducē, & prēuiū itineris, & humanis sensibus rati sunt se cōprehendere posse sapientiā, ad ciuitatem minime peruenerūt.

B

Psal. 72.c De qua in psalmo dicit: Dñe in ciuitate tua imaginē ipsorū dissipabis. Omnes enim umbras & diuersas imagines atq̄ personas, quas sibi in uarijs dogmatibus induerunt, in urbe sua dñs dissipabit. De qua & alibi scribit: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et in euāgelio, Non potest ciuitas abscondi supra montē posita. Et in Esaia: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Si quidē hanc ueritatis & sapiētiæ ciuitatē cum firma sit & robusta, omnes sapientes seculi & hæretici impugnare conant̄. Et quod de philosophis diximus, hoc idē & de hæreticis sentiendū, q̄ frustra laborēt & affligant̄ in studio scripturarū, cum ambulent in deserto, & ciuitatem inuenire non ualeāt. De quorū errore & Psalmista commemorat, dicens: Errauerūt in deserto & in inaquoso, uiam ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. *b ¶ Væ tibi terra, etc.*] Videt̄ quidem reprobare iuuenū principatū, & luxuriosos iudices condemnare: q̄ in altero per ætatē sit infirma sapientia, in alijs matura ætas delicijs enerue tur. Et econtrario principem probare bonis moribus, & liberaliter institutū: & eos iudices prædicare, qui nequaquā uoluptatem negocijs ciuiū præferant, sed post multum laborē & administrationē reipublicæ, cibum capere quasi necessitate cogātur. Verum mihi sacratius quid latere uidetur in litera, quod iuuenes dicātur in scriptura, qui à ueteri autoritate desciscunt, & cana præcepta parentum contemnunt: qui neglecto dei mandato, cupiunt statuere traditiones hominū. De quibus &

Esa. 8.b in Esaia Israeli dñs cōminatur: eo q̄ noluerit aquam Siloe quæ uadit cum silentio, & ueterē piscinā auerterit, eligens sibi fluenta Samarię, & gurgites Damasci. Et dabo, inquit, iuuenes principes eorū, & illusores dominabuntur eis. Lege Daniel, uetustum dierum inueniesdeum. Lege Apocalypsim Ioannis, & caput saluatoris

Dan. 7.b

Apoc. 1.c

candidum ut niuē, & quasi lanā album reperies. Hieremias quoq̄ quia sapiens erat, & cani eius in sapiētia reputabantur, prohibet iuuenē esse se dicere. Væ ergo terræ cuius est diabolus rex, qui semper nouarū rerū cupidus, etiā in Abessalon aduersus parentē rebellat, quæ iudices & principes eos habet, qui amant huius seculi uoluptates. Qui antēq̄ dies mortis adueniat, dicunt: Manducemus & bibamus, cras ēm moriemur. Ecōtra beata terra ecclesiæ, cuius rex est Christus filius ingenuorum: de Abrahā, Isaac, & Iacob, prophetarū quoq̄ & sanctorum omnium stirpe descendens quib. peccatū non fuit dominatum: & ob id uere fuerunt liberi: ex quibus nata est uirgo liberior sancta Maria: nullū habens fruticem, nullum germē ex latere, sed totus fructus eius erupit in

C

Hier. 1.c

Esa. 22.d

florem, loquentem in Cantico canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium. Principes quoque eius sunt apostoli & omnes sancti, qui regem habent filium ingenuorum, filium liberæ: non de ancilla Agar, sed de Saræ libertate generatum. Nec comedunt mane nec uelociter. Non enim in præsenti seculo quærunt uoluptatem, sed tempore suo manducabunt, cum retributionis tempus aduenerit: & manducabunt in fortitudine, & non in confusione. Omne bonum præsentis seculi confusio est, futuri uerò perpetua est fortitudo. Tale quid & in Esaia dicitur: Ecce qui seruiunt mihi, bona manducabūt: uos aūt esurietis. & iterū: Ecce qui seruiūt mihi, lætabuntur: uos aūt pudebit. *c ¶ In pigritijs, etc.*] Domus nostra quæ cū statu hominis erecta est, & habitatio quā habemus in cœlis, si pigri sumus, & ad bona opera tardiores, humiliabit. Et omnis cōtignatio quæ debet culmē portare in sublime ad terrā corruēs, habitatorē suum opprimit. Cumq̄ auxilium manuū uirtutumq̄ torpuerit, omnes desuper tempestates & nimborum ad nos turbo prorumpit. Porrò quod in homine uno interpretati sumus, melius potest super ecclesia accipi: quod per negligentiam principum, omnis eius corruat altitudo. Et ibi uitiorum illecebræ sint, ubi tegmen putabatur esse uirtutum. *d ¶ In risu faciunt panem & uinum, etc.*] Existimo ex superioribus pendere quod sequitur. In pigritia enim & in socordia magistrorum humiliari ecclesiam: & culmen eius concidere, & tigna perfluī, suprà exposuimus. Nunc ergo de eisdem magistris loquitur. Et quia usus fuerat accusare eos curtacerent, & non uterentur officio magistrorum, & episcopi & presbyteri in ecclesia constituti, non laborarent in sermone & doctrina, quod & Titus commonetur ut faciat, & Timotheo præcipitur, ne gratiam negligat quam per impositionem manuum acceperat, sed et in eo se æstimarēt presbyteros & episcopos, ut salutaria acciperent, & uti præceptores honorē dupliçem quærerent, qui laborātibus in doctrina & sermone deberūt: nunc econtrario accusat eos qui loquūtur quidem in ecclesia & docent populos, sed ea docent quæ populum audire delectet, quod peccatores palpent in uitio, & strepitus concitent audientium. Nonne quando in ecclesia lasciuit orator, & beatitudinem & regna cœlorum

D

1 Tim. 4.d

A rum multitudini polliceāt: uideāt tibi in risu facere panē, & uinū ad lætitiā miscere uiuentiū. Siue q̄ ipsi qui docēt, diuitias, & cibos, & opes per delectabilia promissa conquirāt: siue q̄ ecclesiæ panē, q̄ panis lugentiū est, &

Luc. 6.d nō ridentiū (Beati quippe lugentes, qm̄ ipsi ridebūt) in lætitia gaudioq̄ cōsiciāt. Quod aūt sequitur: Pecuniæ uel argētō obediūt oīa, dupliciter accipiēdum. Vel ipsos doctores postq̄ adulatione ditati sint, regnū in populos exercere. Vel certe quia argentū, p̄ sermone semp accipitur: Eloquia ēm dñi,

Psal. 11.b eloquia casta: argētū igne examinatū, probatū terræ, purgatū septuplū: hoc assequitur, q̄ eloquētiæ & orationi, quæ uerborū sit frōde cōposita, facile uulgus cedat ignobile. Aliter: Qui habēt apud se spōsum, et propterea lugere et ieiunare prohibent̄, in risu faciūt panē. A

In mēte tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia uolucres cœli auferēt uocē tuam: & habens pennas, annunciabit uerbum.

Cap. XI

Mitt̄e panē tuū super faciē aquę, q̄a in multitudine dierū inuenies illū. Da partē septē, & quidem octo: quia nō scis quid futurum malum sit super terram. Si rēpletæ fuerint nubes, imbrem super terrā effundent. Si ceciderit lignū ad austrum aut ad aquilonem quo risu nomē Isaac accepit, & in lætitia uiuentiū uinū præparāt. Omnis itaq̄ uir sanctus qui ut Christus præcipit, magister ecclesiæ est, in risu & lætitia panē facit, &

B uini pocula ministrat in gaudio. Argentū quoq̄ cui obediunt omnia, quinq̄ illa de euangelio & duo & unū

Matt. 25.b patris familias sunt talenta, & decē mnæ, quæ seruis in negociatione credunt̄. *a ¶ In mente tua, etc.*] Simplex præceptū ædificat audiētes, ne ira & furore superati, in maledictū & in detractionē regū & principū prorumpamus: Quia contra spē interdū euenit: ut his quibus malediximus, nunciet: & incurramus periculū immoderatione linguæ. Quod aūt ait: Volucres cœli auferēt uocē tuā: & habēs pēnas, annūciabit uerbū: hyperbolice intelligendū, quomodo solemus dicere: etiā ipsos parietes, quibus cōsciis loquimur, quæ audierint nō cælaturos. Sed melius est sic audire præceptum, ut sciamus nobis esse mandatū: nō solum cōtra Christū temere nihil loquendū, uerū etiā in arcanis cordis, quāuis uarijs tribulationibus coartemur: nihil blasphemū, nihil impiū sentiendū. Et quia dilectionē quā Christo exhibemus, debemus & proximo: Diliges quippe dñm deū tuū, sed & proximū tuum tanq̄ teipsum: etiā nūc iubemur, ne post regē de sanctis quoq̄ facile detrahamus: & eos quos uiderimus sapientia, scientia, uirtutibus q̄ ditatos, linguæ mordacitate rodamus: quia angeli qui

Zach. 1.c terrā circumeunt, & sunt administratorij spiritus: & in Zacharia loquunt̄: Circumiuimus terrā: & ecce omnis terra habitat & silet, & instar auiū nostra uerba & cogitationes ad cœlum perferūt: & quod clam cogitamus, dei sententiā latere nō sinūt. CAP. XI

Mitte panē tuū, etc.] Ad eleemosynā cohortat̄, quod omni petenti sit dandū, & indiscrete faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua seminat, fructū semētis expectat: ita qui largit̄ egennbus, nō granum seminis, sed ipsum panē serit, fœnore quodā multiplicationē illius præstolans: & cū dies iudicij aduenerit, multo amplius q̄ dederat recepturus. Aliter: In

Isai. 7.f quocunq̄ homine illam aquā uideris, de qua dicitur: Flumina de uētre eius fluent aquę uiuę: ne te pigeat panē sapiētiæ, panē rationalē, panē præstare sermonis. Si ēm hoc frequēter feceris, inuenies te nō incassū doctrinarū iecisse sementē. Tale qd & in Esaia dictū puto: Beatus q̄ seminat super aquā, ubi bos & asinus nō calcant. Quod ille magister beatitudine dignus habeat̄, qui super irriguū pectus seminat audientiū, tā ex Iudæis q̄ ex gētiū populo congregatū.

C

Esaiæ 2.d

c ¶ Da partē, etc.] Et in Ezechiele septē & octo gradus ad templi leguntur ascēsum. Et post ethicū illū psalmū, id est centesimū octauum & decimū, quindecim gradum psalmi sunt: per quos primum eruditmur in lege: & septenario numero expleto, postea per ogdoadem ad euāgeliū scādimus. Præcipit ergo ut in utrūq̄ instrumē tū, tā uetus scilicet q̄ nouū, pari ueneratione credamus. Iudæi dederunt partē septē, credētes sabbatū: sed

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui nō maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt uocē tuā, et qui habēt pēnas, annūciabunt sententiam. Cap. XI

Mitte panē tuū super transeūtes aquas: q̄a post tempora multa inuenies illum. Da partes septē, necnō & octo, q̄a ignoras quid futurū sit mali super terrā. Si repletæ fuerint nubes, imbrē super terram effundent. Si ceciderit lignū ad austrum, aut ad aquilonem non dederunt octo, resurrectionē diei dominicę denegantes. Econtrario hæretici, Marcion & Manichæus, & omnes qui ueterē legem rabido ore dilaniāt: dant partem octo, suscipientes euangeliū, sed candē septenario numero nō tribuunt, legē ueterē respuētes. Nos igitur utriq̄ instrumento credamus. Non enim possumus dignos cruciatus, dignamq̄ pœnā iam nunc mēte cōprehendere: quæ reposita est his qui uersant̄ in terra, Iudæis atq̄ hæreucis, è duobus alterū denegantibus. Hebræi ita hunc locū intelligūt: Et sabbatū & circumcisionē seruā: ne si hoc forte non feceris, inopinatū tibi superueniat malum. *d ¶ Si repletæ, etc.*] Serua mādata quæ tibi superius sunt præcepta, ut nubes super te effundant imbrē suū. Vbicunq̄ enim tibi locū præparaueris, futuramq̄ sedē, siue ad austrū, siue ad boreā: ibi cum mortuus fueris, permanebis. Aliter: Proptrea suprà diximus, Mitte panē tuū super faciē terræ, & omni petēti tribue: quia & nubes cum plenæ fuerint, diuitias suas mortalibus largiunt̄, & tu quasi lignū, quāuis lōgæuus fis, non eris in perpetuū, sed subita ut uentorū, ita mortis tēpestate submersus: ubicunq̄ ceciderīs, ibi iugiter permanebis: siue te rigidū & trucē, siue clementē & misericordem, ultimū inuenerit tempus. Aliter: Dicitur in Psalmis ad deū: Veritas tua usq̄ ad nubes. Et in Esaia, peccāti deus uineæ cōminatur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrē. Nubes igitur sunt prophetæ, & omnis uir sanctus: qui cum plures in suo corde congregauerit disciplinas, tunc ualebit præcepta pluere doctrinarū, & dicere: Expectet̄ sicut pluuia sermo meus, & effundent̄ super terram imbrem: Ad quam dictum est: Audiat terra uerba oris mei. Quod autem sequitur: Et si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem: in locum ubi ceciderit lignum, ibi erit. Illud de Habacuc sumamus exemplū in quo scribitur: Deus de Theman ueniet, quod alij interpretes ediderunt, deus ab austro ueniet. Et quantum ego existimo, semper in bonam partem accipitur auster. Vnde & in Cantico canticorum dicitur: Exurge aquilo, hoc est, recede & abi, &

Esaiæ 5.b

Abac. 3.a

Cant. 4.d

ueni auster. Lignum igitur quod in hac uita corruerit,

&

A & conditione mortalitatis fuerit inciſum, an peccauit
ante dum ſtaret, & in boreæ parte poſtea ponitur: aut ſi
dignos auſtro fructus attulit, in plaga iacebit auſtrali.
Nec eſt aliquod lignũ, quod aut ad aquilonẽ nõ ſit, aut
ad auſtrũ. Hoc idẽ ſignificat & illud quod ſcriptũ eſt in
Eſaiæ 43.a Eſaia: Dicam aquiloni adhuc, & africo: noli prohibere. Nun
quam enim auſtro & orientali uento præcipit ut adducant: quia
apud alias plagas eſſe eos oportet, qui ad orientẽ et auſtrũ poſt
ea deducantur. Aquilo igitur ad auſtrũ adducit: & africus ad o-
rientem habitatores ſuos. Nec eñ poſſunt proficere, ſi in priſti-
nis ſedibus perſeuerẽt. a ¶ *Qui obſeruat, etc.*] Qui conſiderat
cui benefaciat, & nõ omni petenti ſe tri-
buit: ſæpe præterit eũ
qui meretur accipere.
Aliter: Qui tantũ eo
tempore dei uerbum
prædicat, quo popu-
lus libẽter auſcultat,
& ſecunda aſpirat au
ra rumoris, is ſator
negligens & ignauus
B agricola eſt. In ipſis e-
nim proſperis, dũ ne
ſcimus aduerſa cõſur
gunt. Sed opportune
importune, ſuo teno
re, dei ſermo eſt præ-
dicãdus: nec fidei tẽ-
pore aduerſariarum
nubiũ conſideranda
tempeſtas. De qua in
Prouerbijs dicit: Si-
cut pluuia uehemens & inutilis: ſic qui derelinquunt
ſapientiam, & impietatẽ laudant. Abſcq; conſideratione
ergo nubium & timore uentorum, in medijs tempeſta
tibus ſeminandũ eſt. Nec dicendũ illud tempus cõmo-
dum, hoc inutile: cũ ignoremus quæ uia, & quæ uolun
tas ſit ſpiritus uniuerſa diſpenſantis. b ¶ *Quomodo non
cognoſcis, etc.*] Sicut neſcis uiam ſpiritus & animæ ingre
dientis in paruulum: & ignoras oſsium & uenarũ ua-
rietates in uentre prægnãtis: quomodo ex uili elemẽto
corpus hominis in diuerſas effigies artuſcq; uariatur: et
de eodẽ ſemine, aliud molleſcat in carnibus, aliud dure
ſcat in oſsibus, aliud in uenis palpitet, & aliud ligẽt in
neruis: ita dei opera nõ ſcire poteris, qui factor eſt om-
niũ. Ex quo docet contraria nõ timenda, nec temere de
uentis & nubibus, quas ſuprà diximus, iudicandũ, cũ
ſuo tempore & curſu debeat ſator pergere, & euentum
Rom. 9.c dũi ſentẽtiæ reſeruare. Non enim uolẽtis neq; currẽtis,
ſed dei miſerentis eſt. c ¶ *In matutino, etc.*] Ne eligas cui
benefacias: ſed & cũ benefeceris, nũq; à bono opere de
ſiſtas. Matutinã iuſtitiã ueſper inueniat. Et ueſperi miſe
ricordiã ſolis ortus accumulet. Incertũ eſt enim quod
opus magis placeat deo, ex quo tibi fructus iuſtitię pre
pareť. Poteſt aũt accidere, ut non unũ, ſed utrunq; pla-
ceat deo. Aliter: Et in adoleſcentia & in ſenecta, æquus
nem, in locum ubi ceciderit lignũ, ibi erit. Qui obſer
uãt uentum, nõ ſeminat: &
qui aſpicit nubes, non me-
tet. Quõmodo nõ cogno-
ſcis tu quę ſit uia ſpiritus, &
ſicut oſſa in utero prægnã-
tis, ſic neſcis opera dei qui
facit omnia. In matũtino ſe
mina ſemẽ tuũ: & ad ueſpe
rũ ne dimittas manũ tuã,
quoniã neſcis quid placeat:
aut hoc an illud. Et ſi utrun
que, quaſi unũ bonũ eſt. Et
dulce lumẽ & bonũ oculis
uidere ſolem: quia ſi annis
multis uixerit homo, in o-
mnibus his lætet: & memi-
nerit dies tenebrarũ, quia
plurimæ erũt. Oñe quod
uenturum eſt, uanitas.

Caput XII.

Lætãre adoleſcens in
iuuẽtute tua, & in bo-
no ſit cor tuum in diebus
adoleſcentiæ tuæ, & am-
bula in uijs cordis tui, & in
intuitu oculorũ tuorum.
Et
nem, in quocunq; loco ce
ciderit, ibi erit. Qui obſer-
uat uentũ, non ſeminat: &
qui conſiderat nubes, nun
quã metet. Quomodo ig-
noras quæ ſit uia ſpiritus,
& qua ratione cõpingant
oſſa in uẽtre prægnãtis, ſic
neſcis opera dei qui fabri-
cator eſt omniũ. Mane ſe-
mina ſemẽ tuũ, & ueſpere
ne ceſſet manus tua, qa ne-
ſcis quid magis oriat, hoc
aut illud, & ſi utrunque ſi-
mul, melius erit. Dulce lu-
mẽ, & delectabile eſt ocu-
lis uidere ſolẽ. Si annis mul
tis uixerit homo, & in his
omnib. lætus fuerit: memi-
niſſe debet tenebroſi tẽpo
ris, & dierũ multorũ q cũ
uenerint uanitatis arguen-
tur præterita. Lætare ergo
iuuenis in adoleſcẽtia tua,
& in bono ſit cor tuũ in di
ebus iuuentutis tuæ, & am
bula in uijs cordis tui, & in
intuitu oculorũ tuorum.
&
gamus legem ueterem, ne euangelium contemnamus:
ſic quæramus ſpiritualem in ueteri inſtrumento intelli
gentiam, ne in euangeliſtis & apoſtolis hoc tantum pu
temus ſonare quod legitur. Ignorare enim nos in quo
magis ſciẽtia nobis à deo tribuatur & gratia, felicemq;
eum eſſe qui utrunq; in cõmune ſociauerit, & quaſi u
num corpus effecerit. Quod qui fuerit conſecutus, ui-
debit Chriſtum ſolem iuſtitiæ. Et ſi annis pluribus ui
xerit, in ſumma lætitia & delectatione uerſabit, habens
ſcientiam ſcripturarum: & magis ad hunc laborem re
cordatione futuri iudicij compelletur: quia perpetuũ
tenebrarum tempus aduenit, & æternæ pœnæ præpa-
rabuntur eis qui non ſeminauerunt mane & ad ueſpe
ram, & nequaquam utrunq; ſociauerunt, nec uiderũt
lucem, nec ſolem, unde ipſum lumen egreditur.

CAP. XII

Lætare adoleſcẽs, etc.] In hoc capitulo diuerſa omniũ
explanatio fuit: & tot penè ſententię quot homi-
nes. Vnde quia longũ eſt opiniones omniũ re-
cẽſere, & argumẽta quib. ſentẽtias ſuas approbare uo
luerint, explicare, propè res unius uoluminis eſt, ſuffi-
ciat prudẽtib. ſignificaſſe qd ſenſerint, et quaſi in quadã
breui tabella ſitus pinxiſſe terrarũ: totiuſq; orbis uaſti
tatẽ, & ambitũ Oceani anguſto mõſtraſſe compendio.
Hebræi
tibi labor ſit. Nec dicas: dũ potui, laboraui, debeo in ſe C
nectute quieſcere. Neſcis enim utrũ in iuuentute, an in
ætate lõgæua placeas deo. Nec prodeſt adoleſcẽtiæ fru-
galitas, ſi ſenecta ducat in luxu. In quacunq; eñ die er-
rauerit iuſtus, uteres eũ iuſtitiæ à morte liberare non
poterũt. Quod ſi iux
ta utrancq; interpreta
tionẽ ſemper beneſce-
ris, & omni ætate
æqualem curſum ha-
bueris, uidebis deũ
patrem dulciſſimum
lumen: uidebis Chri
ſtum ſolẽ iuſtitię. Por
rò & ſi multis annis
uixeris, & omnia bo
na habueris: uel bo-
na opera ppetraris,
& ſcieris te ſemper eſ-
ſe moriturũ, & ante
oculos tuos tenebra-
rum ſemper uerſetur
aduentus: præſentia
quaſi fluxa, fragilia,
& caduca cõtemnes.
Symmachus finẽ hu
ius ſententiæ ita inter
pretatus eſt: Si annis
multis uixerit homo,
& in omnibus his læ
tatus fuerit, recorda-
ri debet & dierũ tene
brarũ, quia multa e-
runt, in quib. omni-
bus uenire eſſe deſi- D
nere. Aliter: Repro-
mittit in alio ſcriptu-
ræ loco deus, dicens:
Dabo uobis pluuiã Deu. 11.b
temporaneã & ſeroti
nam: Vetus ſcilicet te
ſtamentũ & nouũ, &
utroq; uos imbre ir-
rigabo. Vnde & nũc
admonemur, ut ſic le

A Hebræi ad Iſrael æſtimãt pertinere mandatũ: cui præci-
pit, ut fruat diuitijs ſuis anteq; ei captiuitatis tẽpus ad-
ueniat: & adoleſcentiã ſenectute cõmutet: quicquid de-
lectabile uel iocundũ tã cordi q̃ oculis apparuerit: eo
dũ in prõptu eſt, abutat: ita tamẽ ut ſe nouerit in omni-
bus iudicandũ, & tã
cogitatiões malas q̃
libidines fugiat: ſciẽs
ſtultitiã adoleſcentiæ
copulatã: recordetq;
ſemper creatoris ſui,
anteq; ueniat dies Ba
byloniæ ac Romanæ
captiuitatis, in quib.
nõ poterit habere uo
luptatẽ. Et totũ hunc
locũ ab eo qd̃ ait: An
teq; tenebreſcat ſol, &
luna, & ſtellæ, uſq; ad
eum locũ in quo ſcri-
ptura cõmemorat: Et
conuertẽt puluis in
terrã ſuã ſicut erat, &
ſpiritus reuertẽt ad
dñm qui dedit illũ, ſu
per ſtatu ſuæ cõditio-
nis explanãt. quæ qa
ut ſuprà diximus, la-
cinioſa ſunt & proli-
xa, ſtrictim à nobis
breuiterq; tangẽtur.
Lætare ergo in iuuẽ-
tute tua ô Iſrael, & fac
illa uel illa, de quib. iã dictũ eſt, anteq; captiuitas adue-
B niat, et à te tuus honor recedat et gloria: et iudices et ſan
cti tui, quos in ſole, & luna, & ſtellis intelligi uolũt, aufe
ranť à te: Anteq; ueniat Nabuchodonoſor, ſiue Titus
Veſpaſiani filius, accitus à prophetis, & corũ uaticinia
cõpleant. In die qua angeli tẽpli præſides recidẽt, & tur
babunť robuſtiſſimi quiq; in exercitu tuo, & otioſa e-
rũt eloquia magiſtrorũ, & propheræ q de cœlis ſolebãt
uiſionũ ſuarũ lumẽ accipere, cõtenebreſcent, qñ clau-
dent tẽpli ianuæ, & humiliabit Hieruſalẽ, & Chaldæus
Hier. 9.c ueniet quaſi cãtus uolucris: ita Hieremiæ uocibus pro
phetatus: & cõticeſcẽt filiæ cãtici in tẽplo pſallentiũ cho
ri: illo tempore qñ aduenientes Hieroſolymã: ipſi quoq;
Eſaiæ 37.8 hoſtes dei pertimeſcẽt magnitudinẽ, & in uia dubij, Se-
nacherib interitũ formidabũt. Hoc enim dictũ putãt, &
Hier. 48.c ab excelſo timebũt & formidabũt in uia. In illis diebus
florebit amygdalũ: ille baculus & uirga quã Hieremias
in propheuę ſuę uidit exordio: & impinguabit locuſta
Nabuchodonoſor cũ ſuo exercitu, & diſsipabit cappa
ris, amicitia dei cũ Iſrael. Quid ſibi aũt uelit capparis,
cũ de ſingulis cœperimus dicere, plenius explicabitur.
Hoc aũt totũ euenit Iſraeli: quia abiturus eſt homo in
domũ æternitatis ſuæ, & à præſidio dei ad cœleſtia re-
uerſurus: quo abeũte in tabernaculũ ſuũ, circũeunt in
platea plangẽtes atq; flentes, & hoſtiũ obſidione ualla-
ti. Lætare ergo Iſrael in iuuentute tua anteq; rumpat fu
niculus argenteus, hoc eſt, donec gloria ueſtra uobiſcũ
eſt, anteq; recurrat uitta aurea: id eſt, anteq; arca teſta-
menti auferat: priuſquã cõterat hydria ad fontẽ, & con
uoluat rota ſup lacũ: id eſt, donec intra ſancta ſanctorũ
præcepta legis & ſancti ſpiritus eſt gratia, & anteq; re-
uertaris in Babyloñ, unde in lumbis egreſſus es Abra
hæ: & incipias in Meſopotamia cõteri, unde quondam
profectus es, omniſq; gratia prophetiæ, qua quõdam
fueras inſpiratus, reuertatur ad datorem ſuum. Hæc lu
dæi uſq; hodie diſſerũt, & ad perſonã ſuam intelligen-
tiam huius capituli trahũt. Nos aũt ad ſuperioris diſpu C
tationis ordinẽ reuertẽtes, ſingula conabimur expla-
nare. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, &c. Dixerat lu
cẽ mũdi huius eſſe dulciſſimã, & lætari debere hominẽ
in dieb. uitæ ſuæ, omniq; ſtudio carpere uoluptatẽ: In-
gruere eñ nocẽ mor
tis æternã, qñ nõ lice-
at perfrui cõgregatis,
& quaſi umbrã uni-
uerſa quæ habuimus
pertrãſire. Nunc aũt
hominẽ cohortať, &
dicit: O adoleſcẽs an
tequã tibi ſenectus &
mors ingruat, lætare
in iuuẽtute tua, & qc
qd tibi corde bonũ,
aſpectu iocundũ ui-
deť, aſſume, fruere, ut
libet mundi reb. Rur
ſum ne putaret hæc
dicẽs, hominẽ ad lu-
xuriã, puocare, & in
Epicuri dogma cor-
ruere, ſuſpicionẽ hãc
abſtulit inferens. a
¶ *Et ſcito, etc.*] Sic, in-
quit, abutere mundi
rebus, ut ſcias te in ul
timo iudicãdũ. b ¶ *Et
repelle iram, etc.*] In ira
oẽs perturbationes
animi cõprehẽdit: in
carnis malicia uniuerſas ſignificat corporis uolupta-
tes. Sic ergo, inqt, bonis ſeculi huius fruere, ne aut deſi D
derio aut carne delinquas. Relinque antiqua uitia, qui
bus in adoleſcẽtia tua uanitati ſtultitiæq; ſeruiſti, quia
iuuẽtus inſipiẽtiæ copulata eſt. c ¶ *Et memento, etc.*] Sem
per memẽto creatoris tui, & ſic adoleſcẽtiæ tuæ uiã gra-
dere, ut mortis ultimæ recorderis: Anteq; tibi tẽpus ad
ueniat, quo triſtia quæq; ſuccedãt. d ¶ *Antequã obten.
etc.*] Si de gñali cõſummatione mũdi accipimus, uer-
bis dñi hoc capitulũ cõgruit, in quib. ait: Erit tribulatio Matt. 24.b
magna & anguſtia, qualis non fuit ab initio creaturæ:
ſed neq; fiet. Sol eñ tenebreſcet, & luna nõ dabit lumẽ
ſuũ, & ſtellæ cadẽt de cœlo, & uirtutes cœlorũ cõmoue
buntť, quæ ſunt cuſtodes domus, ita ut domus intelli-
gaťhic mũdus: uiri uero fortes errore decepti, & diſsi-
pãdę cõtrarię fortitudines. qd̃ ſi ſpecialis uniuerſuſq;
cõſummatio ad uitæ huius finẽ referť, & ſol, & luna, &
ſtellæ, & nubes, & pluuiæ ei eſſe ceſſabũt q mortuus ſue
rit. Aliter: Lętare adoleſcẽs, ô populę Chriſtiane, & frue
re bonis quę à deo tibi cõceſſa ſũt, & in his omnib. ſcito
te à dño iudicãdũ. Nec putes qa priores rami fracti ſũt,
& tu inſertus es in radicẽ bonæ oliuæ, idcirco te eſſe ſe-
curũ: ſed aufer irã à corde tuo, et à corpore tuo uolupta
tes: & cæteris uitijs derelictis, memẽto creatoris tui, an-
teq; tibi dies malicię aduenias & inſanabilis, in qua pec
canub. pœnę ſunt pręparatæ: ne cũ peccaueris, occidat
tibi ſol iuſtitiæ meridie: & ſciẽtiæ lumẽ intereat, & ſplen
dor lunæ, id eſt eccleſiæ ſubtrahať, & ſtellæ occidant, de
quibus ſcriptũ eſt: In quibus lucetis ſicut luminaria in Philip. 2.b
hoc mũdo, rationẽ uitæ habentes. Et alibi: Stella à ſtella 1 Cor. 15.c
differt in claritate, Antequã reuertãtur nubes poſt plu-
uiã: ne propheræ q corda credentiũ ſuo ſermone ſuiſq;
pluuijs irrigant, poſtquã te imbre ſuo indignũ eſſe per
ſpexerint, reuertantur ad ſedem ſuam ad eum ſcilicet à
quo miſſi ſunt. e ¶ *In die quo com. etc.*] Cuſtodes do-
mus, aut ſol intelligitur & luna, & reliquus aſtrorum
chorus

A chorum, aut angeli qui huic mundo præsident. Viri uero fortissimi, siue fortes, ut interpretatus est Symmachus, qui pernoctant: siue ut Aquila, qui trāstulit, errabūt, dæmones semper, à forti diabolo etiā ipsi fortiū sortiti uocabulū. Quē superās dās & ligās, iuxta euāgelij sententiā, uastat domū eius. Aliter: Custodes domus, q̄ ad corpus hominis referūt cuncta quæ scripta sunt, cōstat significari posse, q̄ ab ipsis intestina uallent, & tota uētris mollitudo seruet. Viros uero fortes, crura æstimāt. Solē & lunā & stellas, ad oculos, aures, nares, & totius capitis sensus coaptant. Hoc aūt ideo, quia inferius necessitate cogunt: nō de angelis & dæmonibus, sole & luna & stellis, sed de hominis membris intelligere quę sequunt. a ¶ *Et cessabūt molentes, etc.*] In consummatione mundi cum refrixerit charitas multorū, & imminutæ fuerint animæ magistrorū, quæ possunt cœlestē cibū præbere credentibus, translatæ in cœlestia, tūc incipiēt hi qui ex parte in hoc mūdo intuebant lumē sciētiæ in uolui tene
Exo. 33.d bris. Si enim Moysi dicit: Ponā te in foramine petræ, &
B sic posteriora mea uidebis: quāto magis unaquæq; anima per foramen & quasdā tenebrosas cauernas alpicit
Matt. 24.d ueritatē? Aliter: Duæ molentes sunt, ex quibus unā recipi, & alterā relinqui, euangeliū nō tacet. Quę cū imminutæ fuerint atq; cessauerint, necesse est ut omne lumē sciētiæ auferat ex oculis. Aliter: Cessare molentes, quia imminutę sint, de dentibus dictū putāt. Quod cū extrema senectus aduenerit: dentes quoq; aut atteruntur, aut decidūt, de quib. moliti cibi in aluū trāsmittunt. Tenebrescere aūt uidentes in foraminibus, oculos arbitrantur: q̄ ætate confectis caliget acies, & intuitus obscuret. b ¶ *Et claudent ostia, etc.*] Cum uox molentis fuerit infirmata, & magistrorū doctrina cessauerit, consequenter cessabūt omnia: inter quæ & ostia claudent in platea, ut iuxta fatuas euāgelij uirgines, unusquisq; habeat clausas suæ plateæ ianuas, & illæ oleū emere nō possint. Vel certe fatuis uirginib. circūeuntibus in platea, claudent cubiculū sponsi quę cum eo intrauerint. Si enim arta & angusta uia est quæ ducit ad uitā, & lata & spaciosa uia est quæ ducit ad mortē: recte refrigerata charitate multorū, ostium doctrinarū clauditur in plateis. Sequenti aūt uersiculo in eo quod ait: Et cōsurget ad uocē uoluc
ris, siue passeris: utimur in tempore, si quando uideri mus peccatorē ad uocē episcopi siue presbyteri per pœnitentiā cōsurgentē. Potest quoq; hoc extraordinarie, tametsi contextū capituli nō sequamur, & de ultima resurrectione accipi, quādo ad uocē archangeli resurgēt mortui. Nec mirandū si angeli tubam passeri compare mus, cum omnis uox ad Christū cōparata sit tenuis. Et quantū ego possum animo recordari, nunq̄ passerē in malā partē legisse me noui. Loquit in decimo psalmo iustus: In dño confido, q̄o dicitis animæ meæ, trans
Psal. 101.b migra in montē sicut passer. Et alibi: Vigilaui, & factus
Ibid. 83.a sum sicut passer solitarius in tecto. Necnon & in alio loco: Etenim passer inuenit sibi domū. Aliter: Clausas in plateis ianuas, infirmos senis gressus accipi uolūt: q̄ semper sedeat, & ambulare nō possit. Humilitatē aūt uocis molētis, de mandibulis interpretant: q̄ cibū terere nequeat, & uix spiritu coartato, uox eius tenuis audiat. Porrò cōsurgere eū ad uocē uolucris: ostendit q̄ frigescēte iam sanguine & humore siccato, quibus materia soporis alit, ad leuē sonitū cuigilet: noctisq; medio cum gallus cecinerit, festinus exurgat: nequaq; ualēs strato sępius mēbra cōuertere. Obmutescere quoque: siue ut melius habet in Hebræo, surdescere filias carminis, aures significat, q̄ graulor sensū auditus fiat, & nulla inter uoces ualeāt scire discrimina, nec carminib. delectari. Q̄d quidē et Berzellai loquit ad 2 Reg. 19.c
Dauid, nolens trāsire Iordanē. c ¶ *Sed et ab excelsis, etc.*] Id est ardua ingredi nō ualebunt, & lassis poplitibus, ac tremēti uestigio, etiā in plano itinere fluctuātes, offensam gressuū formidabunt.
d ¶ *Et florebit amygdalum, etc.*] Per metaphorā etiā nūc de mēbris hominis Ecclesiastæ sermo est: Quod cū senectus aduenerit, capillus incanuerit, tumuerint pedes, libido refrixerit, & homo morte fuerit dissolutus: tūc reuertet in terrā suā, & in domū æternitatis suę: sepulchrū exequijs quærat celebratis, plangentiūq; funus turba præcedat. Florē aūt amygdali, quē nos pro canis posuimus: quidā sacrā spinā interpretant, q̄ decrescentib. natiū carnibus spina succrescat & floreat. Porrò quod ait: Impinguabit locusta: sciendū ubi in nostris codicib. legit, locusta, in Hebræo scriptū est חֲגָב hagab, q̄ uerbū apud eos ambiguū est. Potest enim ἀκρίδα, & locusta transferri. Quomodo igitur in Hieremiæ principio Hier. 1.b
uerbū שָׁקֵד soced, si uarietē accentus, & nucē significat & uigilias. Et dicit ad eū, quid tu uides Hieremiæ? Et respondit: Baculū nuceū. Et ait dñs ad eū: Bene uidisti, quia uigilabo ego super uerbū meū, ut faciā illud uel illud: Et habet etymologiā nucis, quod uigilaturus sit deus, & retributurus populo quod meret, sermonis occasio est: Ita & nunc, ambiguitas uerbi per etymologiā eius, indicat senū crura tumētia, & podagræ tumoribus præ grauata. Nō quo omnib. senib. hoc fiat, sed q̄ plerunq; accidat, *σινεκδοχικῶς* à parte id quod totū est, appelle tur. In eo uero ubi nos habemus capparim: in Hebræo habet אֲבִיוֹנָה abiona: q̄ & ipsum ambiguū est, interpretaturq; amor, desideriū, cōcupiscentia, uel capparis significat, ut suprà diximus, q̄ senū libido frigescat, & organa coitus dissipent. Hoc aūt ideo: quia hæc uerba ambigua, cū in uocabulis suis, & amygdalū, & locustā, & capparim sonēt, aliud deriuata significāt, & per figurā ad sensus q̄ seni conueniūt, deriuant. Sciendū quoq; q̄ ubi nūc Lxx. interpretes posuerunt τὸ ἀμύγδαλον, ipsum uerbū sit שָׁקֵד soced, quod in Hieremiæ principio est, sed ibi in nucem uersum est, hic in amygdalū. Symmachus nescio quid in hoc loco sentiēs, multo aliter interpretatus est. Ait enim: Super hæc etiā de excelso uidebunt: & terror erit in uia, & obdormiēt uigilantes, & dissoluetur spiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum

A domū æternitatis suæ, & circūibunt in platea plangentes. Cuius interpretationē Laodicenus secutus, nec ludæis placere potest, nec Christianis: dū & ab Hebræis procul est, & sequi Lxx. interpretes dedignat. a ¶ *An tequam rumpatur, etc.*] Reuertit ad superiora, & post grande hyperbatō, quod ab eo loco intericerat, in quo ait: Et memēto creatoris tui, in diebus iuuētutis tuę: antequā ueniant dies malitiæ, & antecē tenebrescat sol & luna, & stellæ, & cætera, in die qua mouebūtur custodes domus: nūc cœptā sententiā simili fine concludit, dicens: Antecē rumpat funiculus argenti, & illud uel illud fiat. Funiculus autē argenti, candidā hanc uitā & spiramē quod nobis de cælo tribuit, ostendit. Recursus quoq; uitæ aureæ animā significat, quæ illuc recurrit, unde descēderat. Porrò duo reliqua quę sequuntur: cōtritio hydriæ sup fontem, & cōfractio rotæ super lacū: per metaB phorā, mortis ænigmata sunt. Quomodo enim hydria quæ conterit, cessat hauire: & rota per quā de lacu & puteis leuant aquæ, si confracta fuerit, siue ut alij interpretes uoluerunt, in suo funiculo cōuoluta, aquæ usus intercipit: ita & cum funiculus argenti fuerit interruptus, & animæ riuus recurrerit ad fontē, interibit homo. Et ut manifestius sequitur, conuertet puluis in terrā suam, unde sumptus est: & spiritus reuertet ad dñm qui dedit illum. Ex quo satis ridendi sunt, qui putant animas cum corporibus seri: & nō à deo, sed à corporū parentib. generari. Cum enim caro reuertat in terrā, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum: manifestū est deū, patrē animarū esse, non homines. Post descriptionē interitus humani, pulchre exordium libri sui repetens ait: Vanitas uanitatū, dixit Ecclesiastes, omnia uanitas. Cum enim cunctus mortalium labor, de quo in toto uolumine disputatū est, huc perueniat, ut reuertatur puluis in terrā suam, et anima illuc redeat unde sumpta est, magnæ uanitatis est in hoc seculo laborare, & nihil profutura conquirere. b ¶ *Et amplius, etc.*] Sapientiam qua præiuit Salomon omne hominū genus, nunc quoq; in fine opusculi sui profitetur, quod non fuerit ueteris legis institutione contētus, sed in profundas se ultro demerserit quæstiones: & ad docendū populum, prouerbia & parabolas composuerit: aliud in medulla, aliud in superficie pollicētes. Prouerbia quippe nō hoc sonare quod scriptū est, etiā in euangelijs edocemur: quod dominus populo in parabolis & prouerbijs sit locutus: secreto autem apostolis dissoluerit ea. Ex quo manifestū est & Prouerbiorū librum, nō ut simplices arbitrant, patentia præcepta: sed quasi in terra, aurū: in nuce, nucleus: in hirsutis castaneārū operculis, abscōditus fructus inquirit, ita in eis diuinū sensum altius perscrutandū. Super hæc addidit causas naturasq; rerum se uoluisse cognoscere, & dei dispositionē & prouidentiam: quare unumquodq; uel quomodo factū sit, scire uoluisse: ut quod Dauid post dissolutionē corporis & animę ad cœlos recursum se sperat esse uisurū, dicēs: Videbo cœlos tuos, Psal. 8.a
opera digitorum tuorum, hoc nūc in præsenti Salomon nisus fuerit inuenire, & ueritatē soli deo cognitam, corporis uallata septo, mens humana comprehendere non potest. c ¶ *Verba sapientum, etc.*] Ne uideretur post legē dei, temerarius subito præceptor erūpere, & sibi uendicare doctrinam: quā Moyses, nō tam sua spōte q̄m deo irascēte primum, dehinc inspirante suscepe
D rat: dicit uerba sua uerba esse sapientiū, quæ in similitudinē stimulorū corrigant delinquentes, & pigros mortaliū gressus, aculeo pungente cōmoueant: sicq; sint firma quasi claui in altū solidumq; defixi: nec autoritate unius, sed consilio atq; consensu magistrorū omniū proferātur. Et ne contemneret omniū sapientia: ait eam ab uno pastore concessam: id est, licet plurimi doceāt, tamē doctrinæ unus est dominus. Facit hic locus aduersus eos, qui alium legis ueteris, alium euangelij existimant deum, quod unus pastor omniū credentiū instruxerit. Prudentes autem tam prophetæ sunt q̄m apostoli. Simul & hoc notandum est, quod dicantur uerba sapientiū pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciuiam, sed erran
tibus, & ut suprà diximus tardis, pœnitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientis. Verba quippe sapientium ut stimuli. Quæ quoniam ad conuersionem prouocant delinquētem, & firma sunt, & à concilio sanctorum data, atq; ab uno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo necdum Paulum, sed adhuc Saulum puto in uia confossum erroris audisse: Durū tibi est calcitrare contra stimulum dei. Act. 9.a
d ¶ *Et amplius ipsis fili mi caue, etc.*] Exceptis his uerbis quæ ab uno pastore sunt data, & à concilio atq; consensu prolata sapientium: nihil facias, nihil tibi uendices: maiorū sequere uestigia, ab eorum autoritate nō discrepes. Alioqui quærēti multa, infinitus librorū numerus occurret: qui te pertrahat ad errorē, & legentē multa, frustra faciet laborare. Vel certe docet

docet breuitati studendum, & sensum magis sectandũ esse quàm uerba, aduersus philosophos & seculi huius doctores, qui suorũ dogmatum falsitates conantur asserere uarietate ac multitudine sermonũ. Econtra scriptura diuina breui circulo coartata est: & quantũ dilatatur in sensibus, tantũ in sermone constringit. Quia consummatũ breuiatumq; sermonem fecit deus super terrã, & uerbum eius iuxta est in ore nostro & in corde nostro. Aliter: Frequens lectio & quotidiana meditatio, animæ solet magis labor esse q̃ carnis. Quomodo enim quicquid manu & corpore fit, manus & corporis labore completur: ita quod ad lectionẽ pertinet, magis est labor mẽus. Ex quo mihi uidetur, superiora de multitudine librorum aliter sentienda quàm plerique existimant. Moris est scripturarum: quamuis plures libros, si inter se non discrepent, & de eadem re scribantur, unum uolumen dicere. Siquidem & euangelium & lex domini immaculata, conuertens animas, singulariter appellantur, cum plura euangelia & multa sint mandata legis. Sic & uolumen in Esaiæ sermone signatum, omnis scriptura diuina est, & uno capitulo libri, Ezechiel Ioannesq; uescuntur. Saluator quoq; omniũ retro sanctorum uocibus prophetatus ait: In capitulo libri scriptum est de me. Iuxta hunc igitur sensum arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris, si ad eum referatur qui in principio erat apud deum, & deus erat uerbum, unum uolumen est: & innumerabiles libri, una lex, unum euangelium nominantur. Quod si diuersa & discrepantia disputaueris, & curiositate nimia huc atq; illuc animum deduxeris: etiã in uno libro, multi libri sunt. Vnde dictum est: Ex multiloquio non effugies peccatum. Talibus igitur libris non est finis. Bonum enim omne & ueritas certo fine concluditur: malicia uero atq; mendacium, sine fine sunt. Et quanto plus requiruntur, tanto maior eorũ series nascitur. Hac in re, studium atq; meditatio, labor est carnis. Carnis, inquã, non spiritus. Habet siquidem & spiritus laborem suum, iuxta illud quod ait Apostolus: Plus autem illis omnibus laboraui: nõ autem ego, sed gratia dei quæ mecum est. Et saluator: Laboraui clamans. ¶ *Finis sermonis uerbi uniuersi, etc.*] Aiunt Hebræi cum inter cætera scripta Salomonis quæ antiquata sunt, nec in memoria durauerunt, & hic liber oblitterandus uideretur, eo quod uanas asserat dei creaturas, & totum putaret esse pro nihilo, & cibum & potum & delicias transeuntes præferret omnibus: ex hoc uno capitulo meruisse auctoritatem, ut in diuinorũ uoluminũ numero putaret, quod totã disputationẽ suã & omnem catalogũ suum hac quasi ἀνακεφαλαίωσει coartauerit, & dixerit finem sermonũ suorũ auditu esse promptissimum, nec aliquid in se habere difficile: ut scilicet deum timeamus, & eius præcepta faciamus. Ad hoc enim natum esse hominem, ut creatorẽ suum intelligẽs, ueneretur eum metu, & honore & opere mandatorũ. Siquidẽ cum iudicij tempus aduenerit: quicquid à nobis gestum est, stare sub iudice, & ancipitem diu expectare sententiã: & unumquenq; recipere pro opere suo siue mali quid gesserit siue boni. Pro eo autẽ quod nos posuimus: De omni abscondito, siue bonum siue malum sit: Symmachus & Lxx. interpretati sunt, de omni contemptu: uel certe de omni ignoratu, quod etiã de otioso uerbo, & non uoluntate sed ignoratione prolato, reddituri sumus rationẽ in die iudicij. Aliter: Quia timor seruorũ est, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in scriptura diuina tam incipientiũ quàm perfectorum duplex appellatur metus: nunc de consummato in uirtutibus metu dici puto secundũ illud: Nihil deest timentibus eum. Vel certe qui adhuc homo est, & necdum nomen dei accepit hanc habet rationem substantiæ suæ, ut in corporibus positus deũ timeat. Quia omne factum, id est omnes homines deus adducet in iudicium super uniuersis quæ aliter quàm ab eo dispositа sunt & dicta senserunt, siue in hanc partem siue in illam. Væ quippe his qui dicunt bonum malum, & malum bonum.

carnis. Finis sermõis uerbi uniuersi, auditu pfacilis est. Deũ time, & mandata eius custodi. Hoc est enim omnis homo: quia omne factum deus adducet in iudicium de omni abscõdito, siue bonũ siue malum sit.

est. Finem loquẽdi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo. cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato: siue bonum, siue malum sit.

DIVI HIERONYMI
commentariorum in Eccle-
siasten finis.

ORIGENIS IN CANTICA CANTICORVM HOMILIARVM IIII PROOEMIVM.

EPITHALAMIVM libellus, id est, nuptiale carmẽ, in modũ mihi uidetur dramatis à Salomone conscriptus: quem cecinit instar nubentis sponsæ, & erga sponsum suum, qui est sermo dei, cœlesti amore flagrantis. Adamauit enim eum siue anima quæ ad imaginem eius facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atq; perfectus sponsus, quibus uerbis usus sit ad coniunctam sibi animam uel ecclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales quoque sponsæ, adolescẽtulæ cum ipsa sponsa positæ, quæ dixerint, quæq; etiam amici ac sodales sponsi: ex eodẽ nihilominus libro qui Cãtica cantícorũ intitulatur cognoscimus. Possibilitas enim data est etiam ipsis amicis sponsi aliqua dicere: ea duntaxat quæ audierant ab ipso sponso, lætantes de coniunctione sponsæ. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa, non solum ad sponsum: sed etiam ad adolescentulas, & rursum sponsi sermo, non tantũmodo ad sponsam, sed etiam ad amicos dirigitur sponsi. Et hoc est quod supra diximus, carmen nuptiale in modum dramatis esse conscriptum. Drama enim dicitur multarum personarum cantilena: ut in scenis agi fabula solet, ubi diuersæ personæ introducuntur, & alijs accedentibus alijs etiam discedentibus, à diuersis & ad diuersos, textus narrationis expletur. Quæ singula suo ordine scriptura hæc continet: totumq; corpus eius, mysticis formatur eloquijs. Sed primo scire nos oportet, quoniam sicut puerilis ætas nõ mouetur ad amorẽ possibilium: ita nec ad capiendum quidẽ uerba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur: illorum scilicet qui lacte in Christo aluntur, non cibo forti, & qui nunc primum rationabile & sine dolo lac concupiscunt. In uerbis enim Cantici canticorum ille cibus est, de quo dicit Apostolus: Perfectorum autẽ est solidus cibus. Et tales requirit auditores, qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habeant sensus ad discretionẽ boni & mali. Et quidem paruuli quos diximus: si ueniant ad hæc loca, potest fieri ut nihil quidem ex hac scriptura proficiant: nec tamen ualde lædantur: uel ipsa quæ scripta sunt legẽtes, uel quę ad explanationem eorum dicenda sunt recensentes. Si uero aliquis accesserit qui secundum carnẽ tantummodo uir est: huic tali non parum ex hac scriptura discriminis periculiq; nascetur. Audire enim pure & castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori homine ad exteriorem & carnalem uirum, omnem deflecteret auditum, & à spiritu conuertetur ad carnem nutrietq; in semetipso cõcupiscentias carnales, & occasione diuinæ scripturæ commoueri & incitari uidebitur ad libidinẽ carnis. Ob hoc ergo moneo & consilium do, omni qui nondum carnis & sanguinis molestijs caret, neq; ab affectu naturę materialis abscedit: ut à lectione libelli huius eorumq; quæ in eo dicentur penitus temperet. Aiunt enim obseruari etiam apud Hebræos, quod nisi quis ad ætatem perfectam maturamq; peruenerit, libellum hũc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus custodiri. Quãdoquidem moris est apud eos: omnes scripturas à doctoribus & à sapientibus tradi pueris: simul & eas quas ἀδυτα φώσεις appellant: ad ultimum quatuor ista reseruari, id est, principium Geneseos, in quo mundi creatura describitur: & Ezechielis prophetæ principia, in quibus de Cherubim refertur: & finem, in quo templi ædificatio continetur: & hunc cantici canticorũ librum. Igitur necessarium mihi uidetur antequàm ad ea quæ in hoc libello scripta sunt discutiẽda ueniamus, de amore prius ipso, qui est scripturę huius causa præcipua, pauca disserere: & post hęc de ordine librorũ Salomonis: in quibus hic liber tertio loco positus uidet. Tum etiã de attitulatione libelli ipsius: cur canticũ canticorũ superscriptus sit: atq; etiã quomodo dramatis in modũ, & tanquàm fabula quæ in scenis personarũ immutatione agi solet: uideatur esse compositus. Apud Græcos quidem plurimi eruditorum uirorum uolẽtes inuestigare ueritatis indaginem, de amoris natura, multa ac diuersa etiam dialogorum stilo scripta protulerũt: conantes ostendere non aliud esse amoris uim: nisi quæ animam de terris ad fastigia cœli celsa perducat: nec ad summam posse beatitudinem peruenìri, nisi amoris desiderio prouocante. Sed & quæstiones de hoc quasi in conuiuijs propositæ referuntur: inter eos puto inter quos non ciborum, sed uerborum cõuiuium gerebatur. Alij uero etiam artes quasdam quibus amor hic in anima gigni uel augeri posse uideatur, conscriptas reliquerunt. Sed has artes, carnales homines, ad uitiosa deliderìa & culpabilis amoris ministeria traxerunt. Non ergo mirum sit, si & apud nos, ubi quanto plures simpliciores, tanto plures & imperitiores uidentur, difficilem diximus & periculo proximã de amoris natura disputationem: cum apud Græcos qui eruditi & sapientes uidentur, fuerint tamẽ aliqui qui de his non ita acceperint, ut scriptum est: sed occasione eorum quæ de amore dicta sunt, in lapsus carnis & in impudicitiæ præcipitia corruerunt: siue ex his quæ scripta erant, ut supra memorauimus, admonitiones quasdam & incitamenta sumentes: siue incontinentiæ suæ uelamen, scriptis ueterum præferentes. Ne ergo & nos tale aliquid incurramus, ea quæ à ueteribus bene & spiritualiter scripta sunt, uitiose & carnaliter aduertẽtes, tam corporis quàm animæ nostræ palmas protendamus ad deum: ut dominus qui dedit uerbum euangelizãtibus uirtute multa, donet & nobis in uirtute sua uerbum, quo possimus ex his quæ scripta sunt intelle-

ctum sanum & ad ædificationem pudicitiæ aptum uel nomini ipsi uel naturę amoris ostendere. In prin A
cipio uerborum Moysi, ubi de mundi cōditione cōscribitur, duos inuenimus homines creatos referri: Primum ad imaginem & similitudinem dei factum: Secundū è limo terræ factum. Hoc Paulus apostolus bene sciens, & ad liquidum in his eruditus, in suis literis apertius & euidentius binos esse & per singulos quosq; homines scripsit. Sic enim dixit: Nam si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed ille qui intus est renouatur de die in diem. Et iterum: Condelector enim legi dei secundum interiorē hominem, & his similia quanta cōscribit? Vnde puto neminem iam debere dubitare quod Moyses de duorum hominum factura uel figmēto scripserit in principio Geneseos: cum uideat Paulum qui melius utiq; quàm nos intelligebat ea quæ à Moyse scripta sunt: duos homines esse per singulos quosq; dicentem: quorum unum, id est, interiorem, renouari per singulos dies memorat: alium uero, id est, exteriorem, in quibusdam sanctis & talibus qualis erat Paulus, corrumpi perhibet & infirmari. Quod si alicui uidebitur de hoc adhuc aliquid dubitandum, in locis propriis melius explanabitur. Nunc autem propter quid memoriam fecerimus interioris & exterioris hominis, prosequamur. Ostendere enim ex his uolumus quod in scripturis diuinis per homonymas, id est, per similes appellationes: imò per eadem uocabula, & exterioris hominis membra & illius interioris hominis partes affectusq; nominantur: eaq; non solum uocabulis, sed & rebus ipsis sibi inuicem comparantur. Verbi gratia: Vetatur aliquis esse puer secundum interiorem hominem, quem possibile est crescere, & ad ætatem iuuenis adduci: atq; in de succedentibus incrementis, peruenire ad uirum perfectum & effici patrē. His autem nominibus uti uoluimus, ut consona diuinæ scripturæ, illi scilicet quæ ab Ioanne scripta est, uocabula poneremus. Ait enim ille: Scripsi uobis pueri: quoniam cognouistis patrem. Scripsi uobis patres: quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Scripsi uobis iuuenes, quoniam fortes estis, & per uerbum dei quod manet in cœlo, uicistis malignum. Euidens utiq; est, nec ab ullo arbitror omnino dubitari, quod pueros hic Ioannes uel adolescentes uel iuuenes uel etiam patres, secundum animæ, non secundum corporis appellet ætatem. Sed & Paulus dicit in quodā loco: Nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquàm paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. In Christo autem paruuli, proculdubio secundum animæ, non secundum carnis nominantur ætatem. Denique idem Paulus etiam in alio loco ait: Cum essem paruulus, loquebar sicut paruulus: sicut paruulus sapiebam, sicut paruulus cogitabam. Cum autem factus sum uir, destruxi quæ erant paruuli. Et iterum alibi dicit: Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Scit enim occursuros esse omnes qui crē- B
dunt, in uirum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Igitur sicut hæc quæ memoraui-mus ætatum nomina, eisdem uocabulis & exteriori homini asscribuntur & interiori, ita inuenies etiam membrorum nomina corporalium transferri ad animæ membra, seu potius efficientiæ hæc animæ affectusq; dicendi sunt. Dicitur ergo in Ecclesiaste: sapientis oculi in capite eius. Item in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. In prophetis quoque, sermo domini qui factus est in manu prophetæ Hieremiæ siue alterius cuiuslibet. Simile est etiam illud quod ait ille: Pes autem tuus non offendit. Et iterum: Mei autem paulominus moti sunt pedes. Euidenter quoque & uenter animæ designatur: ubi dicitur: Domine à timore tuo in utero cōcepimus. Nam inde quis dubitet eum dicitur: Sepulchrum patēs est guttur eorum? Et iterum: Præcipita domine & diuide linguas eorum. Sed & id quod scriptum est: Dentes peccatorum contriuisti. Et iterum: Contere brachium peccatoris & maligni. Et quid opus est de his plura colligere: cum abundantissimis testimonijs scripturæ diuinæ repletę sint. Ex quibus euidēter ostenditur, membrorum hęc nomina, nequaquàm corpori uisibili aptari posse, sed ad inuisibilis animæ partem uirtutesq; debere reuocari: quoniam & uocabula quidem habent similia. Aperte autem & sine ulla ambiguitate, non exterioris sed interioris hominis significātias gerunt. Est ergo materialis huius hominis qui & exterior appellatur, cibus potusq; naturæ suæ cognatus, corporeus iste scilicet et terrenus. Similiter autem & spiritualis hominis ipsius qui et interior dicitur, est proprius cibus, ut panis ille uiuus qui de cœlo descēdit. Sed & potus ille est ex illa aqua quā promittit Iesus dicens: Quicunq; biberit ex hac aqua quam ego do ei, non sitiet in æternum. Sic ergo per omnia similitudo quidem uocabulorū secundū utrunq; hominem ponitur: rerū uero proprietas unicuiq; discreta seruatur: & corruptibili corruptibilia præbent, incorruptibili uero incorruptibilia proponunt. Vnde accedit ut simpliciores quidā nescientes distinguere ac secernere quę sint quę in scripturis diuinis interiori homini, quæ uero exteriori deputāda sint, uocabulorū similitudinibus falsi, ad ineptas quasdā fabulas & figmēta inania se contulerint, ut etiam post resurrectionē cibis corporalibus utendum crederent, potumq; sumendū, non solum ex illa uite uera & uiuēte in secula, uerum & ex his uitibus ligni: sed de his aliàs uidebimus. Nunc ergo ut precedenti obseruatione distinximus, Est quidem secundum interiorem hominem alius sine filijs & sterilis: alius uero abundans in filijs, secundum quod & illud aduertimus dictū: Sterilis peperit septem, & fœcunda in filijs infirmata est. Et ut in benedictionibus dicitur: Nō erit in uobis sine filijs & sterilis. Igitur si hæc ita se habent, sicut dicitur aliquis carnalis amor quem & Cupidinē appellauerunt poetæ: secundum quem qui amat, in carne seminat: ita est & quidam spiritualis amor, secundum quem ille interior homo amans in spiritu seminat. Et ut euidentius dicam: Si quis est qui portat adhuc imaginem terreni secundum exteriorem hominem, agitur cupidine & amore terreno: qui uero portat imaginem cœlestis secundum interiorem hominem, agitur cupidine & amore cœlesti. Amore autē & cupidine

A cupidine cœlesti agitur anima, cum perspecta pulchritudine & decore uerbi dei, speciē eius adamauerit, & ex ipso telum quoddam & uulnus amoris acceperit. Est enim uerbum hoc imago & splendor dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ: in quo creata sunt omnia quæ in cœlis sunt & quæ in terris, siue uisibilia siue inuisibilia. Igitur si quis potuerit capaci mēte conijcere & considerare horum omniū quæ in ipso creata sunt decus & speciem: ipsa rerum uenustate percussus & splendoris magnificentia ceu iaculo, ut ait propheta, electo terebratus: salutare ab ipso uulnus accipiet & beato igne amoris eius ardebit. Oportet etiam nos illud scire, quod illicitus amor & cōtra legem, sicut accidere potest homini exteriori: uerbi gratia, ut non sponsam uel coniugem amet, sed aut meretricem aut adulteram: ita & interiori homini hoc est animæ accidere potest amor non in legitimum sponsum, quem diximus esse uerbum dei, sed in adulterum aliquem & corruptorem. Quod sub hac eadem figura euidenter declarat Ezechiel propheta ubi Oollam & Oolibam introducit sub specie Samariæ & Hierusalem, adulterino amore corruptas, sicut locus ipse scripturæ propheticæ ostendit uolentibus plenius scire. Exardescit autem etiam hic spiritualis amor animæ aliquando quidem ut edocuimus erga aliquos spiritus nequitiæ: aliquando erga spiritum sanctum & uerbum dei qui est sponsus fidelis, & eruditæ animæ uir dicitur: & cuius ipsa sponsa in hac præcipue scriptura quæ habetur in manibus nominatur, sicut præstante domino plenius ostendemus cum uerba ipsius libelli explanare cœperimus. Videtur autem mihi diuina scriptura uolens cauere ne lapsus aliquis legentibus sub amoris nomine nasceretur, pro infirmioribus quibusq; eum qui apud sapientes seculi Cupido seu amor dicitur, honestiori uocabulo charitatem uel dilectionem nominasse. Verbi gratia, ut cum dixit de Isaac: Et accepit Rebeccā, & facta est ei uxor, & dilexit eam. Et iterum de Iacob & Rachel similiter dicit scriptura: Rachel autem erat decora oculis & pulchra facie, & dilexit Iacob Rachel et dixit, seruiam tibi septem annis pro Rachel filia tua iuniore. Euidentius autem immutatus usus uocabuli huius apparet in Amnon qui adamauit sororem suam Thamar. Scriptum est enim: Et factum est post hæc & erat Absalon filio Dauid soror, decora facie ualde, & nomen ei Thamar, & dilexit eam Amnon filius Dauid. Dilexit posuit pro adamauit. Et tribulabatur, inquit, Amnon ita ut infirmaretur propter Thamar sororem suam: quoniam uirgo erat: & graue uidebatur in oculis Amnon facere ei aliquid. Et post pauca de uiolētia quā intulit Amnon Thamar sorori suæ, ita dicit scriptura: Et noluit Amnon audire uocem eius, sed inualuit super eam, & humiliauit eam, & dormiuit cum ea, & odiuit eam odio Amnon magno ualde, quoniam maius erat odium quo B
oderat eam, quàm dilectio qua dilexerat eam. Et in his ergo & in pluribus alijs locis, inuenies scripturā diuinam refugisse amoris uocabulum & charitatis dilectionisq; posuisse. Interdum (licet raro) proprio tamen uocabulo amorem nominat, & inuitat ad eum atq; incitat animas, ut cum dicit in Prouerbijs de sapientia: Adama eam, & seruabit te: circunda eam, & exaltabit te: honora eam, & complectetur te. Sed & in eo libello, qui dicitur sapientia Salomonis ita scriptum est de ipsa sapientia: Amator factus sum decoris eius. Arbitror autem quod ubi nulla lapsus uidebatur occasio, ibi tantum nomen amoris inseruit. Quid enim possibile, aut quid indecorum possit aliquis aduertere in amore sapientiæ, uel in eo qui se amatorē profiteatur esse sapientiæ? Nam si dixisset, quia adamauit uel Isaac Rebeccam, uel Iacob Rachel, passio utiq; aliqua indecora per hæc uerba erga sanctos dei homines potuisset intelligi: apud eos præcipue qui nesciunt à littera conscendere ad spiritum. Apertissime autē in hoc ipso libello qui habetur in manibus, amoris nomen, charitatis uocabulo permutatum est, in eo ubi dixit: Adiurauī uos filiæ Hierusalem, si inueneritis fratruelem meum, ut annuncietis ei, quia uulneratæ charitatis ego sum, pro eo utiq; ut diceret: Amoris eius telo percussa sum. Nihil ergo interest in scripturis diuinis, utrum charitas dicatur an amor uel dilectio, nisi quod in tantum nomen charitatis extollitur, ut etiam ipse deus charitas appelletur, sicut Ioannes dixit: Charissimi, diligamus inuicem, quia charitas ex deo est, & omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum: qui autem non diligit, non cognoscit deum: quia deus charitas est. Et quamuis alterius temporis sit dicere aliquid de his, quæ exempli causa ex Ioannis epistola protulimus: tamen breuiter etiam aliqua perstringere, non est uisum absurdū. Diligamus, inquit, inuicem: quia charitas ex deo est. Et post pauca. Deus charitas est: in quo ostendit & ipsum deum charitatem esse, & iterum eum qui ex deo est, charitatem esse. Quis autem ex deo est, nisi ille qui dicit: Ego ex deo exiui & ueni in hunc mundum? Quod si deus pater charitas est, & filius charitas est: charitas autē & charitas unum est, & in nullo differt: consequenter ergo pater & filius, unum bene dicuntur: & ideo conuenienter Christus, sicut sapientia & uirtus & iustitia, & uerbum & ueritas, ita & charitas dicitur. Et ideo dicit scriptura: Quia si charitas manet in uobis, deus in uobis manet. Deus autem, id est, pater & filius, qui & ueniunt ad eum qui perfectus in charitate est, secundum uerbum domini & saluatoris dicentis: Ego & pater ueniemus ad eum, & mansionem faciemus apud eum. Sciendum ergo est, quod hæc charitas quæ deus est, cum in aliquo fuerit, nihil terrenū, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Contra naturam namque est ei corruptibile aliquid diligere, cum ipsa sit incorruptionis fons. Ipsa est enim sola quæ habet immortalitatem. Siquidem deus charitas est, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem. Quid autem aliud immortalitas, nisi uita æterna est, quam daturum se promittit deus credentibus in ipsum, solum uerum deum & quem misit Iesum Christum filium eius? Propterea ergo in primis & ante omnia hoc amabile & placitum dicitur esse deo, ut quis diligat dominum deum suum, ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis uiribus suis. Et quia deus

charitas est, & filius qui ex deo est, charitas est: sui simile aliquid requirit in nobis, ut per hanc charitatem quæ est in Christo Iesu, qui est charitas, uelut cognata quadam per charitatis nomen affinitate sociemur, sicut & ille qui iam coniunctus ei dicebat: Quis nos separabit à charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro? Hæc autem charitas, omnem hominem proximum diligit. Ob hoc enim arguit saluator quendam, qui opinabatur quod iusta anima erga eam quæ iniquitatibus inuoluta est, propinquitatis iura non seruet, & ista de causa texuit istam parabolam, quæ dicit, quòd in latrones incidit quidam dum descendit ab Hierusalem in Hiericho: et culpat quidem sacerdotem ac leuitam, qui uidentes semineccm prætercierunt: amplectitur autem Samaritanum qui misericordiam fecerit, & hunc fuisse ei proximum, ipsius qui proposuerat responsione firmauit, & ait ei: Vade & tu fac similiter. Etenim natura omnes nobis inuicem proximi sumus. Operibus uero charitatis, fit proximus ille, qui potest benefacere ei qui non potest. Vnde & saluator noster factus est proximus nobis, nec pertransiuit nos cum semineces ex latronum uulneribus iaceremus. Igitur sciendum est dei charitatem semper ad eum tendere à quo & originem duxit, & ad proximum respicere cum quo participium gerit, utpote similiter creatum in corruptione. Sic ergo quæcunq; de charitate scripta sunt, quasi de amore dicta suscipe, nihil de nominibus curans, eadem namq; in utroq; uirtus ostenditur. Quod si quis dicat: quia & pecuniam & meretricem & alia similiter mala eodem uocabulo quod à charitate duci uidetur, diligere appellamur: sciendum est in his non proprie sed abusiue charitatem nominari. Sicut uerbi gratia, & deus, nomen principaliter in eo est: ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia: quod utique aperte, uirtutem & naturam trinæ singularitatis denunciat. Secundo uero in loco, & (ut ita dixerim) abusiue deos dicit scriptura etiam illos ad quos sermo dei fit, sicut confirmat saluator in euangelijs. Sed & cœlestes uirtutes sub hoc nomine appellari uidentur dum dicitur: Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat. Tertio uero in loco, iam non abusiue, sed falso dij gentium dæmones appellantur cum dicit scriptura: Omnes dij gentium dæmonia. Itaque & primum charitatis nomen in deo est: propter quod iubemur diligere deum ex toto corde nostro, ex tota anima nostra, & ex totis uiribus nostris: utpote eum à quo habemus hoc ipsum, ut diligere possimus. In ipso iam sine dubio continetur: ut & sapientiam & iusticiam & pietatem & ueritatem omnesq; uirtutes pariter diligamus. Vnum enim atque idem est diligere deum & diligere bona. Secundo in loco quasi abusiuo & inde deriuato nomine, etiam proximum diligere iubemur tanquam nosipsos. Tertium uero est quod falso sub charitatis titulo nominatur: diligere uel pecuniã, uel uoluptates, uel omne quicquid ad corruptelam pertinet & errorem. Non ergo interest: utrum amari dicatur deus, an diligi. Nec puto quod culpari possit, si quis deum, sicut Ioannes charitatem: ita ipse amorem nominet. Denicq; memini aliquem sanctorum dixisse, Ignatium nomine, de Christo: Meus autem amor crucifixus est: nec reprehendi eum pro hoc dignum iudico. Sciendum autem quod omnis qui uel pecuniam diligit, uel ea quæ in mundo sunt materiæ corruptibilis, uirtutem charitatis quæ ex deo est, ad terrena & ad caduca deducit: & rebus dei abutitur ad ea quæ non uult deus. Non enim deus dilectionem horum sed usum hominibus dedit. Hęc autem paulo latius discussimus, uolentes de natura charitatis & amoris apertius attentiusq; distinguere: ne forte quoniam scriptura dicit: quia deus charitas est: omne quod diligitur etiam si corruptibile sit, ex deo esse, & hoc charitas & dilectio putaretur. Sed ostenditur, res quidem dei & munus eius esse charitas: nõ tamen semper ab hominibus ad ea quæ dei sunt, & quæ deus uult, opus eius assumi. Sed & hoc scire oportet, quod impossibile est, ut non semper humana natura aliquid amet. Omnis namq; qui ad id ætatis uenerit, quam pubertatẽ uocant, amat aliquid: seu minus recte, cum amat quæ nõ oportet: seu recte & utiliter, cum amat quæ oportet. Verum nonnulli hũc amoris affectum qui animæ rationabili insitus est, beneficio conditoris, aut ad amorem pecuniæ trahũt & auariciæ studium, aut erga gloriam captandam, & fiunt inanis gloriæ cupidi: aut erga scorta sectanda, & inueniuntur impudicitiæ libidinisq; captiui: aut ad alia his similia, uirtutem tanti boni huius effundũt. Sed & cum erga diuersas artes amor iste ducitur quæ manu ministrantur, aut per studia præsentis uitæ non solum necessaria: ut uerbi gratia dixerim, erga artem palæstricam uel cursus exercitia: aut certe etiam erga geometricam uel musicam uel arithmeticam confertur, atq; ad alias uel huiusmodi disciplinas: nec sic quidem mihi uidetur usus eius probabiliter sumi. Si enim quod bonum est, hoc & probabile est: bonum autem proprie non erga usus corporeos, sed in deo primum et animi uirtutibus intelligitur: cõsequenter ille amor probabilis est: qui deo & animæ uirtutibus coaptatur. Et hoc ita se habere, definitione ipsius saluatoris ostenditur: ubi interrogatus à quodam quod esset mandatum omnium maius & primum in lege: respondit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis. Secundum uero simile est illi: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et adiecit: In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ, ostendens per hæc duo iustum amorem legitimumq; constare: atq; in his uniuersam legem prophetasq; pendere. Sed & quod ait: Non adulterabis: non occides: non furtum facies: non falsum testimonium dices, & si quod aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur in quo ait: Diliges proximum tuum sicut teipsum: quod hoc modo facilius explanabitur. Ponamus, uerbi gratia, mulierem amore alicuius uiri ardentem, cupientemq; in consortium eius ascisci: nónne omnia ita ager, & omnes motus suos ita temperabit, ut sciat illi placere quem diligit: ne forte si in aliquo cõtra uoluntatem illius egerit, consortia eius uir ille optimus refutet atq; spernat? Poterit ne hæc mulier quæ erga amorem uiri illius

illius toto corde, tota anima, totisq; uiribus feruet: aut adulterium committere, quæ eum nouerit amare pudicitiam: aut homicidiũ, quæ eum nouerit mitem? aut furtum, quæ ei sciat liberalitatem placere? aut concupiscet aliena, quæ omnes suas concupiscentias erga amorem uiri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione & omne mandatum instaurari dicitur, & legis uirtus prophetarumq; pendere. Propter istud charitatis uel amoris bonum, sancti nec in tribulatione angustiantur, nec aporiati exaporiantur, nec deiecti pereunt: sed quod in præsenti est momẽtaneum & leue tribulationis eorum, supra modum æternum gloriæ pondus operatur illis. Non enim omnibus, sed Paulo & his qui ei similes sunt, præsens hæc momentanea ac leuis dicitur tribulatio: quia perfectam charitatem dei in Christo Iesu per spiritum sanctum habent in corde suo diffusam. Sic denicq; & Iacob patriarcham amor Rachel per septem annos continuos in laboribus positum, diurni æstus, & nocturni frigoris ustionem sentire non fuit. Sic ipsum Paulum ui amoris huius incensum, audito dicẽtem: Charitas omnia patitur, omnia credit, omnia sperat, omnia tolerat: charitas nunquam cadit. Nihil ergo est quod non tolerat, qui perfecte diligit. Plura autem quando non toleramus, certum quod ob hoc, quia charitatem, quæ omnia tolerat, non habemus. Et si non ferimus aliqua patienter, ideirco est: quia charitas nobis deest, quæ omnia patitur. In luctamine quoque eo quod est nobis aduersus diabolum, quod frequenter cadimus, nõ dubium est, quin ob hoc fiat, quod non est in nobis charitas illa, quę nunquam cadit. Hunc ergo amorem loquitur præsens scriptura: quo erga uerbum dei, anima beata utitur & inflammatur: & istud epithalamij carmen per spiritum canit: quo ecclesia sponso cœlesti Christo coniungitur ac sociatur, desiderans misceri ei per uerbum: ut concipiat ex eo, & saluari possit per hanc castam filiorum generationem, cum permanserint in fide & sanctitate cum sobrietate: utpote concepti ex semine quidem uerbi dei, editi uero genitiq; uel ab immaculata ecclesia, uel ab anima nihil corporeum nihil materiale requirente, sed solo uerbi dei amore flagrante. Hæc interim nobis ad presens de amore uel charitate, quę in epithalamio hoc cantici canticorum referuntur, occurrere potuerunt. Sed sciendũ est, tam multa esse, quæ dici debeãt de charitate hac, quanta & de deo: siquidem ipse est charitas. Scit enim nemo patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Similiter autem etiam ipsum filium, quoniam & ipse charitas est: nemo scit, nisi pater, & secundum hoc quod charitas dicitur. Solus autem spiritus sanctus est, qui ex patre procedit, & ideo scit quæ in deo sunt: sicut spiritus hominis scit, quę in homine sunt. Hic ergo paracletus spiritus ueritatis, qui de patrè procedit, circuit quærens, si quas inueniat dignas & capaces animas: quibus reuelet magnitudinem charitatis huius, quæ ex deo est. Nunc ergo iam ipsum deum patrem, qui charitas est inuocantes, per eam quæ ex ipso est charitatẽ, etiam ad reliqua discutienda uentamus: & tentemus primum de eo requirere quid illud sit: quod cum tria uolumina ecclesia dei à Salomone scripta susceperit, primus ex ipsis Prouerbiorum liber positus sit: secundus is qui Ecclesiastes appellatur: tertio uero in loco Cantici canticorum uolumẽ habeatur. Quæ ergo nobis occurrere possunt in hoc loco, ista sunt. Generales disciplinæ, quibus ad rerum scientiam peruenitur, tres sunt: quas Græci ethicã, physicam, & theoricen appellauerunt: nos has dicere possumus moralem, naturalem, & inspectiuam. Nonnulli sanè apud Græcos, etiam Logicen, quam nos rationalem possumus dicere, quarto in numero posuere. Alij non extrinsecus eam: sed per has tres, quas supra memorauimus disciplinas, innexam consertamq; per omne corpus, esse dixerunt. Est enim logice, & uelut nos dicimus rationalis: quæ uerborum dictorũq; uidetur cõtinere rationes, proprietatesq; & improprietates, generaq; & species, & figuras singulorum quoq; edocere dictorum: quam uticq; disciplinam non tam separari quàm inseri cæteris conuenit & intexi. Moralis autem dicitur per quam mos uiuendi honestus aptatur: & instituta ad uirtutem tendentia præparantur. Naturalis dicitur, ubi uniuscuiusq; rei natura discutitur: quo nihil contra naturam generatur in uita: sed unumquodq; his usibus deputatur, in quos à creatore productum est. Inspectiua dicitur, qua supergressi uisibilia, de diuinis aliquid & cœlestibus cõtemplamur, eaq; sola mente intuemur: quoniam corporeum supergrediuntur aspectum. Hæc ergo ut mihi uidetur, sapientes quique Græcorum sumpta à Salomone: utpote qui ætate & tempore longe ante ipsos prior, ea per dei spiritum didicisset, tanquam propria inuenta protulerunt: & institutionum suarum uoluminibus comprehensa, posteris tradenda reliquere. Sed hæc, ut diximus, Salomon ante omnes inuenit & docuit per sapientiam, quam accepit à deo: sicut scriptum est: Et dedit deus prudentiam Salomoni, & sapientiam multam ualde, & latitudinem cordis, sicut arenam, quę est ad oram maris, & multiplicata est in eo sapientia super omnes antiquos filios hominum, & super omnes sapientes Ægypti. Salomon ergo tres istas quas supra diximus, generales esse disciplinas: id est, moralem, naturalem & inspectiuam, distinguere abinuicem ac secernere uolens, tribus eas libellis edidit: suo quoq; ordine singulis cõsequenter aptatis. Primo ergo in prouerbijs moralem docuit locum, succinctis ut decuit, breuibusq; sententijs uitæ instituta componens. Secundam uero, quæ naturalis appellatur, comprehendit in Ecclesiaste, in quo multa de rebus naturalibus differens: & inania ac uana ab utilibus necessarijsq; secernens, relinquendam uanitatem monet, & utilia rectaq; sectanda. Inspectiuum quoq; locum in hoc libello tradidit, qui habetur in manibus: id est, in cantico canticorum, in quo amorem cœlestium diuinorumq; desiderium incutit animæ, sub specie sponsæ ac sponsi, charitatis & amoris uijs perueniendum docens ad consortium dei. Hoc uero eum ueræ philosophiæ fundamentũ ponentem, & ordinem disciplinarum institutionumq; condentem, quod non latuerit, neque ab eo abiectus sit etiam rationalis locus, euidenter ostendit in principio

statim Prouerbiorum siorum. Primo omnium per hoc ipsum, quod prouerbia attitulauit libellum su- A
um: quod utique nomen significat aliud quidem palam dici, aliud uero intrinsecus indicari. Hoc enim
& communis uius prouerbiorum docet, & Ioannes in euangelio saluatorem ita scribit dicentem: Hæc
in prouerbijs locutus sum uobis: uenit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis: sed manifeste
de patre annunciem uobis. Hæc interim in ipsa tituli inscriptione. In sequenti uero statim subiungit di-
scretionem sermonis, & distinguit scientiam à sapientia, & à sapientia disciplinam: et intellectum uerbo
rum aliud ponit, & prudentiam dicit in eo esse ut excipere quis possit uerborum uersutiam. Distinguit
etiam iusticiam ueram à directione iudicij: sed & astutiam nominat quandam his, quos imbuit necessa-
riam, illam credo per quam sophismatũ intelligi ac declinari possit argutia. Et ideo dicit innocentibus
per sapientiam dari astutiam, sine dubio, ne in uerbo dei decipiantur fraude sophistica. Sed in hoc mihi
uidetur rationalis disciplinæ meminisse, per quam doctrina uerborum dictorumq; significantiæ discer
nuntur, & uniuscuiusque sermonis proprietas, certa cum ratione distinguitur: in qua præcipue erudiri
conuenit pueros: hoc enim hortatur, cum dicit: Vt det puero iuniori sensum & cogitationem. Et quia,
qui in his eruditur, necessario rationabiliter per ea quæ didicit, semetipsum gubernat, & uitã suam mo-
deratius librat: propterea dicit: Intelligens autem gubernacula acquiret. Post hæc uero cognoscens in
uerbis diuinis, quibus per prophetas humano generi traditus est ordo uiuẽdi, diuersos esse eloquij tro
pos, & uarias dicendi species: ac sciens haberi in eis aliquam figuram, quæ parabola appelletur; & alia
quæ obscura dictio uocetur: aliasq; quæ ænigmata nominentur; & alias quæ dicta sapientum dicantur,
scribit. Intelliges quoq; parabolam & obscurum sermonem, dictaq; sapientum & ænigmata. Per hæc er
go singula, rationalem locum manifeste & euidenter exponit, ac more ueterum succinctis breuibusq;
sententijs, ingentes & perfectos explicat sensus. Quæ si quis est qui in lege domini meditetur die ac no
cte, & si quis est sicut iusti os, quod meditatur domini sapientiam, inuestigare diligentius poterit & in-
uenire: si tamen recte quis ierit, & quærens pulsauerit ostium sapientiæ: petens à deo, ut aperiatur sibi,
& mereatur accipere per spiritum sanctum uerbum sapientiæ, uerbum scientiæ, fieriq; particeps illius
sapientiæ, quæ dicebat: Extendebam enim uerba mea, & non audiebatis. Et merito extendere se dixit
uerba in eius corde: cui dederit deus, sicut supra diximus, latitudinẽ cordis. Dilatatur namq; illius cor,
qui potest ea quæ breuiter in mysterijs dicta sunt, latiore doctrina, sumptis ex uoluminib. diuinis asser-
tionibus, explanare. Oportet igitur secundum hanc eandem sapientissimi Sãlomonis doctrinam, eum
qui sapientiam scire desiderat, incipere ab eruditione morali, & intelligere illud quod scriptum est: Cõ B
cupiscit sapientiam: serua mandata, & dominus dabit eam tibi. Ob hoc magister hic, qui primos homi-
nes diuinam philosophiam docet, operis sui exordium prouerbiorum posuit libellum: in quo, ut dixi-
mus, moralis traditur locus: ut cum intellectu moribusq; quis profecerit, ueniat etiam ad naturalis intel
ligentiæ disciplinam: atque ibi rerum causas naturasq; distinguens, agnoscat uanitatem uanitatum re-
linquendam: ad æterna autem & perpetua properandum, & ideo post prouerbia ad Ecclesiasten ueni-
tur: qui docet, ut diximus, uisibilia omnia & corporea, caduca esse & fragilia. Quæ utique cum ita esse
deprehenderit is qui sapientiæ studet, sine dubio contemnet ea ac despiciet: & uniuerso, ut ita dicam, se
culo renuncians, tendet ad inuisibilia & æterna: quæ spiritualibus quidem sensibus, sed adopertis amo
rum quibusdam figuris docentur in Canticis canticorum. Ideo enim nouissimũ locum tenet hic liber:
ut tunc ad eum ueniantur, cum & moribus quis fuerit defecatis, & rerum corruptibilium atq; incorru-
ptibilium scientiam distinctionemq; didicerit: per quæ in nullo possit ex his figuris quibus sponsæ ad
sponsum cœlestis, id est, animæ perfectæ amor ad uerbum dei describitur ac formatur ostendere. Præ-
missis namq; his quibus purificatur anima per actus ac mores, & in rerum discretionẽ naturalium per
ducitur, competenter ad domestica uenitur & ad mystica atq; ad diuinitatis cõtemplationẽ, syncero
& spirituali amore cõscenditur. Hanc ergo triplicem diuinæ philosophiæ formam, etiam in illis sanctis
ac beatis uiris arbitror præsignatã, pro quorum sanctissimis institutionibus, deus summus dici uoluit,
deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Abraham tanquam moralem declarat philosophiam per obedi
entiam. Tanta enim eius fuit obedientia & obseruatio mandatorum, ut cum audiret: Exi de terra tua, &
de cognatione tua, & de domo patris tui, non sit cunctatus: sed statim fecerit, imò & aliquid amplius fe
cerit. Audiens enim ut immolaret filium suum: nec inde quidem dubitat, sed obtemperat præcepto, &
ad exemplum obedientiæ, quæ est moralis philosophiæ, posteris dandum: nec filio suo unico pepercit.
Isaac quoq; naturalem philosophiam tenet, & cum puteos fodit, & cũ rerũ profunda rimatur. Sed & Ia-
cob inspectiuum tenet locum, quippe qui & Israel ob diuinorum contemplationem nominatus sit, &
qui castra cœli uiderit, & domũ dei, atq; angelorũ uias, id est, scalas à terris in cœlum porrectas prospe-
xerit. Vnde & merito inuenimus tres istos beatos uiros altaria fixisse deo, hoc est philosophiæ suæ cõ
secrasse profectus: quo scilicet edocerent, non hæc ad artes humanas, sed ad dei gratiam referenda. Sed
& in tabernaculis degunt, ut per hæc ostendant, neque in terris habendum esse aliquid proprium huic
qui diuinæ philosophiæ studet: sed semper promouendum: non tam de loco ad locum, quàm de scien-
tia inferiorum ad scientiam perfectorum. Sed & alia multa in scripturis diuinis inuenies, quæ ordinem
hunc quem in libellis Salomonis contineri diximus, secũdum hanc eandem formam designant, sed ea
nunc nobis prosequi aliud in manibus habentibus longum est. Si quis ergo primum locum in emen-
dandis moribus mandatisq; seruandis, qui per prouerbia designatur, impleuit: post hæc autem depre-
hensa

A hensa uanitate mundi, & rerum caducarum fragilitate perspecta uenit in hoc, ut renunciet mundo
& omnibus quæ in mundo sunt: consequenter ueniet etiam ad contemplanda & desideranda ea quæ
non uidentur, & æterna sunt. Ad quæ tamen ut peruenire possimus, indigemus diuina misericordia, si
forte ualeamus perspecta pulchritudine uerbi dei, salutari in eum amore succendi, ut & ipse dignetur
huiusmodi animam diligere, quam desiderium sui habere perspexerit. Post hæc exigit nos consequen-
tia sermonis, dicere etiam de superscriptione ipsa Cantici canticorum. Simile enim est hoc illis, quæ in
tabernaculo testimonij appellantur sancta sanctorum, & illis quæ in libro Numerorum memorantur
opera operum, quæq; apud Paulum dicuntur secula seculorum. Sed quomodo differant à sanctis san-
cta sanctorum in Exodo: & quomodo differant opera ab operibus operum in Numerorum libro, tra-
ctantibus prout potuimus, dictum est à nobis. Sed & de seculo seculorum in locis, quibus occurrit,
non omissum est: & ne eadem repetamus, illa sufficiant. Nunc ergo requiramus primo, quæ sint can-
tica, quorum canticorum hoc esse canticum dicitur. Puto ergo quod cantica sint illa, quæ dudum per
prophetas uel per angelos canebantur. Lex enim dicitur per angelos ministrata in manu mediatoris.
Illa ergo omnia quæ per illos annunciabantur, cantica erant per amicos sponsi præcedentia. Istud ue-
ro unum canticum est, quod ipsi iam sponso sponsam suam suscepturo, epithalamij specie erat canen-
dum. In quo sponsa non adhuc per amicos sponsi cantari sibi uult: sed ipsius iam sponsi præsentis audi-
re uerba desiderat, dicens: Osculetur me osculo oris sui: unde & omnibus canticis merito præfertur.
Videntur enim cætera cantica, quæ lex & prophetæ cecinerunt, paruulæ adhuc sponsæ, & quæ non-
dum uestibula maturæ ætatis ingressa sit decantata. Hoc uero canticum adultæ & iam ualde robustæ,
& quæ capax sit iam uirilis potentiæ, perfectiq; mysterij, decantari uidetur, secundum quod dicitur de
ipsa: quia una sit perfecta columba: quæ si perfecta, ergo & perfecti uiri sponsa, perfectæ suscepit uerba
doctrinæ. Primum ergo canticum cecinit deo Moyses & filij Israel, quando uiderunt Ægyptios mor-
tuos ad littus maris, & quando uiderunt manum fortem & brachium excelsum domini, & credide-
runt deo & famulo eius Moysi. Tunc cantauerunt dicentes: Cantemus domino: gloriose enim ho-
norificatus est. Ego autem arbitror, quod non possit ad istud perfectum quis & mysticum canticum
peruenire, & ad istam perfectionem sponsæ, quæ in hac scriptura continetur, nisi prius ambulet per sic-
cum in medio mari, & fiat ei aqua murus à dextera læuaq;, & sic euadat de manibus Ægyptiorum,
ita ut uideat eos mortuos ad littus maris: atque intuens manum fortem domini, qua interfecit Ægy-
B ptios, credat domino & famulo eius Moysi. Moysi autem dico, legi atque euangelijs, omnibusq; di-
uinis scripturis: tunc enim merito cantabit, & dicet: Cantemus domino, gloriose enim honorifica-
tus est. Sed istud canticum canet quis, cum primum liberatus fuerit à seruitute Ægyptiorum. Post
hæc autem cum transierit per hæc omnia, quæ in Exodo, & quæ in Leuitico scripta sunt, & uenerit
ad hoc ut in diuinos numeros assumatur: tunc iterum secundum canticum canet, cum exierit de ual-
le Zareth, quod interpretatur aliena descensio, & uenerit ad puteum, de quo scriptum est: Et dixit do-
minus ad Moysen: Congrega populum, & dabo eis aquam de puteo bibere. Ibi enim cantabit & di-
cet: initiate ei puteum. Foderunt illum principes, excuderunt eum reges gentium in regno suo, cum
dominarẽtur eorum. Sed de his plenius in Numerorum libro, secundum quod dedit nobis dominus,
dictum est. Oportet igitur uenire ad puteum, qui à principibus fossus est, & à regibus excusus est.
In quo opere nemo plebeius operatur: sed omnes principes, omnes reges, regales scilicet & princi-
pales animæ, quæ altitudinem putei, aquam uiuam continentis inquirunt. Post illud canticum uenit
ur ad Deuteronomij canticum, de quo dicit dominus: Et nunc scribite uobis uerba cantici hu-
ius, & docete illud filios Israel, & inijcite illud in os eorum: ut fiat mihi canticum istud ad testimoni-
um in filijs Israel. Et uide quantum & quale sit canticum istud: cui ad audiendum terra non sufficit,
sed conuocatur & cœlum. Ait enim: Attende cœlum quæ loquar, & audiat terra uerba ex ore meo.
Vide quàm magna sint, quàm ingentia quæ dicuntur. Expectetur, ait, sicut pluuia eloquium meum,
& descendat, sicut ros super gramen, & sicut nix super fœnum, quia nomen domini inuocaui, & re-
liqua. Quartum canticum est in libro Iudicum, de quo scriptum est: Et cantauit Debbora & Barac
filius Abinoem in die illa dicentes, incipiendo: Principales in Israel in proposito populi benedicite
dominum. Audite reges auribus, percipite satrapæ, & reliqua. Hæc autem quæ canit, apis esse
debet: cuius opus tale est, ut eo reges & mediocres utantur ad sanitatem. Debbora namque apis in-
terpretatur, quæ istud canticum canit: sed & Barac cum ipsa. Interpretatur autem Barac coruscatio.
Et canitur istud canticum post uictoriam, quia nec ante quis potest quæ perfecta sunt canere, nisi ubi
aduersarios uicerit. Sic denique & in ipso cantico dicitur: Exurge, exurge Debbora, excita mília po-
puli. Exurge, exurge, cane canticum: exurge Barac. Verum & de his plenius in illis oratiunculis, quas
de libello Iudicum edidimus, diserta reperies. Quintum post hæc canticum est in secundo libro Re-
gnorum, cum locutus est Dauid ad dominum uerba cantici huius, in die qua liberauit eum dominus
de manu omnium inimicorũ suorum, & de manu Saul: & dixit: Dominus mihi petra, & munitio mea:
liberator dominus deus meus, custos erit mihi. Si ergo & tu potueris considerare qui sunt inimici Da-
uid, quos in primo & secundo Regnorum libro superat ac prosternit, & quomodo dignus factus est,
ut domini adiutorium mereretur, & liberaretur ab huiusmodi inimicis: tunc poteris & tu quintum i-
stud canticum canere. Sextum est canticum in primo Paralipomenon libro, ubi constituit Dauid in

principio ad laudandum dominum Asaph & fratres eius,& est initium cantici istius tale: Laudate do- A
minum,& confitemini:& inuocate eum in nomine eius, notas facite in populis uoluntates eius, cani-
te ei,& hymnum dicite:narrate omnes adinuentiones eius, quas fecit dominus & cætera. Sciendum
tamen est,quòd canticum quidem,quod est in secundo Regnorum libro, ualde simile est psalmo de-
cimoseptimo. Quod autem est in primo libro Paralipomenon in initijs quidem usque ad eum locum
ubi dicit: Et in prophetis meis nolite malignari: simile est centesimoquarto psalmo. Posteriora uero
ab hoc loco,similitudinem gerunt primarum partium nonagesimiquinti psalmi, ubi dicitur: Cantate
domino omnis terra:usque ad eum locum, ubi ait: quia uenit iudicare terram. Igitur si in his conclu-
dendus est numerus Canticorum,septimo in loco ponendus uidebitur liber hic Cantici Canticorum.
Si quis uero etiam Esaiæ canticum cum cæteris numerandum putet, licet non ualde conuenire ui-
deatur,ut præcelsisse putetur Esaiæ canticum, quod longe posterioribus temporibus Esaias scripse-
rit:tamen si quis putet, quod prophetica dicta non temporibus, sed ratione pensanda sint, adiunget
etiam illud canticum,& dicet hoc quod Salomon cecinit Canticum esse canticorum, non tantum eo-
rum quæ prius,sed & eorum quæ postmodum canenda uidebantur. Si quis uero putet etiam ex libro
psalmorum debere assumi,sicubi in eo uel canticum scribitur,uel canticum psalmi,multitudinem con-
gregabit præcedentium canticorum.Iunget enim cæteris etiam quindecim simul graduum cantica,&
requirens singulorum uirtutes canticorum,atq; ex his proficientis animæ gradus colligens,ac spiritua-
lis intelligentiæ ordinem iterum consequentiamq; componens: ostendere poterit,quàm magnificis
gressibus incedens sponsa,per hæc omnia perueniat usque ad thalamum sponsi, digrediens in locum
tabernaculi admirabilis usque ad domum dei,in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis:&
perueniens usque ad ipsum,ut diximus,thalamum sponsi:ut audiat & loquatur cuncta hæc quæ conti-
nentur in cantico canticorum. Adhuc autem possumus & hæc inquirere prius quàm ad ipsum corpus
libelli ueniamus:cur Salomon qui uidetur obtemperare in his tribus libellis uoluntati spiritussancti,in
prouerbijs quidem dicatur Salomon filius Dauid,qui regnauit in Israel:in secundo uero libello nō Sa-
lomon scribitur:sed uerba,inquit Ecclesiastis,filij Dauid regis Israel in Hierusalem.& filium quidem se
esse Dauid, similiter ut in primo,& regem Israel scribit. Sed ibi prouerbia, hic uerba ponit,& seipsum
quem ibi Salomonem,hic Ecclesiasten nominat.Et cum ibi gētem solam,in qua regnauerat posuisset,
hic & gentem posuit,& locum regni Hierusalem designat.In Cantico cāticorum uero,neq; gentis no-
men,neq; locum,in quo regnet,neq; omnino quod rex sit,neq; quod patrem Dauid habeat,scribit:sed B
tantummodo Canticum ait cāticorum,quod est ipsi Salomoni. Et quamuis difficile mihi uideatur,aut
perscrutari,aut pertingere posse horum differentias:aut utcunque inuestigatas palam proferre & char
tulis credere: tamen in quantum capere uel sensus noster, uel auditus legentium potest,paucis aperire
tentabimus.In plurimis Salomonem Christi typum ferre:uel secūdum hoc,quod pacificus dicitur: uel
secundum hoc,quod regina austri uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis,nō puto dubitan
dum.Hic ergo & secundum quod filius Dauid dicitur,regnat in Israel: & secundum quod supra eos re
ges,pro quibus ipse rex regum dicitur regnat. Et rursus uerus Ecclesiastes ipse est, qui cū in forma dei
esset,semetipsum exinaniuit,formā serui accipiens,ut congregaret ecclesiā. A cōgregando enim eccle
siam,Ecclesiastes appellatur. Tum uero quis ita Salomon, id est pacificus: sicut dominus noster Iesus
Christus,qui factus est nobis sapientia à deo & iusticia & pax? Igitur in primo prouerbiorū libro, cum
nos moralibus instituit disciplinis,rex esse dicitur in Israel,necdū in Hierusalē: quia & si Israel dicamur
propter fidem,non tamen in hoc peruentū est,ut ad Hierusalē cœlestē peruenisse uideamur. Vbi uero
profecerimus,& in hoc uentū fuerit,ut ecclesię primitiuorū quę in cœlis est sociemur,atq; Hierusalem
cœlestē,discussis diligentius priscis & naturalibus caulis,matrē nostrā noscimus cœlestē:tunc iam no-
bis etiam ipse Christus Ecclesiastes efficitur,& non solum in Israel, sed & in Hierusalē regnare dicitur.
Cum uero ad perfectionem omniū uentum fuerit,& sponsa ei perfecta,omnis duntaxat rationalis crea
tura iungetur:quia pacificauit per sanguinē suū,non solum quæ in terris sunt,sed & quæ in cœlis: Tunc
Salomon tantummodo dicetur,cum tradiderit regnum deo & patri,cum euacuauerit omnē principa-
tum & potestatē. Oportet enim eum regnare,donec ponat inimicos suos sub pedibus suis, & nouissi-
mus inimicus destruatur mors. Et ita pacificatis omnibus patriq; subiectis, cum erit iam deus omnia in
omnibus, Salomon tantūmodo,id est,solus pacificus nominabit. Competenter ergo in hoc libello qui
de amore sponsę & spōsi erat scribendus:etiā pro hoc neq; filius Dauid,neq; rex,neq; aliud horū quod
ad corporeum pertinere possit intellectū scribitur,ut merito de eo perfecta iam sponsa dicat: Quia & si
aliquando cognouimus Christum secundū carnem:sed nunc iam non nouimus:ne quis putet eam cor
poreū aliquid amare,aut in carne positum,& macula aliqua amori eius credatur induci. Propterea Cā-
ticum canticorū Salomoni tantummodo est,& neq; filio Dauid,neq; regi Israel,neq; aliqua in his pror
sus miscetur carnalis nominis intelligentia. Et ne mireris, quod cum unus atq; idē sit dominus atq; sal-
uator noster,dicamus eū uelut minorē primo in prouerbijs,et deinde proficientē in Ecclesiastē,et post
hæc habere perfectionē in cantico canticorū,cum hęc etiā in euangelijs uideas scripta,ubi propter nos
& ipse in nobis diciē proficere. Sic em̄ refert: Quia Iesus proficiebat ætate & sapiētia apud deū & homi
nes. Puto ergo quod ꝓ his omnib. neq; filius Dauid neq; rex Israel scribit: sed & ꝓ eo adhuc quod in
cantico canticorū sponsa iam in tantū profecerat,ut maius aliquid esset q̄ est regnū Hierusalē. Nā Hie-
rusalem

A rusalem cœlestem dicit apostolus esse,atq; ad eam memorat credentes accedere. Hunc ergo sponsum
ad quem nunc sponsa festinat,idem Paulus cum eum pontificem maximum dicit:ita de eo scribit,qua-
si qui non in cœlis sit, sed penetrarit & pertransierit omnes cœlos,& illuc quoq; eum hæc sua perfecta
sponsa sectetur,imò illuc adhærēs ei & coniuncta cōscenderit:est enim facta cum eo unus spiritus. Vn
de uidetur mihi & ad Petrum qui non poterat eum primo sequi,cum diceret: Quò ego uado,uos non
potestis uenire modo,dixisse:sequeris autē postea. Quod autem sit aliquid maius & ab Israel,inde col-
ligimus,quod in Numerorum libro omnis quidem Israel numeratur, & duodecim tribus Israel certo
sub numero censentur. Tribus uero Leuitica,utpote cæteris eminentior, supra hunc numerum habe-
tur,& nequaq; in Israelitico numero deputatur. Dicit enim ita: Hæc est uisitatio,in qua recensiti sunt fi-
lij Israel,secundum domos familiarum suarum. Omnis uisitatio eorum cum uirtute sua,sexcenta tria mi
lia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati cum eis, sicut præcepit dominus Moysi.
Vides quomodo ut eminentiores à filijs Israel sequestrantur leuitæ, nec in eorum numero sociātur. Et
rursum leuitis eminentiores scribuntur sacerdotes. Sic enim in eadem scriptura continetur. Et locutus
est,inquit,dominus ad Moysen,dicens: Accipe summam leuitarum,& constitues eos in cōspectu Aa-
ron sacerdotis,et ministrent ei. Vides & in hoc quomodo superiores leuitis nominet sacerdotes,& rur
sus leuitas eminentiores ponit filijs Israel? Hęc aūt uisi sumus discutere paulo curiosius,uolentes etiam
per hæc ostendere rationem:quia in ipsis quoq; attitulationibus librorum suorum Salomon differētijs
usus est necessarijs. Sed aliud in prouerbijs,aliud in Ecclesiaste, aliud etiam in Canticorū cantico ex ip-
sa inscriptione tituli designauit,& adhuc quod in Cantico canticorum ubi iam perfectio ostēditur,ne-
que filius Dauid,neq; rex scribitur. Potest etiam hoc dici: quia cum factus fuerit seruus sicut dominus,
& discipulus sicut magister:uidetur iam neq; seruus esse seruus,factus uidelicet sicut dominus:neq; di-
scipulus esse discipulus,quippe qui sicut magister effectus est: sed fuisse quidem aliquando discipulus,
nunc uero esse sicut magister,& fuisse quidem seruus aliquando,nūc uero esse sicut dominus. Simili igi
tur ratione etiā de rege,& in his in quos regnat,aduerti posse uidebitur,eum regnū iam tradetur deo &
patri. Sed & hoc non lateat,nonnullos attitulationem libelli huius Cantica canticorum scribere,quod
non recte scribitur. Non enim pluraliter,sed singulariter canticum hic dicitur cāticorum. Hæc quasi in
præfatione dicta sunt à nobis de superscriptione ipsa uel attitulatione libelli. Iam nunc domino nostro
nos adiuuante,ipsius operis adoriamur exordia, & tamē ne illud quidem remaneat in nobis omissum, B
quod quibusdam requirēdum uisum est,adhuc de ipsa attitulatione ac superscriptione libri quæ ita ha-
betur,Canticum canticorum,quod est ipsi Salomoni. Sic enim accipiunt quasi canticum hoc esse dixe
rint canticorum Salomonis:ut ex plurimis suis cāticis hoc unum esse signauerit. Sed nos quomodo re-
cipiemus huiusmodi intelligentiam,cum neq; ecclesia dei ulla extrinsecus Salomonis cātica legenda
susceperit:neq; apud Hebræos à quibus eloquia dei ad nos uidentur esse translata, aliquid præter hos
tres libellos Salomonis,qui & apud nos sunt,amplius habeatur in canone. Volunt tamen qui hoc affe
runt inde confirmare sententiam suam,quod in regnorū tertio libro scriptum est multa fuisse Salomo-
nis cantica,ut unum ex multis esse cōfirment. Hoc ibi ergo refertur: Et deus dedit prudentiam Salomo
ni,& sapientiam multam ualde,& latitudinem cordis sicut arenam quæ est ad oram maris: & factus est
sapiens Salomon ualde super sapientiam omnium antiquorum, & super omnes sapientes Aegypti,&
super Ethan Ezraiten,& Heman,& Chalcal,& Dorda filios Mahol,& erat nominatus in uniuer sis gē
tibus per circuitum,& locutus est Salomon tria milia parabolarum, & erant cantica eius quinq; milia.
Ex his ergo quinq; milibus canticis uolunt uideri hoc unum esse canticum quod habemus. Sed usque
quo uel ubi cantata sint:nō solum ad usum,sed ne ad noticiam quidem peruenit ecclesiarum dei. Ope-
rosum est autem,& procul ab opere proposito:si uelimus nunc inquirere,q̄ multorum librorum com-
memoratio fiat in scripturis diuinis,quorum lectio nulla nobis omnino est tradita. Sed neque apud Iu-
dæos haberi quidem usum huiusmodi reperimus lectionum:quæ siue pro eo quod aliqua supra huma
nam intelligentiam continebant,placuit spiritui sancto auferri de medio: siue quod essent de scripturis
his quæ appellantur apocryphæ,pro eo quod multa in eis corrupta, & contra fidem ueram inueniun-
tur à maioribus tradita,non placuit eis dari locum,nec admitti ad autoritatem:supra nos est pronuncia
re de talibus. Illud tamen palàm est,multa uel ab apostolis uel ab euangelistis exempla esse prolata,&
nouo testamento inserta:quæ in his scripturis,quas canonicas habemus,nunquam legimus, in apocry
phis tamen inueniuntur,& euidenter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed ne sic quidem locus apocry-
phis dandus est:non enim transeundi sunt termini quos statuerunt patres nostri. Potuit enim fieri,ut a-
postoli uel euangelistæ sancto spiritu repleti,sciuerint,quid assumendum ex illis esset scripturis,quidue
refutandum. Nobis autem non est absq; periculo aliquid tale præsumere, quibus non est tanta spiritus
abundantia. Et ideo de præsenti uersiculo nos eam tenemus editionem,quam supra exposuimus,maxi
me cum euidens in eo habeatur distinctio,ubi ait canticum canticorum quod est ipsi Salomoni. Si em̄
uoluisset intelligi canticorum Salomonis hoc esse canticum, dixisset utiq; canticum canticorum, quæ
sunt Salomoni,uel canticum ex canticis Salomonis. Nunc autem quia dixit,quod est Salomoni,ostēn
ditur istud canticum quod est in manibus,& quod erat ei canendum,esse Salomonis:& hoc de attitula
tione quam proposuit continere. Videamus ergo iam & quæ sequuntur.

IN CANTICA CANTICORVM HOMILIA PRIMA.

OSculetur me ab osculo oris sui. Meminisse oportet illud quod in præfatione præmonuimus: quia libellus hic epithalamij habens speciem, dramatis in modū conscribitur. Drama autem esse diximus, ubi certæ personæ introducuntur, quæ loquuntur, & aliæ interdum superueniunt, aliæ recedunt aut accedunt, & sic totum in mutationibus agitur personarum. Hæc ergo erit totius libelli species, & secundum hanc pro uiribus historica à nobis aptabitur expositio. Spiritualis uero intelligentia, secundum hoc nihilominus quod in præfatione signauimus, uel de ecclesiæ ad Christum sub sponsæ uel sponsi titulo, uel de animæ cum uerbi dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per historiæ speciem sponsa quædam, quæ suscepit quædam sponsaliorum & dotis titulo dignissima munera ab sponso nobilissimo. Sed plurimo tempore moram faciente sponso, solicitari eam desiderio amoris sui, & confici iacentem domi suæ & agentem omnia, quatenus possit aliquando uidere sponsum suum, atque osculis eius perfrui. Quæ quoniam nec differri amorem suum: nec adipisci se posse quod desiderat uidet, conuertat se ad orationem & supplicet deo, sciens eum patrem esse sponsi sui. Consideremus ergo eam leuantem sanctas manus sine ira, & disceptatione, in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate, ornatā dignissimis ornamentis, quibus ornari decet nobilē sponsam, æstuantem uero desiderio sponsi, & interno uulnere amoris agitatam, orationem, ut diximus, fundere ad eum, & dicere de sponso suo: Osculetur me ab osculo oris sui. Hæc sunt quæ dramatis in modū composita, historica continet explanatio. Interior uero intellectus, uideamus si hoc modo poterit cōpetenter aptari. Ecclesia sit desiderās Christo coniungi. Ecclesiam autem cœtū omnium aduerte sanctorum. Hæc ergo ecclesia sit quasi omnium una persona quæ loquatur & dicat: Omnia habeo, repleta sum muneribus, quæ sponsaliorū uel dotis titulo ante nuptias sumpsi. Dudum enim cum præpararer ad coniugium filij regis & primogeniti omnis creaturæ, obsecuti sunt, & ministrauerunt mihi angeli sancti eius: deferentes ad me legem, sponsalis muneris loco. Lex namq; per angelos dispositа dicitur in manu mediatoris. Ministrauerunt mihi etiam prophetæ. Locuti sunt enim omnia & ipsi, per quæ nō solum ostenderent & indicarent mihi de filio dei, cui me delatis his quæ appellantur arris & muneribus dotalibus spondere cupiebant: uerum ut & in amorem me eius desideriumq; succenderent, pronunciauerunt mihi propheticis uocibus de aduentu eius, & de innumeris uirtutibus operibusq; eius immensis, repleti B spiritu sancto prædicauerunt. Pulchritudinem quoq; eius & speciem ac mansuetudinem descripserunt, ita ut omnibus his ad amorem eius integraliter inflammarer. Sed quoniam seculum iam pene finitum est, & ipsius quidem præsentia non datur mihi: solos autem ministros eius uideo ascendentes & descendentes ad me, propter hoc ad te patrem sponsi mei precem fundo, & obsecro, ut tandē miseratus amorem nostrum, mittas eum, ut iam non mihi per ministros suos angelos duntaxat & prophetas loquatur: sed ipse per semetipsum ueniat: & osculetur me ab osculo oris sui, uerba scilicet in os meum sui oris infundat. Ipsum audiam loquentem, ipsum uideam docētem. Hæc enim sunt Christi oscula, quæ porrexit ecclesiæ, cum in aduentu suo ipse Christus in carne positus euangelizauit ei uerba fidei, & charitatis, & pacis, secundum quod Esaias promiserat, & præmissus ad sponsam dixerat: Non legatus, neq; angelus, sed ipse dominus saluabit nos. Tertio uero expositionis loco introducamus animam, cuius omne studium sit coniungi & consociari uerbo dei, & intra mysteria sapientiæ eius ac scientiæ uelut sponsi cœlestis thalamos intrare: cuiq; animæ præsentia eius etiam munera data sunt, dotis scilicet nomine. Sicut enim ecclesiæ dos fuit legis & prophetarum uolumina: ita huic lex naturæ & rationalis sensus ac liberas arbitrij, dotalia munera deputentur. Habens autem hæc dotis suæ munera: sit ei primo eruditionis doctrina à monitoribus doctoribusq; descendens. Sed quoniam in his non est ei plana atq; perfecta desiderij sui & amoris expletio, deprecetur ut mens eius pura & uirginalis, ipsius uerbi dei illuminationibus & uisitationibus illustretur. Cum enim nullo hominis uel angeli ministerio diuinis sensibus & intellectibus mens impletur, tunc ipsius oscula uerbi dei suscipere sese credat. Propter hæc ergo & huiusmodi oscula, dicat anima orans ad deum: Osculetur me ab osculo oris sui. Dū enim inde capax fuerit, ut ipsius uerbi dei caperet ueram solidamq; doctrinam, necessaria suscepit oscula, id est, sensus ab ore doctorū. Vbi uero sponte iam cœperit obscura cernere, enodare perplexa, inuoluta dissoluere, parabolas & ænigmata dictaq; sapientum, competentibus intelligentiæ lineis explicare: tunc iam oscula ipsius sponsi sui, id est uerbi dei, suscepisse se credat. Ideo autem oscula pluraliter posuit, ut intelligamus uniuscuiusque obscuri sensus illuminationem, osculum esse uerbi dei ad animam perfectam delatum, & secundum hoc forte dicebat prophetica & perfecta mens: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Os autem sponsi intelligamus uirtutem dei, qua illuminat mentem, & uelut sermone quodam amoris ad eam facto (si tamen capere mereatur tantæ uirtutis præsentiam) incognita quæq; sibi obscura manifestat. Et hoc est uerius propiusq; & sanctius osculum, quod à sponso dei uerbo porrigi dicitur sponsæ, puræ scilicet animæ & perfectæ. Cuius rei imago est illud osculum, quod in ecclesia sub tempore mysteriorum nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde nostro aliquid quod de diuinis dogmatibus sensibusq; quæritur, absq; monitoribus inuenimus, toties oscula nobis data esse à sponso dei uerbo credamus. Vbi uero quærētes aliquid de diuinis sensibus inuenire nō possimus, tūc affectu huius orationis

assumpto

A assumpto, petamus à deo uisitationem uerbi eius, & dicamus: Osculetur me ab osculo oris sui. Scit autem pater uniuscuiusq; animæ capacitatem, & nouit quo tempore, cui animæ, quæ oscula uerbi sui porrigere in intellectibus duntaxat, & sensibus debeat. Quia bona sunt ubera tua super uinum, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Intellige prius quasi in historiæ dramate sponsam eleuatis ad eum manibus orationem fudisse ad patrem, & orasse, ut iam ueniret ad eam sponsus, & ipse ei osculum proprij oris infunderet. Dumq; hæc oraret ad patrem, in ipsa oratione qua dixit: Osculetur me ab osculo oris sui: parat etiam alia orationis uerba subiungere ac dicere: quia in hoc principio sermonis affuisset sponsus, & oranti ei astitisset ac reuelasset uerba sua, ipsumq; sponsum unguentis mirificis, & quibus sponsum fragrare decebat, constituisset delibutum. Sponsa uero ubi adesse uidit eum pro quo orabat ut adesset, & adhuc loquenti sibi præstitum quod orabat, ac data sibi ab ipso oscula, quæ poposcerat: læta pro hoc reddita, & decore uberum ac fragrantiæ ipsius odore permota, propositæ orationis sermonem conuertit ad præsentiam sponsi, qui aderat. & cum dixisset: Osculetur me ab osculo oris sui: subiungit post hæc ad præsentem iam sponsum, dicens: Bona ubera tua super uinum, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Hæc interim secundum historicam intelligentiam, quam dramatis in modum prædiximus textam: Nunc uero quid intellectus interior habeat, requiramus. Diuersis uocabulis principale cordis appellari, in scripturis diuinis inuenimus: quæ uocabula pro causis ac rebus de quibus agitur, aptari solent. Interdum enim cor dicitur, ut: Beati mūdo corde: Et, corde creditur ad iusticiam. Si uero conuiuij tempus sit, pro specie & ordine discumbētium, uel sinus uel pectus appellatur, sicut Ioannes in euangelio refert de quodam discipulo, quem amabat Iesus, quod in sinu eius, uel supra pectus eius recumberet: Ille profecto cui innuens Simon Petrus dicebat: Interroga quis est hic, de quo dicit: Post hæc uero recumbens super pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? In his enim certum est quod Ioannes in principali cordis Iesu, atq; internis doctrinæ eius sensibus requieuisse dicatur, ibi requirens & perscrutans thesauros sapientiæ & scientiæ, qui reconditi erant in Christo Iesu. Sed quod sinus Christi in loco dogmatum sanctorum accipiatur, puto indecens non uideri. Diuersis ergo modis ut dicere cœperamus principale cordis in scripturis sanctis designatur, sicut & in Leuitico nihilominus ubi de sacrificijs pectusculum separationis, & brachium sacerdotibus sequestratur, et in hoc sequestratum ac separatum pectusculum & brachium, præcellens cæteros homines principale cordis & operū decus uult esse in sacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico, prout dominus dare dignatus est, exposuimus. Secundum hæc ergo etiam in præsenti loco, quandoquidem amatorium uidetur B drama quod agitur, in uberibus principale cordis intelligamus, ut tale uideatur esse quod dicitur: Cor tuum ô sponsa & mens: id est, dogmata quæ intra te sunt, uel doctrinæ gratia, superat omne uinū quod cor hominis lætificare solet. Sicut enim in his de quibus dicit: Quia deum uidebunt: cor competenter dictum esse uidetur, & inter discumbentes sinus ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discumbentium, formaq; conuiuij, & rursus ut apud sacerdotes pectusculum & brachium mysticis designatur elogijs, Ita etiam arbitror in præsenti loco, ubi amantiū habitus et colloquia describuntur, gratissime hoc ipsum principale cordis in uberibus appellatum. Bona ergo sunt ubera sponsi: quandoquidem thesauri sunt in eis sapientiæ & scientiæ reconditi. Vbera autem hæc uino comparat sponsa: sed ita comparat, ut præferat. Vinum autem illa intelligenda sunt dogmata & doctrinæ, quæ per legem & prophetas, ante aduentum sponsi, sumere sponsa consueuerat. Sed nunc considerans hanc doctrinam quæ ex uberibus profluit sponsi, miratur & stupet, uidens eam longe præstantiorem, quàm illam ex qua ante aduentum sponsi lætificata fuerat tanquam ex uino spirituali quod ministrabāt sancti patres & prophetæ, qui etiam huius generis plantauerunt uineas: ut Noe primus, & Esaias in cornu in loco uberi, & coluerunt eas. Videns ergo nunc multam esse eminentiam dogmatum & scientiæ apud sponsum: & longe ex eo perfectiorem, quàm fuit apud antiquos emanare doctrinam, dicit: Bona sunt ubera tua super uinum: sit per illam scilicet doctrinam, qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim antiquorum uino intelligendus est Ecclesiastes dicere, ubi ait: Ego dixi in corde meo: ueni & tentabo te in lætitia, & uidebo in bono. Et iterum de eisdem uineis loquens idem Ecclesiastes dicit: Magnificaui mihi opus meū, ædificaui mihi domos, plantaui mihi uineas, feci mihi hortos & paradisos, & reliqua. Sunt autem huius uineæ mystici etiam ministri quidam, qui uini fusores appellantur. Sic enim idem dicit: Et feci mihi cantores & cantatrices in lætitia filiorum hominum, uini fusores, & uini fusitrices. Vide ergo si possumus tum in cæteris, tum etiam in hoc intelligere saluatorem, ueteri uino, nouella uberum suorum fluenta miscentem, cum Maria & Ioseph quærentes inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem atq; interrogantem eos, quando & mirabantur omnes super responsis eis. Sed & ibi fortassis species formę huius expletur, ubi ascēdens in montem docebat populos, & dicebat: Dictum est antiquis: Non occides. Ego autem dico uobis: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit. Et dictū est antiquis: Non adulterabis. Ego autē dico uobis: Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. In quantū ergo doctrina hęc eius præcellit illam antiquā, in tantū sponsa intelligit & pronunciat bona esse ubera eius super uinū. Sed & quod uorax dicitur filius hominis & bibens, & dicūt: Ecce homo uorax & uinū bibēs, ad hoc nihilominus respicit: tale & illud uinū fuisse in Chana Galilæę, quod bibebat in cōuiuio nuptiali: quo deficiente fecit & aliud uinū: cui testimoniū reddit architriclinus, ꝙ sit ualde bonū, & eo uino quod expēsum fuerat, multo prestantius, cū dicit: Omnis

homo

Universidad de Navarra Biblioteca

homo primo bonũ uinũ ponit: & cũ inebriati fuerint, id quod deterius est: tu aũt seruasti uinũ bonũ usq; A
nũc. Sed & Salomonẽ, qui pro accepta dei sapiẽtia in admiratione fuit reginæ Saba, quę uenerat tẽtare
eũ in quæstionibus, in quibus eum eadẽ regina scrutetur & miretur: audi scripturã referentem: Et uidit,
inquit, regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauit, & apparatum cõuiuij
eius, & sedem puerorum eius, & ordinem ministrorum eius, & uestes eius, & uini fusores eius, & holo-
causta eius, quæ offerebat in domo dei: & stupefacta est, & reliqua. In his ergo aduerte, quomodo hæc
quæ uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, inter cætera miratur & cibos conuiuij eius, uel
uini fusores eius: & super his dicitur obstupuisse. Nescio autem si ita ineptam putemus fuisse reginam,
quæ ob hoc uenerat à finibus terræ, ut audiret sapientiam Salomonis, ut miretur cibos corporales & ui
num istud commune, ac pincernas uini in ministerio regis. Quid enim in his admiratione dignum regi
næ uidetur, quæ communia penè omnibus sunt hominibus? Sed mihi uidetur miratam esse cibos do-
ctrinæ eius, & uinum dogmatum quæ ab eo per diuinam sapientiam prædicabantur. Hoc erat uinum
& illud, quod per Hieremiã refertur de filijs Ionadab, filij Rechab: qui eo tempore quo peccata popu-
li inualuerant, & pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat, conuocati sunt ut biberent uinum: Et
dixerunt, quia mandauerat eis pater suus Ionadab, ne biberent uinum ipsi & filij sui in seculum: neq; do
mos ædificarent, neq; seminarent semen, neq; plantarent uineas, sed in tabernaculis habitarent omni-
bus diebus uitæ suæ. Et amplectitur eos deus, eo quod custodierint præceptum patris sui, & noluerint
bibere uinum. Pro peccatis enim tunc populi & iniquitatibus eorum, erat uinea eorum ex uinea Sodo
morum, & palmites eorum ex Gomorra. Vua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis. Venenum aspi
dum, & furor draconum erat uinum eorum. Propter hoc ergo laudabiles habentur filij Ionadab, qui
tale uinum, uenenata scilicet dogmata, & aliena à fide dei, bibere & suscipere recusarunt. Propter hoc
ergo fortassis percussit deus uineas Ægyptiorum, sicut in psalmo scriptum est, ne tale facerent uinum.
Igitur si intelleximus uini differentias easq; pro diuersitate dogmatum constare perspeximus, quod ait
hic sponsa: Quia bona sunt ubera tua super uinum: super uinum utiq; intelligamus bonum, non ma-
lum. Bonis enim, non malis comparata dogmatibus, sponsi dogmata præferũtur. Bonum enim uinum
gustauerat prius in lege & prophetis: ex quo uelut præmeditata erat sponsa lætitiam cordis accipere
ac præparare: ut capere posset etiam illam, quæ affutura erat per ubera ipsius sponsi, excellentiorẽ cun-
ctis cernens eorum doctrinam, & ideo dicit: Bona sunt ubera tua super uinum. Et uide si adhuc formæ
huic aptare possimus illam euangelij parabolam, quæ dicit: Simile est regnum cœlorum thesauro ab- B
scondito in agro: quem qui inuenerit, abscondit: & præ gaudio eius uadit & uendit omnia quæ habet,
& emit agrum illum. Est ergo thesaurus is non in deserto aliquo loco, neq; in syluis, sed in agro absco
ditus. Et possibile utiq; est agrum illum habere etiam uineas, quæ afferant uinum: habere etiam thesau-
rum, propter quem distractis omnibus emit agrum illum is qui inuenerat ibi thesaurum. Potest ergo di
cere ille qui emit agrum: Quia bonus est thesaurus, qui est in agro, magis quàm uinum quod est in eo.
Ita ergo & bonus est spõsus, atq; ubera sponsi, quæ uelut thesaurus absc̃ditus est in lege & prophetis,
magis quàm uinum quod est in eis, illa scilicet doctrina quę palàm est, & lętificat audientes. Bona ergo
sunt ubera sponsi. Thesauri enim sunt sapientiæ & scientiæ in eo absconditi: qui cum aperti & reuelati
fuerint oculis sponsæ, multo præstantiores ei uidebũtur, quàm fuit prius istud uinum leges & doctrina
prophetica. Sed & si tertiam expositionẽ de anima perfecta & uerbo dei sentire debeamus, possumus
dicere: quia quis donec paruulus est, et nondum semetipsum ex integro obtulit deo: bibit uinum quod
affert ager ille, qui habet intra se etiam thesaurum absconditum, & bibens lætificatur ex uino. Cum au-
tem obtulerit & deuouerit semetipsum deo, ac nazaræus fuerit effectus, atq; inuenerit thesaurum ab-
conditum, & ad ipsa ubera fontes q; peruenerit uerbi dei: uinum & siceram iam non bibet, dicens ad
ipsum dei uerbum de his thesauris, qui in ipso scientiæ & sapientiæ reconditi sunt. Quia bona sunt ube
ra tua super uinum. Sunt autem unguenta quædam sponsi, quorum fragrantia delectata est sponsa, &
dicit: Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Aromata species sunt pigmentorum. Sponsa
autem habuit quendam usum & noticiam aromatũ: Hoc est uerborum legis & prophetarum: quibus
ante aduentum sponsi mediocriter licet, instrui tamen uidebatur & exerceri ad cultum dei, utpote pa-
uula adhuc & sub curatoribus & actoribus agens & pædagogis. Lex enim pædagogus noster fuit ad
Christum. Hæc autem omnia aromata fuerant, in quibus enutriri uisa est, & sponso suo præparari. Sed
ubi uenit plenitudo temporum, & adoleuit, atq; unigenitum suum pater spiritu sancto unctum misit in
hunc mundum, odorata sponsa diuini unguẽti fragrantiã: sentiens q; quod illa omnia aromata, quibus
prius usa uidebatur, longe inferiora sint ad comparationem suauitatis noui huius & cœlestis unguen-
ti, ait: Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Et quoniam Christus idem sponsus atq; idem
pontifex dicitur. Pontifex quidem secundum hoc quod mediator est dei & hominum, omnis q; creatu
ræ: pro qua & propiciatio factus est, semetipsum offerendo hostiam pro peccato mundi. Sponsus uero
secundum hoc, quod ecclesiæ iungitur non habenti maculam, aut rugam, aut aliquid horum: cõsidera,
ne forte unguentum illud pontificale, quod in Exodo componi iubetur arte pigmẽtarij, istius unguen
ti, quod nunc odorata sponsa miratur, teneat rationẽ. Et uidens quod illa quidem aromata, quibus cõ-
positum unguentum uidebatur, quo Aaron unctus est: quoniam erant terrena & materiæ corporalis:
hoc autem unguentum quo nunc unctum uidit sponsum, spirituale est & cœleste, ideirco dicat: Quia
odor

A odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Videamus ergo quomodo compositum sit illud un
guentum. Et locutus est dominus, inquit, ad Moysen, dicens: Accipe tibi florem myrrhæ electæ, quin-
gentos siclos, & cinamomum suaue, ducentos quinquaginta siclos: & calamum suauẽ, ducentos quin-
quaginta siclos, & casiæ quingentos siclos, secundum siclum sanctum, & oleum ex oliuis hin, & facies
illud oleum chrismatis sancti unguentum arte pigmentarij. Hæc autem in lege quidem referri audierat
sponsa, sed rationem eorum ueritatem q; nunc perspicit. Vide ergo quod istæ quatuor species unguẽti
istius, formam tenebant incarnationis uerbi dei, quod ex quatuor elemẽtis compaginatum corpus as-
sumpsit: in quo corpore myrrha illa mortis eius, quam siue ut pontifex pro populo siue ut sponsus pro
sponsa suscepit, seruat indicia. Quod uero non simpliciter myrrha, sed flos myrrhæ & myrrhæ electæ
scriptum est: non solum mortem eius, sed & primogenitum eum futurum ex mortuis indicabat: atque
eos qui complantati fuissent similitudini mortis eius, non solum uocatos, sed electos futuros. Cinamo-
mum uero immaculatum dicitur, propter ecclesiam sine dubio, quam purificauit lauacro aquæ, & im-
maculatam fecit, nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Sed & calamus assumitur:
quia lingua eius etiam est calamus scribæ uelociter scribentis, doctrinæ gratiam pigmentis designans
suauitatis. In eis quoq; species adhibet calidissimas, ut referantur ad ardentissima: in qua uel spiritus san
cti feruor, uel futuri per ignem iudicij ostenditur forma. Numerus uero quingentorum uel ducento-
rum quinquaginta siclorum in eo mysterium tenet, centupliciter perfectorum, ut remissionem pecca-
torum per eum datam significet: quinquagenarius enim iubileus in his est quintupliciter positus. Sed
hæc omnia oleo puro colliguntur: per quod ostenditur, uel misericordiæ uel salutis causa fuisse, quod is
qui erat in forma dei, formam serui susceperit: uel ea quæ ex materiali substantia in Christo fuerant as-
sumpta, per spiritum sanctum redacta in unum fuisse, atq; in unam speciem, quæ est persona mediato-
ris effecta. Illud ergo oleum materiale, nullo genere oleum læticię appellari potuit. Istud autem oleum,
id est, spiritus sancti unguentum, quo unctus est Christus, & cuius nunc odorem percipiens sponsa ad-
mirata est: oleum læticiæ, quia fructus spiritus gaudium est, merito appellatur: quo unxit eum deus,
qui dilexit iusticiam, & odio habuit iniquitatem. Propterea enim dicitur: Vnxit eum dominus deus
suus oleo læticiæ præ participibus suis. Et ideo odor unguentorum eius est super omnia aromata. Simi
li autem expositione utimur, etiam si ad unamquamque animam in amore & desiderio uerbi dei posi-
tam transferatur hic sermo: cui fuerint omnes doctrinæ per ordinem decursæ: in quibus ante agnitio-
B nem uerbi dei, exercitata uidetur & erudita: siue ex moralibus descendentes, siue ex naturalibus scho-
lis. Erant enim ei omnia ista aromata quædam, pro eo quod in his institutio probabilis, & morum con-
quiritur emendatio, quod deprehenditur in his uanitas seculi, & caducarum rerum respuuntur falsa mi
racula. Erant ergo ei hæc omnia uelut aromata & odoramenta quædam animæ pigmenta. Sed ubi ad
cognitionem diuinorum mysteriorum, & diuinorum dogmatum scientiam uentum est: ubi ad ianuas
sapientiæ ipsius, & sapientiæ non huius mundi, neque principum huius mundi, qui destruuntur acces-
sum est, sed ad ipsam dei sapiẽtiam, quæ inter perfectos differitur: & ubi mysterium, quod prioribus ge-
nerationibus non fuit notum, filijs hominum reuelatum est: ubi inquam anima ad tãti cognitionem a-
scendit arcani: merito dicit: Odor unguentorum tuorum, spiritualis scilicet intelligentia & mystica, su-
per omnia aromata, moralis naturalis q; philosophiæ. Non autem lateat nos, quod in quibusdam exem
plaribus pro eo quod legimus: Quia bona sunt ubera tua super uinum: inuenimus scriptum: Quia bo-
næ sunt loquelæ tuæ super uinum, quod quamuis uideantur significasse euidentius ea ipsa, quæ à no-
bis spirituali interpretatione differta sunt: tamen nos Septuaginta interpretum scripta per omnia custo
dimus, certi quod spiritus sanctus mysteriorum formas obtectas inesse uoluit in scripturis diuinis, &
non palam atq; in propatulo haberi. Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulæ
dilexerũt te, ac traxerunt te post se. In odore unguentorum tuorum curremus. Historica quidem expo
sitio eadem quæ in superioribus, percurrit etiam in præsenti loco, donec fiat aliqua mutatio personarũ.
Ita quippe ordo dramatis, qui à nobis in hac expositione receptus est, poscit. Possunt sane in prophetia
quædam uideri ex persona sponsæ prolata de Christo, quod futurum esset in aduentu domini & salua-
toris nostri, ut nomen eius ita per orbem terrę, & per uniuersum mundum diffunderetur, ut fieret odor
suauitatis in omni loco, sicut & Apostolus dixit: Quia Christi bonus odor sumus, in omni loco: Alijs
quidẽ odor ex morte in mortẽ: alijs aũt odor de uita in uitã. Si enim omnibus fuisset odor uite in uitam,
dixisset utiq; & hic: Omnes dilexerũt te & traxerũt te. Sed nunc ait: Vbi nomen tuum est factũ unguẽ-
tum exinanitum, dilexerunt te: non illæ uetulæ, ac ueterem hominem indutæ animæ, neq; rugas haben
tes, neq; maculas: sed adolescentulæ, in augmento scilicet ætatis & pulchritudinis positæ animæ: quæ
semper innouantur, et de die in diem renouantur: nouum se hominem induentes, qui secundum deum
creatus est. Propter istas ergo adolescentulas, & in augmentis uitæ & profectibus positas: exinaniuit
se ille, qui erat in forma dei, ut fieret unguentum exinanitum nomen eius: ut nõ iam inaccessam lucem
tantummodo habitaret, & in forma dei permaneret, sed uerbum caro fieret: quo possent istę adolescen
tulæ & in augmentis profectuum positæ animæ, non solum diligere, sed & trahere eum ad se. Trahit
enim unaquæq; anima, & assumit ad se uerbum dei pro capacitatis & fidei suæ mensura. Cum autem
traxerint ad se animæ uerbum dei, & sensibus suis atq; intellectibus inseruerint, & dulcedinis eius &
odoris senserint suauitatem: ubi unguentorum eius fragrantiam ceperint, rationem dũtaxat aduentus

eius & redemptionis ac passionis causas charitatemq; agnouerint, qua pro salute omnium usq; ad mor A
tem crucis, immortalis accessit: & his omnibus uelut diuini cuiusdam & ineffabilis unguenti odoribus
inuitatæ adolescentulæ, id est animæ, plenæ uigoris atq; alacritatis effectæ: currunt post ipsum, atque ad
odorem suauitatis eius non leni gradu, nec tardis passibus, sed rapido cursu, & tota properatione festi-
nant: quemadmodum & ille qui dicebat: Sic curro, ut comprehendam. Verum quod ait: Vnguentum
exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te, & traxerunt te post se: In odorem un-
guentorum tuorum curremus: trahunt ad se Christum adolescentulæ: si quidem de ecclesijs intelligatur,
quæ una quidem est, cum perfecta est. Multæ uero sunt adolescentulæ, cum adhuc instruuntur & profi
ciunt. Istæ ergo trahunt ad se Christum per fidem: quia Christus ubi uiderit congregatos duos uel tres
in fide nominis sui, uadit illuc, & est in medio eorum, fide eorum tractus, & unanimitate prouocatus. Si
uero tertia expositione, de anima uerbum dei sequente intelligi hæc oportet, quæcunque anima fuerit
erudita: primo in moralibus, secundo etiam in naturalibus exercitata, per illa omnia quæ in his discipli
nis edocere supra ostendimus, ipsa morum emendatio, & eruditio rerum, ac probitas disciplinæ, trahit
ad se uerbum dei. Et libens trahitur. Gratissime enim ad eruditas animas uenit, & trahi se ab his indul-
genter accipit, benigneq; concedit. Requiro sanè si solum nomen eius quia unguentum factum est exi
nanitum, tantum operis egerit, & ita suscitarit adolescentulas: ut primo traherent eum ad se, & haben-
tes eum apud se, caperent unguentorū eius odorem, & statim currerent post eum. Si hæc, inquam, om-
nia solo nomine eius effecta sunt, quid putas faciet ipsa eius substantia? Quid ex illa adolescentulæ istæ
uirtutis, quid uigoris accipiant: si quo pacto potuerint aliquando ad ipsam incomprehensibilem atque
ineffabilem substantiam eius peruenire? Ego puto quod si ad hoc aliquando peruenerint, iam non am
bulent: neq; currant: sed uinculis quibusdam charitatis eius astrictæ, adhæreant ei, ne ultra mobilitatis
alicuius ullus in eis resideat locus, sed sint cum eo unus spiritus, & compleatur in eis illud, quod scriptū
est: Sicut tu pater in me, & ego in te unum sumus: ita & isti in nobis unum sint. Sed nunc interim, ut ui-
detur, sponsa consociatis sibi adolescentulis multis, quarum in posterioribus nullus esse numerus dici-
tur, ab uno solo sensu, id est, odoratu tantummodo capta, currere se in odorem unguentorum sponsi
commemorat: siue quod ipsa cursu indigeat adhuc & profectu: siue quod ipsa quidem perfecta sit, pro
his autem adolescentulis, quæ adhuc cursu & profectibus indigent, etiam ipsa se currere fateatur: sicut
& ille, qui cum ipse sub lege non esset, fit tamen sub lege, ut eos qui sub lege sunt, lucrifaciat. Et iterum B
cum in lege sit Christi, his tamen qui sine lege sunt, fit & ipse sine lege, ut eos qui sub lege sunt, saluet. Et
hoc fit, ut diximus, solo adhuc odoratu eius accepto. Quid putas agent, cum & auditum earum, & ui-
sum, & tactum, gustumq; occupauerit uerbum dei, & singulis quibusq; sensibus, uirtutes ex se compe-
tentes naturæ earum capacitatiq; præbuerit, ita ut oculus si uidere potuerit gloriam eius, gloriam tan-
quam unigeniti à patre: aliud ultra iam uidere nolit: neq; auditus aliud, quàm uerbum uitæ & salutis au
dire. Sed & cuius manus palpauerit de uerbo uitæ, nihil ultra materiale, nihil fragile caducumq; palpa-
bit: nec gustus cum gustauerit bonum uerbum dei, carnemq; eius & panem, qui de cœlo descendit, ali
ud quid post hęc gustare patietur. Præ dulcedine nāq; ipsius & suauitate, omnis reliquus ei sapor asper
uidebitur & amarus, & ideo hoc solo uescetur. Omnem nanq; suauitatem quancunq; cupierit, in hoc
inueniet: ad omnia nanq; aptum se reddit & habilem. Denicq; his qui ex incorruptibili semine regene-
rantur, rationabile & sine dolo efficitur lac. His uero qui infirmantur in aliquo, olera se præbet, ad ho-
spitalitatis amicitiam & gratiā. His uero qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus, ac di
scretionem boni & mali, cibum se solidum præbet. Si qui uero sunt qui exierint de Ægypto, & secuti
columnam ignis & nubis in eremum uenerint, de cœlo ad illos descendit, minutū & subtilem eis præ-
bens cibum angelico similem, ita ut panem angelorum manducet homo. Habet & alias multas in se-
metipso atque innumeras ciborum differentias, quas interim pelle quis & carne ossibusq; indutus &
neruis, capere non potest. Qui autem dignus fuerit redire, & esse cum Christo: quicq; in paruo fidelis
inuentus, constituetur super multa: ille gustabit & capiet uoluptatē domini: perductus ad locum quen-
dam qui pro huiusmodi ciborum copijs & uarietatibus, deliciarum nominatur locus. Propter quod &
in Eden positus dicitur, quod delicias indicat. Ibi enim dicetur ad eum, deliciare in domino. Deliciabi-
tur autem non in uno solo edendi, gustandiq; sensu, sed & auditu deliciabitur & uisu, & tactu, odora-
tuq; deliciabitur: in odorem nanque unguenti eius current. Et ita omnibus sensibus suis deliciabitur in
uerbo dei, is qui ad summam perfectionis ac beatitudinis uenerit. Vnde & in his positi locis, deprecа-
mur auditores horum, ut mortificent carnales sensus, ne quid ex his quæ dicuntur, secundum corporis
motus excipiāt, sed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capiēda sensus exhibeāt, sicut Salomon
edocet nos, dicens: Sensum autem diuinum inuenies. Et ut Paulus quoque ad Hebræos scribit de per-
fectis, ut supra memorauimus: qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni uel mali: ostendens
esse in homine præter hos corporeos sensus, quinque alios nihilominus qui per exercitia quæruntur
& exercitati dicuntur, cum scilicet intelligentiam rerum acumine acriore discutiunt. Nō enim persun-
ctorie, & ut libet audiēdum est: quod Apostolus de perfectis dicit: Quia exercitatos habent sensus ad
discretionem boni uel mali. Quod ut clarius elucescat: sumamus, si uidetur, exemplum ab his corpora-
libus sensibus: & ita demum statim ad illos diuinos, quos scriptura nominat sensus interioris hominis,
ueniemus. Si enim corporeus oculus exercitium uisus habeat, nullo impediente obstaculo, integrè, &
absq;

A absq; ulla falsitate uel colores corporum uel magnitudines qualitatesq; deprehēdet. Nam si aut caligi-
ne, aut alia qualibet infirmitate impediatur aspectus, & rubrū pro albo, & uiride pro nigro, aut rectum
putat esse aliquid cum curuum sit & tortuosum, conturbabitur sine dubio iudicium mētis: & aliud pro
alio aget. Ita ergo & interior uisus, nisi eruditione & industria fuerit exercitatus, quo per multā peritiā
discretionem boni habeat ac mali, sed ignorantia & imperitia tanquam caligo oculis incideri: aut etiā
malitiæ alicuius languor tanquam lippis oculis accesserit, discrimen boni aut mali intueri nullatenus
possit: & inde fiet ut mala pro bonis agat: bona uero pro malis spernat. Secundum hanc uero formam
quam de uisu corporis animæq; tractauimus, consequenter etiam de auditu, & gustu, & odoratu, tac-
tuq; per singulas quasq; sui generis uirtutes sensuum corporalium, referemus ad animæ sensus, quæ in
singulis adhibere debeant exercitia, quæq; debeat emendatio parari dilucide recognoscemus. Hæc au
tem paulo latiori excessu prosequuti sumus, ostendere uolentes odoratū sponsæ & adolescentularum:
quo odoratæ sunt odorem unguentorum sponsi: non corporis sensus, sed diuini odoris illius & interio
ris, qui appellatur hominis dici. Hic ergo odorationis sensus, in quo sanus est & integer, odore Christi
accepto, ex uita adducit ad uitam. Si uero non sit sanus, hoc odore susceptо, de morte in mortē deijcit,
secundū illum qui dicebat: Quoniam Christi bonus odor sumus: alijs quidem de uita in uitam: alijs au-
tem odor de morte in mortem. Denicq; & hi quibus intellectus herbarum est pigmentorumq; peritia,
ferunt quædam esse pigmenta, quorum si odorem ceperint non nulla animalia, continuo intereūt: alia
uero eodem odore recreantur, uitamq; recipiunt. Et nunc ergo in his ipsis expositionibus & sermoni-
bus quos habemus in manibus, uidetur alijs esse uita ex uita, alijs uero mors ex morte. Nam si hæc ex-
ponī ita audiat animalis qui dicitur homo, qui non potest percipere & intelligere quę sunt spiritus dei,
irridebit sine dubio atq; inepta hæc esse & inania pronunciabit: dicens, somnia potius quàm rerum cau
sas & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic cantici canticorum efficitur de morte in mortem, sci-
licet de morte infidelitatis in mortē iudicij & condemnationis. Sequentibus uero spiritualem sensum
& subtilem, atq; intelligentibus maiorem inesse ueritatem in his quæ non uidentur, quàm in his quę ui
dentur: & ueriora haberi apud deū inuisibilia & spiritualia, magis quàm uisibilia & corporalia, ample-
ctenda sine dubio huiusmodi intelligentia uidebitur & sequenda. Agnoscunt enim tale esse intelligen
dæ ueritatis iter quo peruenitur ad deum. Sed siquidem alienus à fide sit is qui hæc stulta iudicat & ir-
ridenda, nihil mirum. Si uero aliquis ex his sit qui uidentur credere, & scripturarum autoritatem recipe
B re: non tamen recipit expositionis huius spiritualis formam, sed irridet et derogat, tentemus ex alijs scri
pturarum locis instruere eum ac persuadere. Qui si forte poterit sic resipiscere, & talia quædā dicamus
ad eum, scriptum est: Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Dicat ergo nobis, qui sunt oculi
qui illuminantur luce præcepti. Et iterum: Qui habet aures audiendi, audiat: quæ sunt aures istæ, quas
qui habuerit, ipse solus uerba Christi audire dicatur. Et iterū: Quoniam Christi bonus odor sumus deo.
Et in alijs: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Et quod alius ait: Manus nostræ palpauerūt
de uerbo uitæ. Putasne in his omnibus non mouebitur, ut aduertat hæc uniuersa non de corporeis sen
sibus dicta, sed de his quos secundum interiorem hominem inesse unicuiq; docuimus, nisi si cōtentio-
nis & iactantiæ uitio agitur, qui eiusmodi est. Quibus uitijs quoniam & uisus ille interior excæcatur,
& odoratus obcluditur, & obturatur auditus, merito nec uidere quæ spiritualia sunt, nec audire potest:
Sed nec odorem istum Christi capere, quo nunc recepto, adolescētulæ istæ, in quibus bene sanus & ui
gens erat hic sensus, in odorem unguentorum eius currunt post ipsum: nec deficiunt currentes, aut la-
borant, quia suauitate odoris ipsius qui est de uita in uitam refectæ, iugiter inualescunt. Potest adhuc et
hoc modo accipi, quod ait: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulę dilexerūt
te. Vnigenitus dei filius cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, & formam serui accepit. Exina-
niuit autem de plenitudine sine dubio in qua erat. Illi ergo qui dicunt: Quia de plenitudine eius nos o-
mnes accepimus, ipsi sunt adolescentulæ, quæ de ea plenitudine ex qua se ille exinaniuit, & factū est un
guentum exinanitum nomen eius, percipientes dicunt: Post te in odorem unguentorum tuorum cur-
remus. Nisi enim exinanisset unguentum: hoc est, plenitudinem diuini spiritus, & humiliasset se usq; ad
formam serui, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuisset, nisi sola fortassis spōsa, pro eo
quod uidetur indicare: quia unguentum istud exinanitum non sibi, sed adolescētulis dilectionis dede-
rit causam. Sic enim dicit: Vnguentum exinanitum nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt
te. Ac si diceret: Adolescentulæ quidem propterea dilexerunt te: quia exinanisti te de forma dei, & fa-
ctum est unguentum exinanitum nomen tuum: ego autem non pro exinanito unguento, sed pro ipsa
unguentorum plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco, ubi dicit: Odor unguentorum tuorū
super omnia aromata. Quod uero etiam ipsa cum adolescētulis post ipsum se cursuram dicit: hanc aio
esse causam, quod perfecti quique omnia omnibus fiant, ut omnes lucrifaciāt: sicut iam supra exposui-
mus. Introduxit me rex in cubiculum suum: exultemus & iocūdemur in te. Cum indicasset sponso suo
sponsa, quod adolescentulæ odore eius captæ, currerent post ipsum, cum quibus etiam ipsa cursura es-
set, ut eis formam prębęret in omnibus: nunc quasi laboris sui consecuta iam palmam pro eo, quod cō-
currerit currentibus, introductam se dicit ab sponso rege in cubiculum eius: ut ibi uideret cūctas opes
regias. In quo utiq; merito iocundatur & exultat, utpote quæ secreta iam regis & arcana prospexerit.
Hic est secundum propositum dramatis ordinem, quasi historicus intellectus. Sed quoniam cuius res

agitur ecclesia est ad Christum ueniens, uel anima uerbo dei adhærens: quod aliud cubiculum Christi, & promptuarium dei credendum est in quo uel ecclesiam, uel animam cohærentem sibi introducat, nisi ipse arcanus sensus eius & reconditus: de quo & Paulus dicebat: Nos autem sensum Christi habemus, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Hæc illa sunt, quę oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Cum igitur Christus animam in intelligentiam sui sensus inducit, in cubiculum regis introducta dicitur: in quo sunt thesauri sapientiæ ac scientiæ eius absconditi. Nō mihi autem uacuum uidetur, quod cum potuisset dicere: Introduxit me sponsus meus aut fraternus meus, aut aliquid huiusmodi: ut ei moris est: nunc quia cubiculum dictura erat, regis dixerit cubiculum: & non aliud nomē posuerit, in quo posset fortassis aliquis etiam mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regem nominatum: ut ostenderetur per hoc nomen prædiues cubiculum, utpote regium, & multis atq; immensis opibus repletum. Propè hunc omnino mihi uidetur fuisse & ille, qui dixit raptum se esse usq; ad tertium cœlum: & inde in paradisum, & audisse uerba ineffabilia, quæ nō licet homini loqui. Quid enim putas esse illa uerba quæ audiuit: nónne à rege audiuit, & in cubiculo, & propè cubiculum positus audiuit? Et erant credo illa uerba talia quædam, quæ hortarentur eum ad maiorem profectum, & promitterent ei, quod si perseueraret usq; in finem, & ipse posset intrare regis cubiculum: secūdum illud quod per prophetam quoq; promittitur: Dabo tibi thesauros obscuros, occultos, inuisibiles. Aperiā tibi ut cognoscas, quia ego sum dominus deus tuus, qui uocaui nomen tuum Israel. Currunt ergo adolescentulæ post ipsum & in odorem eius, unaquæq; tamen pro uiribus: alia quidem uelocius, alia paulo tardius: alia etiam inferius cæteris & ultimo, alia primo loco: ueruntamen currunt omnes: sed una est perfecta quę cucurrit sic, ut perueniret & sola acciperet palmam. Sola enim est quæ dicit: Introduxit me rex in cubiculum suum: cum prius nō de se sola, sed de pluribus dixisset: quia post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Introducitur ergo in cubiculū regis, & efficitur regina: & ipsa est de qua dicitur: Regina astitit à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietatibus. De his autem adolescentulis, quæ post ipsam cucurrerant, & procul ab ea in ipsis currendi spacijs remanserant, dicitur: Adducentur regi uirgines post eam, proximę eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione, inducentur in templum regis. Sed & illud etiam in hoc aduertere debemus, quod sicut rex habet cubiculum quoddam in quod reginam siue sponsam suam introducit: ita habet & sponsa suum cubiculum in quod monetur per uerbum dei ingressa claudere ostium: et ita conclusis illis omnibus diuitijs suis, intra illud cubiculum, orare eum qui uidet in abscondito, & perspicit quantas opes, animi scilicet uirtutes intra cubiculum suum sponsa condiderit: & uidēs eius diuitias, det ei petitiones suas. Omni enim habenti dabitur. Quod autem ait, exultemus & iocundemur in te: uidetur ex persona adolescentularum dici, uel optantium & petentium à sponso: ut quemadmodum sponsa consecuta est quæ perfecta sunt & exultat, ita ipsæ etiam suum implere cursum & peruenire usq; ad regis cubiculum mereantur, ut perspectis & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur, etiā ipsæ exultent sicut & illa, & iocundentur in eo. Vel etiam ad sponsam potest dictum uideri ab adolescentulis cō gratulantibus ei, & promittentibus petentibusq;, ut participes fiant exultationis eius & lætitiæ. Diligemus ubera tua super uinum. Sponsa quidem postquam oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & uberibus eius perfrui, ait ad eum: Bona sunt ubera tua super uinum. Adolescentulæ uero quæ nondum ad id beatitudinis uenerant, neque summā perfectionis acceperant, necq; usu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant: ut quasi expertæ pronunciarent de uberibus eius, quia bona sunt: uidentes tamē sponsam delectari & refici ex uberibus sponsi, ex fontibus scilicet sapiētiæ, & sciētię quę de uberibus eius fluunt, & pocula cœlestis doctrinæ sumentes, tanquam imitatrices perfectionis eius, & desiderantes eisdem uestigijs incedere, promittūt & dicunt: Diligemus ubera tua super uinum: id est, nos quidem nondū in id perfectionis ascendimus: ut iam diligamus ubera tua plus quàm uinum, uel certe ubera tua quæ sunt super uinum (utroq; enim modo sensus stare uidebitur): gerimus tamen spem: utpote adolescentulæ in id ætatis proficere, quo possimus, non solum pasci, & ali ex uberibus uerbi dei, sed & diligere alentem. Istæ sunt autem adolescentulæ, ut sæpe iam diximus animæ, quæ primis, & initio ualentibus eruditionibus uidentur imbutæ: & uelut uino quodam lætificatæ, institutione tutorum duntaxat curatorumq; & pædagogi: utpote paruulæ, & quæ haberent quidem in uiribus amare uinum: non tamen haberent in ætate, ut amore uberum sponsi moueri, aut excitari possent. Sed ubi aduenit plenitudo temporum, & Christus in eis profecit ætate & sapientia, & iam sentire cœperunt quid sint ubera sponsi, quæq; in his perfectio uerbi dei, & doctrinę spiritualis plenitudo designetur, etiam promittunt: quia plusquàm uinum quod nunc tanquam paruulæ bibunt, dilecturæ sint ubera sponsi: id est, propensiores futuræ erga perfecta, & omni plenitudine decreta dogmata Christi, quàm iam antea siue in communibus studijs, siue in legis & prophetarum uisæ sint institutionibus extitisse. Æquitas dilexit te. Etiam hoc mihi uidentur adolescentulæ proloqui, uelut satisfacientes, pro eo quod dilecturas super uinū se promiserunt ubera sponsi: & non iam in præsenti diligant, neque integram uim charitatis ostendant. Est ergo uox ista uelut incusantium semetipsas, quasi quæ nondum abiecta omni iniquitate peruenerint ad æquitatem, ut possint iam diligere uinum super ubera sponsi, scientes inconueniens esse, ut aliquid adhuc resideat iniquitatis in eo, qui ad perfectionem spiritualis & mysticæ doctrinæ peruenerit. Quia ergo summa perfectionis in charitate cōsistit: charitas autem nihil iniquitatis admittit: ubi autem nihil

A nihil iniquitatis est, ibi sine dubio est æquitas: merito ergo æquitas esse dicitur quæ dirigit sponsum. Et uide, si non ob hoc etiam uidetur illud in euangelio à saluatore dictum. Si diligitis me, mandata mea seruate. Si ergo qui diligit Christum, mandata eius custodit: & qui mādata eius custodit, nulla est in eo iniquitas, sed æquitas in eo permanet: æquitas ergo est quæ mandata eius custodit, & diligit Christum. Et rursum. Si is qui mandata custodit, ipse diligit Christum, mandata autem in æquitate seruantur, & æquitas est quæ diligit Christum: qui iniquum aliquid gerit, neq; mandata custodit, neque diligit Christum. Erit ergo ut quantum iniquitatis in nobis est, tantum longe simus à dilectione Christi: & tantum mandatorum eius præuaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quandam directam ponamus esse æquitatem: ut si quid in nobis iniquitatis est, hanc adhibentes & superducentes directoriam mandatorum dei: si quid in nobis curuum, si quid tortuosum est, ab huius regulæ linea resecetur, ut possit & de nobis dici: Æquitas dilexit te. Possumus autē etiam sic accipere, ut uideatur simile esse quod dixit: Æquitas dilexit te, ac si dixisset: iusticia dilexit te, & ueritas & sapientia & pudicitia & singulæ quæque uirtutes. Nec mireris sanè, si dicimus uirtutes esse quæ diligunt Christum, cum in alijs ipsarum uirtutum substantiam, Christum soleamus accipere. Quod & frequenter inuenies in scripturis diuinis, pro locis & opportunitatibus aptari. Inuenimus nanq; ipsum & iusticiam dici & pacē & ueritatē. Et rursum scriptum est in psalmis: Iusticia & pax osculatæ sunt. Et, ueritas de terra orta est, & iusticia de cœlo prospexit: quæ utiq; omnia & ipse esse, & rursum ipsum dicuntur amplecti. Sed & sponsus idem dicitur, idem etiā sponsa nominatur: ut in prophetia scriptum est. Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento.

HOMILIA SECVNDA

FVsca sum & formosa filiæ Hierusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. In alijs exemplaribus legimus: Nigra sum & formosa. Rursus in hoc persona sponsę loquentis introducitur. Loquentis autem non ad illas adolescētulas, quæ cum ipsa currere solent, sed ad filias Hierusalem, quibus tanquam his quæ derogauerint fœditati eius, respondere uidetur & dicere: Fusca quidem sum uel nigra, quantum ad colorem spectat filiæ Hierusalem: formosa uero, si quis interna membrorum lineamenta perspiciat. Nam & tabernacula, inquit, Cedar, quæ est gens magna, nigra sunt: & ipsa gens Cedar, nigredo, uel obscuritas interpretatur. Sed & pelles Salomonis nigræ sunt: nec tamen ob hoc tanto regi,
B in omni gloria sua pellium uisa est indecora nigredo. Non ergo mihi ò filiæ Hierusalem, exprobretis culpam coloris: cum siue naturalis, siue exercitio quæsita corpori pulchritudo non desit. Hæc continet historicum drama & propositæ fabulæ species. Sed redeamus ad ordinem mysticum. Hæc sponsa quæ loquitur, ecclesiæ personam tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ uero Hierusalem ad quas ei sermo est illæ sunt animæ quæ propter electionem patrum, charissimæ quidem dicuntur, inimicæ autem propter euangelium. Istæ sunt filiæ Hierusalem ciuitatis terrenæ, quæ uidentes ecclesiam ex gentibus, quamuis pro eo ignobilem quod generositatem sibi Abraam, & Isaac, & Iacob non possit asscribere: obliuiscentem tamen populum suum & domum patris sui, atq; ad Christum uenientem, spernunt eam: & pro ignobilitate generis offuscant. Quod sponsa sentiens, filias prioris populi imputari sibi, & pro hoc etiam nigram se appellari, quasi quæ paternæ eruditionis non habeat claritatem, respondens ad hæc dicit: Nigra sum quidem ô filiæ Hierusalem, pro eo quod non descendo de stirpe clarorum uirorum: neque illuminationem Mosi legis accepi, habeo tamen pulchritudinem meam mecum. Nam & in me illud primum est, quod ad imaginem dei in me factum est: nunc accedens ad uerbum dei, recepi speciem meā. Quamuis enim coloris obscuritate, comparetis me tabernaculis Cedar & pellibus Salomonis: tamen & Cedar ex Ismaele descendit. Secundo nanque loco ex Ismaele natus est, qui Ismael non fuit expers diuinæ benedictionis. Sed & pellibus Salomonis comparatis me, quæ non aliæ sunt quàm pelles tabernaculi dei: & tamen miror uos ô filiæ Hierusalem, mihi coloris uelle exprobrare nigredinem. Quo modo non meministis, quod in lege uestra scriptum est, quid passa sit Maria quæ derogauit Mosi cum Æthiopissam nigram accepisset uxorem? quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc ueritate compleri? Ego sum illa Æthiopissa, ego sum nigra quidem pro ignobilitate generis: formosa uero propter pœnitentiam & fidem. Suscepi enim in me filium dei, recepi uerbum carnem factum. Accessi ad eum, qui est imago dei, primogenitus omnis creaturæ: & qui est splendor gloriæ & fulgor substantiæ eius, & facta sum formosa. Tu ergo quid improperas conuertenti se à peccato, quod utique lex fieri uetat: & quomodo tu gloriaris in lege præuaricans legem? Verum quoniam in his locis sumus, ubi ecclesia quæ ex gentibus uenit nigram se esse dicit & formosam, quamuis longum uideatur esse & operosum colligere ex scripturis diuinis, in quibus uel qualiter sacramenti huius forma præcesserit, tamen non mihi penitus omittendum uidetur, sed quàm potuerit breuiter memorādum. Primo ergo in Numerorum libro de Æthiopissa ita scriptum est. Et locuta est Maria ad Aaron, & derogauerunt Mosi, propter mulierem Æthiopissam quam accepit uxorem, & dixerunt. Nunquid Mosi soli locutus est dominus? Nonne & nobis locutus est? Et iterum in tertio Regnorum libro scriptum est de regina Saba, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, hoc modo: Regina Saba audiuit nomen Salomonis, & nomen domini: & uenit tentare eum in parabolis, & uenit in Hierusalē in uirtute magna ualde: & cameli portātes odoramenta & aurum multū ualde, & lapidem pre-

cioſum:& ingreſſa eſt ad Salomonem,& locuta eſt ei omnia uerba quæ erant in corde ſuo.Et enunciauit ei Salomon omnia uerba eius.Et non fuit uerbum quod omiſerit rex,& non enunciauerit rex ei.Et uidit regina Saba omnem prudentiam Salomonis,& domum quam ædificauit,& cibos Salomonis,& ſedem puerorum eius,& ordinem miniſtrorum eius, & ueſtes eius, & uini fuſores eius,& holocauſta eius,quæ offerebat in domo domini:& obſtupuit & dixit ad regem Salomonem: Verus eſt ſermo quē ego audiui in terra mea de uerbo tuo & prudentia tua:& non credidi his qui loquebantur mihi, uſque quo uenirem & uiderunt oculi mei:& ecce nec media pars eſt quæ nunciabantur mihi.Addidiſti enim bona ſuper omnem auditionem quam audiui in terra mea:Beatæ mulieres tuæ, beati pueri iſti qui aſſiſtunt in conſpectu tuo ſemper:& audiunt omnem prudentiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus,qui tibi dedit ſedem Iſrael. Quoniam dilexit dominus Iſrael, & uoluit eum permanere in æternum:poſuit te regem ſuper eos,ut facias iudicium cum iuſticia & iudices eos.Et dedit Salomoni centū uiginti talenta auri,& odoramenta multa ualde,& lapidem precioſum.Nunquam talia uenerant odoramenta,nec in tanta multitudine,quæ dedit regina Saba regi Salomoni.Hanc autem hiſtoriam paulo latius repetere uoluimus,& inſerere huic expoſitioni noſtræ, ſcientes in tantum conuenire hæc ad perſonam eccleſiæ,quæ ex gentibus uenit ad Chriſtum: ut ipſe dominus in euangelijs reginæ huius faceret mentionem,dicens eam uenisſe à finibus terræ,ut audiret ſapientiam Salomonis. Auſtri autem reginam dicit eam,pro eo quod Æthiopia in Auſtri partibus iaceat:& à finibus terræ,quaſi in ultimo poſita.Inuenimus autem huius ipſius reginæ etiam Ioſephum in hiſtoria ſua facere mētionem, addentem etiam hoc,quod poſtea quàm regreſſa eſt,inquit,à Salomone, Cambyſes rex miratus eius ſapientiam, quam ſine dubio ex Salomonis ſapientia ſuſceperat,cognominauit, inquit, nomen eius Meroen.Refert aūt quod non ſolum Æthiopiæ,ſed & Ægypti regnum tenuerit. Addemus autē adhuc & ea quæ in ſexageſimo ſeptimo pſalmo,de hac eadē forma continenť. Ait ergo ibi:Diſperge gētes quę bella uolunt:uenient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius deo. Et adhuc quarto in loco apud Sophoniam prophetam de hac eadem figura, hoc modo ſcriptum: Propterea ſuſtine me, dicit dominus,in die reſurrectionis meæ in martyrio:hoc eſt,in teſtimonio: quoniam iudicium meum eſt ad congregationes gentium, ut ſuſcipiam reges & effundam ſuper eos omnem iram indignationis meæ: in igne zeli mei conſumetur omnis terra. Quoniam tunc conuertam in populis linguam in generationem eius:ut inuocent omnes nomen domini, & ſeruient ei ſub iugo uno. De ultra flumina Æthiopiæ ſuſcipiam eos qui diſperſi ſunt,& afferent ſacrificium mihi. In die illa non confunderis Saba ab omnibus adinuentionibus tuis,in quibus impie egiſti in me.Sed & in Hieremia ſcriptū eſt: quod principes quidam populi Iſrael miſerint Hieremiam in lacum Melchiæ filij regis,qui erat in domo carceris: & deposuerunt eum cum funibus,& in lacu non erat aqua,ſed cœnum,& erat in cœno. Audiens autem Abdimelech Æthiops uir eunuchus,qui erat in domo regis,quia miſerunt Hieremiam in lacum: locutus eſt regi,& dixit:Domine rex,male fecerunt uiri iſti omnia quæ fecerūt in Hieremiam prophetam, quia miſerunt eum in lacum,& morietur ibi à facie famis:quoniam non ſunt iam panes in ciuitate. Et præcepit rex ipſi Abdimelech Æthiopi,dicens:Tolle hinc triginta homines,& educ eum de lacu,ut non ibi moriatur.Et quid plura? Abdimelech Æthiops fuit qui Hieremiā eduxit de lacu. Et paulo poſt factus eſt ſermo domini ad Hieremiam,dicens: Vade & dic Abdimelech Æthiopi,dicens: ſic dicit dominus deus Iſrael:Ecce ego adducā uerba mea ſuper ciuitatem iſtam in mala, & non in bona: & ſaluabo te in die illa,& non dabo te in manus hominum quos tu times.A facie eorum ſaluās ſaluabo te: & in gladio non cades,ſed erit anima tua in ſalutem:quoniam confiſus es in me,dicit dominus.Hæc interim ad præſens de ſcripturis ſanctis occurrere potuerunt, quibus mihi uidetur propoſiti de canticis canticorum uerſiculi myſterium comprobari:in quo dicit:Fuſca ſum ſiue nigra,& formoſa filiæ Hieruſalem,ſicut tabernaculum Cedar,& ſicut pelles Salomonis. Inuenitur ergo Moyſes in Numeris accepiſſe Æthiopiſſam uxorem fuſcam uel nigram:pro qua Maria & Aaron derogant ei,& indignantes dicunt: Nunquid Moſi ſoli dominus locutus eſt? Nónne & nobis locutus eſt? In quo ſi diligenter cōſideres,nec cō ſequentiam ſermo inuenitur habere hiſtoricus. Quid enim cōuenire ad rem uidebitur,ut indignantes pro Æthiopiſſa dicant:Nunquid ſoli Moſi locutus eſt dominus,nonne & nobis locutus eſt? Oportebat enim ſi hoc erat in cauſa dici ab eis:non oportuit te ô Moſes uxorem accipere Æthiopiſſam, & de ſemine Cham,ſed de genere tuo & de domo Leui.Horum nihil dicunt,ſed aiūt: Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus:nonne & nobis locutus eſt? In quo & mihi uidetur ſecundum myſterium magis intelexiſſe quod geſtum eſt:& uidiſſe quod iam Moſes,id eſt,ſpiritualis lex,in nuptias & coniugium congregatæ ex gentibus migraret eccleſiæ:& Mariam,quæ ſynagogæ derelictæ formam:& Aaron,qui ſacerdotij carnalis tenebat imaginem,uidentes ablatū eſſe à ſemetipſis regnum:& datum eſſe genti facienti fructus eius dicere:Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus:nonne & nobis locutus eſt? Deniq; & Moſes ipſe,cū tanta & tā magnifica eius opera fidei ac patientiæ referantur: nunq; tantis à deo elatus eſt laudibus,ut nunc cū Æthiopiſſam duxit uxorē.Nunc de eo dicit,quia Moſes homo manſuetus ualde ſuper omnes homines qui ſunt ſuper terram:nunc & illud de eo dicit dominus:quia ſi fuerit in uobis prophęta,in uiſionib.loquar ei aut in ſomnijs:non ita ut famulo meo Moſi:quia in omni domo mea fidelis eſt. Os ad os loquar ad eum.In ſpecie & nō in ænigmate gloriam domini uidit. Et cur non timuiſtis detrahere famulo meo Moſi? Hæc omnia pro cōiugio Æthiopiſſæ Moſes audire meruit à domino. Verum de

A de his plenius in libro Numerorū proſecuti ſumus:quæ ſi quis dignum iudicat noſcere, illa perquirat. Nunc aūt ſufficiat approbare ex his,quod ipſa eſt nigra & formoſa Æthiopiſſa,quam Moſes,id eſt,lex ſpiritualis,quæ ſine dubio uerbum dei & Chriſtus eſt,in coniugium ſuū aſciſcit:licet obtrectent & derogent filiæ Hieruſalem,plebs ſcilicet iſta cum ſacerdotibus ſuis. Videamus aūt & ea quæ ex tertio Regnorum libro protulimus de regina Saba,et ipſa nihilominus Æthiopiſſa,cui teſtimoniū dat dominus in euangelijs:quod in die iudicij ueniat cum uiris generationis incredulæ & cōdemnet eos: quia uenit à finibus terrę audire ſapientiā Salomonis,& addit:Quia plus Salomone hic:docens per hoc plus eſſe ueritatem,quàm ueritatis figuras. Venit ergo & hæc,imò ſecundū figuram eius,eccleſia uenit ex gentibus audire ſapientiā Salomonis ueri,& ueri pacifici domini noſtri Ieſu Chriſti. Venit & hęc primo qui dem tentans eum per ænigmata & quæſtiones quæ ei prius inſolubiles uidebātur: atq; ab ipſo de agnitione ueri dei & de creaturis mundi,uel de immortalitate animæ, & iudicio futuro: quod apud eam & apud doctores eius,gentiles duntaxat philoſophos,incertū ſemper aut dubiū manebat,abſoluitur. Venit ergo in Hieruſalem ad uiſionem ſcilicet pacis cum multitudine & uirtute multa.Nō enim cum una ſola gente,ut prius ſynagoga ſolos habuit Hebræos,ſed cū totius mundi gentibus uenit: deferens etiā munera digna Chriſto:odoramentorū ſiquidem ſuauitates:opera ſcilicet bona, quæ ad deum per odorem ſuauitatis aſcendunt.Sed & auro uenit repleta,ſenſibus ſine dubio et rationalibus diſciplinis:quas ante fidem adhuc ex cōmuni & ſcholari eruditione collegerat. Detulit etiā lapidem precioſum,quem ornamenta morū poſſumus intelligere.Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificum regem Chriſtum, & ipſi aperit cor ſuum,in confeſſione & pœnitentia ſcilicet præcedentium delictorum, & locuta eſt ei omnia quæ erant in corde ſuo.Propter quod & Chriſtus,qui eſt pax noſtra,enunciauit ei omnia uerba eius,& non eſt uerbum quod omiſerit rex, & non enunciauerit ei. Deniq; cum iam tempus paſſionis appropinquaret,ſic loquitur ad eam,id eſt,ad electos diſcipulos ſuos: Iam nō dicā uos ſeruos, ſed amicos,quia ſeruus neſcit quid faciet dominus eius. Ego autem nota feci uobis omnia quæcunq; audiui à patre meo.Sic ergo impletur quod dixit,quia non fuerit uerbum,quod non enunciauerit pacificus dominus reginæ Sabæ,id eſt, eccleſiæ ex gentibus cōgregatę.Quod ſi intuearis eccleſię ſtatum, & diſpenſationes eius ordinationesq; eius cōſideres:tunc aduertes quomodo regina mirata ſit omnē prudentiā Salomonis.Simul & require,cur nō dixerit omnem ſapientiā,ſed omnem prudentiā Salomonis, quoniam quidē eruditi uiri prudentiā de humanis negocijs,ſapientiā de diuinis intelligi uolūt.Idcirco forB taſſis & eccleſia nunc interim Chriſti prudentiā miratur,dum in terris eſt, & inter homines cōuerſatur. Cū aūt uenerit quod perfectū eſt,& de terris translata fuerit ad cœlū,tunc uidebit omnē ſapientiā eius, cū iā non per ſpeciē,nō per ænigmata,ſed facie ad faciē de ſingulis quibuſq; perſpiciet. Vidit aūt & domum,quā ædificauit,ſine dubio incarnationis eius myſteria.Ipſa eſt enim domus quā ædificauit ſibi ſapientia,uidit & cibos Salomonis:illos puto,de quibus dicebat: Meus cibus eſt, ut faciā uoluntatē eius qui miſit me,ut perficiā opus eius. Vidit & ſedē puerorū eius.Eccleſiaſticū puto ordinē dicit, qui in epiſcopatus uel presbyterij ſedibus habeť. Vidit & ordinationes ſiue ſtationes miniſtrorū eius. Diaconorū ut mihi uidetur ordinē memorat aſtantiū diuino miniſterio. Sed & ueſtes eius uidit,illas credo quibus induit eos,de quibus dicitur: Quicunq; aūt in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtū induiſtis. Sed & uini fuſores eius arbitror dici doctores,qui uerbū dei & doctrinā quaſi uinū populis miſcēt: quod auditorū corda lætificet. Vidit & holocauſta eius,orationū ſine dubio ſupplicationūq; myſteria. Hæc ergo omnia ubi uidit in domo regis pacifici,imò Chriſti,nigra hæc & formoſa,obſtupuit,& ait ad eū. Verus eſt ſermo quē audiui in terra mea,de uerbo tuo & de prudentia tua.Propter enim uerbū tuū quod agnoui uerum eſſe uerbū,ueni ad te.Omnia etenim uerba quæ mihi dicebantur,& quæ audiebā cū eſſem in terra mea,à doctoribus ſcilicet ſeculi et philoſophis,nō erāt uera:iſtud eſt ſolū uerū uerbū quod eſt in te.Sed fortaſſis quærendū uidebiť,quomodo dicat regi regina hæc,quia nō credidi his quæ dicebanť mihi de te,cū utiq; nec ueniſſet ad Chriſtū,niſi credidiſſet.Sed uide ſi poſſumus hoc modo ſoluere quod proponitur.Non his,inquit,credidi qui loquebanť mihi:nō enim fidē meā in illos qui locuti ſunt de te, ſed in te direxi:id eſt,non hominibus,ſed tibi credidi deo.Et per illos quidē audiui,ad te autē ueni, & ubi credidi.Apud quem multo plura uiderunt oculi mei,quàm annunciabantur mihi.Reuera enim cum peruenerit nigra hæc & formoſa in Hieruſalem cœleſtem,& ingreſſa fuerit uiſionem pacis: multo plura & magnificentiora,quàm nunc ei ſunt annunciata perſpiciet.Nunc enim tanquam in ſpeculo & ænigmate:tunc autem uidebit facie ad faciem,cum conſequetur ea quæ oculus non uidit:nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt.Et tunc uidebit,quia nec medietas eorum eſt quæ audiuit in hac ſua terra poſita.Beatæ ergo ſunt mulieres Salomonis,animæ ſine dubio: quæ uerbi dei & pacis eius participes fiunt.Beati pueri eius,qui aſſiſtunt in cōſpectu eius ſemper:nō illi qui aliquando aſſiſtūt, & aliquando non aſſiſtūt:ſed qui ſemper & ſine intermiſſione aſſiſtūt uerbo dei,uere beati ſunt. Talis erat & illa Maria quę ſedebat ſecus pedes Ieſu et audiebat eū,cui teſtimoniū reddidit ipſe dominus,dicēs ad Marthā: Maria optimam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.Adhuc nigra hec & formoſa dicit:Benedictus qui uoluit dare te ſuper ſedem Iſrael. Vere enim quia dilexit dominus Iſrael & uoluit ut ſtaret in æternum,poſuit te regem ſuper eum. Quem? Pacificum ſine dubio. Chriſtus enim eſt pax noſtra,qui fecit utraque unum,& medium parietem ſepis ſoluit.Et poſt hæc omnia dedit,inquit,cētum uiginti talenta auri regi Salomoni regina Saba.Numerus hic centum uiginti, conſecratus eſt uitæ hominum, eorum

qui fuerunt in diebus Noe, quibus iſtud conceditur ſpacium uitæ, quo inuitantur ad pœnitentiam. Ipſe autem numerus annorum & Moſi uitæ fuit. Offert ergo Chriſto eccleſia in auri ſpecie & pondere, non ſolum multitudinem ſenſuũ ſuorum & intellectuum, ſed legi dei conſecratos indicat ſenſus ſuos: per hunc qui Moſi annos uitæ continet numerum. Offert etiam ſuauitates odoramentorum quales & quantæ nunquam uenerant. Vel orationes in hoc uel opera miſericordiæ intellige: nũquam enim uel tam recte orauerat, ut nunc cum acceſſit ad Chriſtum: uel tam pie operata fuerat: ut cum cognouit iuſticiam ſuam non facere coram hominibus, ſed coram patre: qui uidet in abſcondito, & reddet palam. Sed multum eſt alienis in locis ſimul uniuerſa perſequi hæc, quæ nec teſtimonij gratia uidentur aſſumpta. Sufficiant iſta de tertio libro Regnorum. Videamus aliqua & ex his quæ de ſexageſimoſeptimo pſalmo protulimus, ubi ait: Æthiopia præueniet manus eius deo. Si enim intuearis, quomodo ex delicto Iſrael ſalus gentibus: & quod illorum lapſus, introeundi uiam nationibus dedit, aduertes quomodo præuenit & præcedit Æthiopiæ manus, hoc eſt, gentium populus illos ad eum, quibus primis data ſunt eloquia dei, & in hoc compleri: Æthiopia præuenit manus eius deo: & fit nigra iſta formoſa, etiam ſi nolunt, etiam ſi inuident & obtrectant filiæ Hieruſalem. Sed & prophetæ teſtimonium quod poſuimus: ubi ſuſcepit dominus etiam eos qui ueniunt de locis quæ ſunt ultra flumina Æthiopum, & afferunt hoſtias deo, ſimili ſenſu aduertendum puto. Videtur enim mihi, quod ultra flumina Æthiopiæ eſſe dicitur ille, qui nimijs & ſuperabundantibus peccatis infuſcatus eſt, & atro maliciæ fuco infectus, niger & tenebroſus eſt redditus: & tamen ne hos quidem repellit dominus, ſed omnes qui ſacrificia cõtribulati ſpiritus & humiliati cordis offerunt deo, confeſſionis ſcilicet ac pœnitentiæ titulo ad eum conuerſi, non repelluntur ab eo. Sic enim pacificus dicit dominus noſter: Ego uenientem ad me non repello. Poteſt autem & de illis dictum uideri: quod ultra flumina Æthiopum poſiti, uenient etiam ipſi ad deum hoſtias deferentes: quia poſtea quàm intrauerit omnis plenitudo gentium, quæ fluminibus Æthiopum comparatur: uenient etiam ipſi, & tunc omnis Iſrael ſaluabitur: & pro eo ultra flumina Æthiopum dicantur, quaſi qui ulteriores & poſteriores ſint his ſpacijs, in quibus currit inundatq; gentium ſalus. Et ita forte compleri uidetur hoc quod dicit: quia in die illa non confunderis omnis Iſrael ex omnibus adinuentionibus tuis, quibus impie egiſti in me. Supereſt ut illud teſtimonium, quod de Hieremia aſſumpſimus explicetur: ubi Abdimelech nihilominus Æthiops uir eunuchus cum audiſſet quia Hieremias in lacum miſſus eſt à principibus populi, educit eum inde. Et puto inconueniens non uideri, ſi dicamus quem principes Iſrael condemnauerunt, & in lacum mortis miſerunt, iſte alienigena & obſcuræ gentis homo & degeneris, id eſt, populus gentium educit eum de lacu mortis: reſurrectionem ſcilicet eius à mortuis credens: & fide ſua hunc quem illi in mortem tradiderant, iſte de infernis reuocat ac reducit. Sed & eunuchus hic Æthiops eſſe dicitur: credo quod caſtrauerit ſemetipſum propter regnum dei: uel etiam quod ſemen maliciæ in ſemetipſo non habebat: ſeruus quoque eſt regis: quia ſeruus ſapiens imperat ſtultis dominis. Interpretatur autem Abdimelech, ſeruus regum. Et ideo dominus relinquens populum Iſrael pro peccatis ſuis, ad Æthiopem uerba dirigit, & ad ipſum mittit prophetam, & ipſi dicit: Ecce ego adduco uerba mea ſuper ciuitatem iſtam in mala & non in bona: & ſaluabo te in die illa, & non te dabo in manus hominum, ſed ſaluans ſaluabo te. Salutis autẽ cauſa hæc eſt ei, quia eduxit prophetam de lacu: id eſt, quod fide ſua qua Chriſtũ reſurrexiſſe credat à mortuis, eduxiſſe eũ ex lacu uidetur. Habet ergo plurima teſtimonia fuſca hæc uel nigra & formoſa, in quibus libere agat, & cum fiducia dicat ad filias Hieruſalem, quia fuſca ſum quidem uel nigra ſicut tabernacula Cedar: formoſa autẽ ſicut pelles Salomonis. De pellibus Salomonis ſcriptum aliquid proprie non memini. Puto autem referri poſſe ad gloriam eius, de qua dicit ſaluator: Quia nec Salomon in omni gloria ſua opertus eſt ſicut unum horum. Nomen tamen ipſum pellium in tabernaculo teſtimonij inuenimus frequenter referri: ſicut cum dicit: Et facies pelles ex caprarũ pilis operimentũ ſuper tabernaculum teſtimonij, undecim pelles facies. Longitudo pellis unius triginta cubitorum: latitudo quatuor cubitorum. Eadem menſura erit undecim pellibus. Et coniunges quinq; pelles ſimul, & alias ſex ſimul: & replicabis ſextã pellem à fronte tabernaculi: & facies quinquaginta anſulas per oram pellis unius, & quinquaginta anſulas per oram pellis alterius, per quas cõiungantur una ad alteram: & facies circulos æreos quinquagenos: & coniunges ex ipſis pelles: & erit unum totum. Et replicabis quod ſupereſt ex pellibus medietatem pellis unius à fronte tabernaculi, & ex alia medietate quod ſupereſt uelabis poſteriora tabernaculi: cubitum hinc & cubitum inde: ex eo quod abundat in longitudine pellium, & erit adopertum tabernaculum ex lateribus hinc & inde. Puto ergo quod harum pellium mentio fiat in Cantico canticorum: & iſtæ dicantur eſſe Salomonis, qui accipitur in pacificum Chriſtum. Ipſius ergo eſt tabernaculum, & ea quæ ad tabernaculum pertinent: & præcipue ſi illud tabernaculum conſideremus quod dicitur tabernaculum uerum, quod fixit deus & non homo: & quod ait, non enim in manu facta ſancta, intrauit Ieſus exemplaria uerorum. Si ergo pulchritudinem ſuam ſponſi pellibus cõparat Salomonis: illarũ ſine dubio pellium gloriam & pulchritudinẽ dicit: quæ operiunt illud tabernaculũ quod fixit deus, & non homo. Si uero nigredinem ſuam quæ exprobrari à filiabus Hieruſalẽ uidebatur, pellibus contulit Salomonis, huius tabernaculi, quod exemplar ueri tabernaculi uocatur, accipiendæ ſunt pelles: quaſi quod & ipſæ nigræ ſint quidẽ, utpote caprarum pilis textæ: & tamen uſum ornatumq; exhibeãt diuino tabernaculo. Quod aũt uideri eſſe perſona una quæ loquit: & pluribus ſe uel tabernaculis

A lis Cedar in nigredine uel Salomonis pellibus comparauit: ita accipiendum eſt, quia una quidem perſona uidetur eccleſiæ: innumeræ tamen ſunt quæ per orbem terræ diffuſæ ſunt, atq; immenſæ congregationes ac multitudines populorum. Sicut & regnum cœlorum unum quidem dicitur, ſed multæ tamen in eo manſiones memorantur eſſe apud patrẽ. Poteſt autem & de unaquaq; anima: quæ poſt peccata plurima conuertitur ad pœnitentiam dici: quod nigra ſit quidẽ pro peccatis: formoſa propter pœnitentiam & fructus pœnitentiæ. Deniq; & de hac ipſa quæ nunc dicit: nigra ſum & formoſa, quia non in finem in nigredine iſta permanſit, poſt hæc dicũt de ea ipſa filiæ Hieruſalem: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata incumbens ſuper fratrem ſuum? Ne uideatis me, quoniam infuſcata ſum ego: quia deſpexit me ſol. Infuſcata ſiue denigrata. Si competenter uobis uidetur aptata expoſitio, quam in ſuperioribus: uel de Aethiopiſſa, quæ à Moſe ſuſcepta eſt in coniugium: uel de regina Saba Aethiopum: quæ ſapientiam Salomonis uenit audire, texuimus: merito nunc hæc quæ fuſca uel nigra eſt & formoſa, ſatisfacere uidetur pro nigredine uel fuſcatione ſua, cauſaſq; reddere exprobrantibus: quaſi quæ nõ naturalis, nec ita à conditore creata ſit: ſed ex accidentibus hoc paſſa ſit. Ex eo, inquit, quia ſol deſpexit me. In quo oſtendit non de nigredine corporis fieri ſermonem: quod utiq; ſol obſcurare & denigrare ſolet, cum reſpicit magis, quàm cum deſpicit. Ita deniq; & apud illam omnem gentem Aethiopum ferũt: cui iam naturalis quædã ineſt ex ſeminis carnalis ſucceſſione nigredo, quod in illis locis ſol radijs acriorib. ferueat: & aduſta iam ſemel atq; infuſcata corpora, genuini uitij ſucceſſione permaneant: Contrarij uero ordinis eſt animæ nigredo. Nam neq; aſpectu, ſed deſpectu ſolis inurit: neq; naſcendo, ſed negligendo conquiritur: & ideo ſicut ignauia aſſumitur, ita & induſtria repellitur & repulſatur. Deniq; ut ſuperius dixi: hæc ipſa quæ nunc nigra dicitur eſſe, in fine cantici huius dealbata memoratur aſcendere incumbens ſuper fraternum ſuum. Effecta eſt ergo nigra, quia deſcendit. Si autem cœperit aſcendere & incumbere ſuper fraternum ſuum, & adhærere ei, nec omnino ſeparari ab eo, erit dealbata & candida: abiectaq; omni nigredine, ueri luminis luce circunfuſa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hieruſalẽ pro nigredine ſua ſatisfaciens: Nõ putetis ô filiæ Hieruſalem, quod naturalis eſt iſta nigredo, quam uidetis in uultu meo: ſed ſcitote, quoniam deſpectu ſolis eſt facta. Sol enim iuſticiæ, quia me non inuenit recte ſtantem, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios. Ego enim ſum populus gentium, qui prius non aſpexi ad ſolem iuſticiæ, nec ſteti ante dominum: & ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit: neq; aſtitit mihi, ſed præterijt. Hoc autem ita eſſe, etiam tu qui Iſrael diceris re ipſa expertus, iam iamq; cognoſces, &
B dices. Sicut enim me aliquando non credente tu aſſumptus es & miſericordiam conſequutus, & re reſpexit ſol iuſticiæ: me autem utpote inobedientem & incredulum deſpexit & ſpreuit: ita & nunc quia tu incredulus & inobediens factus es, ego ſpero reſpici à ſole iuſticiæ & miſericordiam cõſequi. Quod autem mutua nobis ſit ſolis iſta deſpectio, & ego primo pro inobedientia mea deſpectus ſum, tu uero reſpectus: nunc autem etiam tibi non ſolum deſpectus ſolis, ſed & cæcitas quædam licet ex patre cõtigerit, teſtem tibi producam magnificum, & cœleſtis ſecreti conſcium Paulum, qui ita dicit: Sicut enim uos (de gentibus ſine dubio loquens) aliquando non credidiſtis deo, nunc autem miſericordiam cõſequuti eſtis propter iſtorum incredulitatem: ita & iſti non crediderunt in ueſtra miſericordia, ut ipſi miſericordiam conſequantur. Et item in alijs dicit: Quia cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Hinc ergo eſt in me quam exprobras iſta nigredo, quia deſpexit me ſol propter incredulitatem & inobedientiam meam. Cum uero recte ſtetero ante eum, & non fuero obliquus in aliquo neq; declinauero ad dexteram neq; ad ſiniſtram, ſed fecero rectas ſemitas pedibus meis, cõtra ſolem iuſtitiæ incedens in omnibus iuſtificationibus eius ſine querela: tunc & ipſe rectus me reſpiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit cauſa ulla deſpectus: & tunc reddeẽ mihi lux mea & ſplendor meus: in tantũq; propelletur à me quam nunc exprobratis iſta nigredo: ut etiã lux mundi merear appellari. Sic ergo ſol iſte quidẽ uilibilis ea corpora, quibus à ſummo libramine inſederit, infuſcat & urit: ea uero quæ procul ſunt, & ab iſta collibratione longius poſita, cõſeruat in candore ſuo: nec omnino urit ea, ſed illuminat. Sol uero ſpiritualis, qui eſt ſol iuſticiæ, in cuius pennis ſanitas eſſe dicitur, e contrario eos quidẽ quos recti cordis inuenerit, & ad libram ſui ſplendoris conſiſtentes illuminat, & omni fulgore circundat: eos aũt qui obliq; incedunt cum eo, neceſſario etiã ipſe obliq; non tam reſpicit q; deſpicit: hoc eis præſtante in conſtantia ſua & inſtabilitate. Quomodo enim qui peruerſi ſunt poſſunt ſuſcipere quod rectum eſt: uelut ſi curuo ligno adhibeas rectiſſimam regulam: uidebitur quidẽ per regulã argui materię prauitas: nõ tamen regula eſt quæ ligno cauſam peruerſitatis impoſuit. Et ideo feſtinandũ eſt ad uias rectas, & ſtandum in ſemitis uirtutũ, ne forte ſol iuſticiæ rectus incedens, ſi nos obliquos ſtare inueniat & peruerſos, deſpiciat nos & efficiamur denigrati. In quantũ enim incapaces fuerimus lucis eius, in tantum tenebris & nigredini dabimus locũ. Hic enim eſt ipſe ſol qui & lux uera, illuminans omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundũ: & qui in hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Non enim per iſtud uiſibile lumẽ, mundus factus eſt, cum & ipſum portio ſit mũdi: ſed per iſtud uerũ lumẽ: à quo lumine ſi nos per uerſi inceſſerimus, deſpici dicimur. Et ipſum enim nobis peruerſe incedentibus, peruerſum quoq; incedit: ſicut ſcriptũ eſt in maledictionibus Leuitici. Et ſi inceſſeritis, inquit, mecũ peruerſi: et nolueritis obedire mihi, adijciã uobis plagas ſeptẽ. Et poſt pauca: Et ſi, inquit, nõ fueritis emẽdati, ſed inceſſeritis mecũ peruerſi, incedã & ego uobiſcũ peruerſus. Siue ut in alijs exẽplarib. legimus: Si inceſſeritis mecũ obliqui, incedã & uobiſcũ obliquus. Et poſt aliquãta iterũ dicit ad ultimũ: Et quoniã ambulauerũt in conſpectu

ſpectu meo obliqui,& ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Hæc aſſumpſimus ex quibus proba A
remus qualiter deſpicere,hoc eſt,obliq; aſpicere ſol dicatur. Et euidēter claruit, quod hos deſpiciat,& cum his obliq; incedat ac peruerſe:qui obliq; incedunt cum eo.Sed & hoc quod admonuit præſens lo cus,indiſcuſſum nō omittamus:quia ſol duplicis uidetur eſſe uirtutis:unius qua illuminat, alterius qua adurit.Sed pro rebus aut materijs ſubiacentibus,aut illuminat aliquid luce,aut infuſcat & obdurat aliquid ardore.Secundū hæc ergo fortaſſis & induraſſe dicitur deus cor Pharaonis,quod ſcilicet talis fuerat materia cordis ipſius,quę præſentiam ſolis iuſticiæ,non ea parte qua illuminat, ſed ea qua adurit & indurat exceperit:propter hoc ſine dubio,quod & ipſe affligebat Hebræorū uitam in operibus duris, & quod luto & latere conficiebat eos.Et erat utiq; cor eius ſecūdum ea quæ cogitabat luteum & limoſum.Et ſicut materiā luti ſol iſte uiſibilis ſtringit & indurat:ita ſol iuſticiæ his ijſdem radijs, quibus illuminat populum Iſrael,Pharaonis cor,cui inerant luteæ cogitationes, pro ipſis motuum ſuorum qualitatibus indurabat.Hæc autem quod ita ſe habeant,& non communem,ut hominibus uidetur,hiſtoriam,famulus dei per ſpiritum ſanctum ſcribat,oſtēditur etiam inde,quod ubi refert ingemuiſſe filios Iſrael,nō dicit à luto,neq; à latere,neq; à paleis ingemuiſſe eos,ſed ab operibus ſuis inquit. Et rurſum:Et aſcendit,inquit,clamor eorum ad deum.Non dixit à luto & latere:ſed iterum ab operibus ſuis,propter quod & ſubiungit:Quia exaudiuit dominus gemitus ipſorum : cum utiq; non exaudiuit eorum gemitum,qui non ex operibus ſuis clamant ad dominū.Hæc quamuis per exceſſum dicta uideantur,tamen locorum opportunitate commoniti,nequaquam iudicauimus omittenda,maxime cum habeāt aliquid ſimilitudinis ad hoc quod dicit hæc quæ infuſcata eſt:quia deſpexerit eā ſol. Quod utiq; oſtenditur ibi accidere,ubi peccatorū cauſa præcedit:& ibi infuſcari uel aduri aliquem ſole, ubi peccati materia ſubſiſtit.Vbi uero non eſt peccatum,ſol neq; adurere dicitur,neq; infuſcare: ſicut de iuſto refertur in pſalmis.Per diem ſol non uret te,neq; luna per noctem.Vides ergo quia ſanctos, in quibus peccatorū nulla cauſa eſt,ſol nunquam adurit.Vt enim diximus, duplicis uirtutis eſt ſol:iuſtos quidem illuminat,peccatores uero non illuminat,ſed adurit:quoniam & ipſi oderūt lucem,quia male agunt. Deniq; ob hoc deus noſter ignis dicitur eſſe conſumens,& nihilominus lux,in quo tenebræ nō ſunt:lux ſine dubio iuſtis,& ignis efficitur peccatoribus, ut cōſumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis,aut fragilitatis inuenerit.Quod autem in multis ſcripturæ locis,& ſol & ignis non iſte uiſibilis, ſed ille inuiſibilis & ſpiritualis dicatur:ipſe etiam ſi recenſeas,abundanter inuenies.Filij matris meę dimicauerunt B
in me,poſuerunt me cuſtodem in uineis:uineā meam nō cuſtodiui. Adhuc ipſa quæ fuſca quidem pro delictis prioribus:formoſa uero eſt pro fide & cōuerſatione,etiam hæc dicit, aſſeuerans quod filij matris ſuæ,dimicauerunt non contra eam,ſed in ea:& poſt hoc bellum quod in ea geſſerunt, cōſtituerunt eam uinearum cuſtodem:non unius uineæ,ſed multarum.Aſtruit autem hæc eadem, quod præter illas uineas quas à filijs matris ſuæ cuſtodire poſita eſt,habuerit aliam propriam uineam quam nō cuſtodierit.Hæc eſt propoſiti dramatis fabula.Sed nunc inquiramus,quæ ſit mater ſponſæ huius, quam hæc allegat:qui ſint etiam filij eius qui dimicauerunt in ea:& confecto bello tradiderint ei uineas, quas cuſtodiret:quaſi quæ non potuiſſet ſeruare eas,niſi ab illis dimicatū fuiſſet:illam uero ſuſcepta aliarum uinearum cuſtodia:propriam uineam noluiſſe uel nō potuiſſe ſeruare.Ad Galatas Paulus ſcribens ait: Dicite mihi qui ſub lege uultis eſſe,legem nō auditis?Scriptum eſt enim : Quoniam Abraam duos habuit filios,unum ex ancilla,& unum de libera.Sed is quidē qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui uero de libera,ſecundum repromiſſionem:quę ſunt allegorica. Hæc enim ſunt duo teſtamenta : unum quidem in monte Sina in ſeruitutē generans,quæ eſt Agar.Sina enim mons eſt in Arabia, qui confertur huic quæ nunc eſt Hieruſalē,& ſeruit cum filijs ſuis.Quæ autē ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt,quę eſt mater omnium noſtrū.Hanc ergo Hieruſalem cœleſtē dicit eſſe Paulus,& ſuā & omniū noſtrū credentiū matrem.Deniq; addit in poſterioribus,& dicit:Propter quod fratres nō ſumus filij ancillæ, ſed liberæ:qua libertate liberauit nos Chriſtus.Euidēter ergo Paulus pronunciat,quod omnis qui per fidē à Chriſto conſequitur libertatem,filius ſit liberæ: & hanc dicit eſſe ſurſum Hieruſalem quæ libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum.Huius ergo matris, & ipſa hæc ſponſa filia eſſe intelligitur, in his qui dimicauerunt in ea,& conſtituerunt eam cuſtodem uinearum. Vnde uidentur iſti qui tantam poteſtatem habuerint,ut & bellū gererent in ea,& ordinarent eam uinearū cuſtodem,non cuiuſcunq; humilis aut contemnendi loci fuiſſe.Poſſumus ergo & apoſtolos Chriſti accipere filios matris ſponſæ, hoc eſt, Hieruſalē filios cœleſtis,qui pugnauerunt prius in iſta quæ ex gentibus congregatur.Pugnauerunt autem ut uincerent in ea illos,quos prius habuit infidelitatis & inobedientiæ ſenſus , & omnē elationem extollentē ſe aduerſus ſcientiā Chriſti:ſicut Paulus dicit:Cogitationes deſtruentes,& omnem altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiā Chriſti.Pugnauerūt ergo non aduerſus eā,ſed in ea:hoc eſt,in ſenſibus & corde eius: ut deſtruerēt & depellerēt omnē infidelitatē,omne uitiū,omneſq; doctrinas , quæ ei inter gētes poſitæ,falſis ſophiſtarū aſſertionibus inoleuerāt.Fuit ergo apoſtolis Chriſti grande bellum, donec omnes ex ea mendacij turres & muros peruerſæ doctrinæ ſubruerēt,donec iniquitatis argumēta proſternerent:& operantes hæc atq; ſuccedētes in corde eius dęmones debellarēt. Vbi ergo effugarunt ab ea omnes ſenſus infidelitatis antiquæ,nō eā relinquunt ocioſam : ne forte per ociū rurſus antiqua ſurrepāt,& redeant quæ depulſa ſunt:ſed dant ei opus quod agat,& cōſignant ei cuſtodiā uinearū. Vineas accipiamus ſingula quæcunq; uolumina legis ac prophetarū . Erat enim unuſquiſq; eorū ſicut ager

A ager plenus,quem benedixit dominus.Hæc ergo iſti uiri fortes poſt uictoriam belli, ſeruandā ei & cuſtodienda conſignant.Non enim relinquunt eam,ut diximus ocioſam.Sed & euangeliſtarū ſcripta,atque ipſorum apoſtolorum literas poſſumus ſimiliter uineas accipere:quas huic quæ ex gentibus congregatur,pro qua etiam dimicauerunt,cuſtodiendas colendasq; tradiderunt. Quod uero ait: Quia ſuā propriam uineam non cuſtodierit:illam poſſumus eruditionem dicere,qua unuſquiſq; exercebatur ante fidem,quam ſine dubio credens Chriſto,relinquit ac deſerit:& ea quæ ſibi lucra uidebātur, dicit propter Chriſtum detrimenta.Sicut & Paulus gloriatur legis obſeruantias & omnem Iudaicæ inſtitutionis gloriam fuiſſe ſibi ut ſtercora, tantum ut in Chriſto inueniretur non habens ſuam iuſticiam , quæ ex lege eſt,ſed iuſticiam quæ ex deo eſt.Sicut ergo Paulus accepta Chriſti fide nō cuſtodiuit uineam ſuā, Iudaicæ ſcilicet traditionis obſequia:& idcirco fortaſſe non cuſtodiuit:quia cum plantata eſſet à deo uitis uera,conuerſa eſt in amaritudinem uitis alienæ,& erat iam uitis Sodomorum uinea eorum , & palmes eorum ex Gomorra:& botrus amaritudinis in eis:& furor draconum uinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis:ita & apud gentes erant plurimæ huiuſmodi doctrinæ,quas poſt illa bella quibus pro fide & agnitione Chriſti à doctoribus dimicatum eſt ſuperatas dicit:puto quod omnino criminis loco ducatur:ſi cuſtodierit aliquis huiuſmodi uineas,& agrum colat ultra uenenatis & noxijs conſitum diſciplinis.Nec mireris ſi his culpis aliquando fuiſſe uideatur obnoxia hæc quę ex nationum diſperſione colligitur,& iam Chriſto ſponſa præparatur.Recordare quomodo prima mulier ſeducta eſt,& in præuaricatione facta:quę nō aliter ſalua fieri dicit̄,niſi per filiorū generationem:illorum duntaxat, qui permanēt in fide & charitate cum ſanctitate.Hoc ergo quod de Adam & Eua ſcribitur,ſic aſſeuerat Apoſtolus:Myſterium magnum eſt in Chriſto & in eccleſia:qui eam ita dilexit, ut ſemetipſum traderet pro ea,cum eſſet adhuc impia hæc ipſa:ſicut ipſe dixit:Cum enim adhuc ſecundum tempus impij eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.Et iterum:Quia cum adhuc eſſemus infideles,Chriſtus pro nobis mortuus eſt.Non ergo mirum eſt,ſi hæc quæ ſeducta & in præuaricatione facta,& quæ impia ſecundū tempus fuit & peccatrix,talem dicatur uineam coluiſſe eo tempore,cum adhuc impia erat,quam relinquere debuerit:& nequaquam omnino ſeruare. Quod ſi etiam tertium explanationis locum placet exequi,referamus hæc ad unamquanq; animam,quæ conuerſa ad deum , & ad fidem ueniens , patitur ſine dubio cogitationum pugnas & obluctationes dæmonum reuocare eam nitentium ad prioris uitę illecebras,uel infidelitatis errorem.Sed ne hoc fiat,neue rurſum dęmonibus in ea tantum liceat,proſpexit
B diuina prouidentia:ut paruulis quibuſq; & his qui pro ſemetipſis aduerſus aſtutias diaboli & dæmonum pugnas dimicare non poſſunt:utpote infantes adhuc & lactātes in Chriſto,daret angelos propugnatores & defenſores:qui uelut tutores & procuratores cōſtituti ſunt à deo eorum:qui in infirma ætate poſiti,pro ſemetipſis(ut diximus)pugnare non poſſunt.Et ut hoc cum maiori fiducia agant,cōceditur eis ſemper uidere faciem patris qui in cœlis eſt:& iſtos puto eſſe paruulos , quos uenire ad ſe Chriſtus iuſſit,& non ſiuit prohiberi:& quos ſemper dixit uidere faciem patris . Nec tibi contrarium uideatur:ſi eos hæc anima quæ ad deum tendit,matris ſuæ filios appellat . Si enim animarum mater Hieruſalem cœleſtis eſt,& angeli nihilominus cœleſtes nominantur,nihil diſſonans uidebitur: ſi hi qui ſimiliter,ut ipſa cœleſtes ſunt,ab ea filij matris appellentur.Super omnia autem congruum uidebitur & conueniens:ut quibus unus eſt pater deus,una ſit & Hieruſalem mater.Quod uero ait : Vineam meam nō cuſtodiui:inſtituta illa ac mores & propoſitū , in quo exercebatur ſecundū ueterem hominem uiuens, indicare uidetur laudabiliter à ſe nō eſſe ſeruata : ex quo aūt adiutorio angelorū dimicauit & uicit,iam penitus à ſe effugauit ueterē hominem cum actibus ſuis:cōſtitutaq; eſt ab eis uinearū cuſtos, ſenſuū ſcilicet & dogmatum diuinorum:ex quibus poſſit uinum bibere,quod lætificet cor eius . Annuncia mihi quem dilexit anima mea:ubi paſcis,ubi cubas in meridie, ne forte efficiar , ſicut adoperta ſuper greges ſodalium tuorum.Adhuc ſponſa loquitur etiam hæc,ſed ad ſponſum, & non iam ad filias Hieruſalem. Igitur ab initio,ubi ait:Oſculetur me,uſq; ad hunc locum,ſuper greges ſodalium: cūcta quæ dicta ſunt uerba ſunt ſponſæ.Sed primo ſermo eius ad deum factus eſt,ſecundo ad ſponſum, tertio ad adoleſcentulas:inter quas & ſponſum media quædā,& ut ſe dramatis huius ſpecies habet,quaſi meſochorus eſſe cta:nunc ad ipſum,nunc etiam ad filias Hieruſalem reſpondens,dirigit uerba . Hos ergo nunc ultimos ſermones ſuos ad ſponſum facit,requirens ab eo ubi paſcat in meridie, & ubi collocet gregem : uerens ne dum requirit eum,incurrat in ea loca,ubi ſodales ſponſi locatos per meridiem greges ſeruant. Oſtēditur autem per hæc,quia ſponſus hic etiam paſtor ſit.In ſuperioribus autem didiceramus eum eſſe & regem,pro eo ſine dubio quod homines regat:paſtorem uero,pro eo quod oues paſcat:ſponſum autē pro eo,quod habeat ſponſam,quæ cum eo regnat:ſecūdum quod ſcriptum eſt: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato.Hæc interim continet dramatis ipſius qui eſt quaſi hiſtoricus ordo. Nunc autem requiramus intelligentiam myſticam, & ſi oportet præuenire paululum ea , quæ in poſterioribus proferenda ſunt, quo quis effectus ſit horum ſodalium pateat: memoremus illud quod ſcriptum eſt: Quia reginæ ſunt ſexaginta , ſed ex his omnibus una ſit columba , & una perfecta ac particeps regni. Cæteræ uero iam inferiores ſunt:quæ octoginta appellantur concubinæ. Adoleſcētulæ uero , quarum numerus nullus eſt:poſt ordinem concubinarum ponuntur . Iſtæ autem omnes animarum earum differentiæ ſunt , quæ in Chriſto credentes , diuerſis ei affectibus aſſociantur . Vt (uerbi gratia)dicamus omnem eccleſiam per iliam figuram corpus eſſe Chriſti qua Apoſtolus dicit : in quo corpore diuerſa eſſe

ſa eſſe membra pronunciat,& alios eſſe oculos,& alios manus,alios etiam pedes:& ſingulos pro ope- A
rum ſtudiorumq; ſuorum meritis,in membra corporis huius aptari. Secundū hāc ergo ſpeciem & hæc
intelligenda ſunt:& alias quidem animas putandum eſt,in hoc ſponſali dramate quæ magnificentiori
affectu ſponſo arcq; illuſtriori ſociantur,apud eum reginarum loco & affectu habeāt:alias quarum infe-
rior ſine dubio in profectibus & uirtutibus honor eſt,concubinarum loco duci: & alias adoleſcentula
rum quæ uidentur extra aulam quidem poſitæ:non tamen extra urbem regiā. Poſteriores uero,& poſt
omnes quæ ſupra memoratæ ſunt eſſe eas animas, quæ oues appellantur. Si uero perſpiciamus atten-
tius,adhuc fortaſſis etiam harum omnium inueniemus inferiores alias & ultimas omnium,illas ſcilicet
quæ in ſodalium eius gregibus numerantur. Et ipſi enim habere greges quoſdam dicuntur,in quos
non uult ſponſa incurrere,& ob hoc petit à ſponſo, ut annūciet ſibi,ubi paſcat, ubi meridiem faciat,ne
forte,inquit,efficiar ſicut adoperta ſuper greges ſodalium tuorum. Quæritur ergo,ſodales iſti qui habe
re quoſdam greges dicuntur,utrū ſponſo operam dantes,& ſub ipſo uelut paſtorum principe agentes,
hoc faciant:quandoquidē ſodales eius nominātur:an propriū aliquid & ſequeſtratū habentes,et quod
non ſit cum animo ſponſi:quandoquidem refugit ſponſa,& ueretur ne forte incurrat ſodalium greges
dum ſponſum ſuū requirit. Sed & quod dixit:Ne forte efficiar nō adoperta:ſed ſicut adoperta:require,
ne forte innuat per hoc eſſe aliquas ſodaliū quaſi ſponſas habentes etiā ipſas habitū ſponſalem & eſſe
adopertas,& ſicut Apoſtolus dicit:Velamen & poteſtatē habētes ſuper caput. Et ut manifeſtior ſermo
nis huius explanatio fiat,iterū quaſi dramatis ordine,quod dicitur exequamur. Expoſcit ab ipſo ſpon-
ſo ſuo ſponſa:ut ei locum ſecreti ſui indicet & quietis: quandoquidem amoris impatiens, etiam per me
ridiem cupit audire ſponſum:eo præcipue tempore,quo clarior lux & ſplendor diei perfectus ei purus
eſt,ut aſſiſtat ei oues paſcenti uel refrigeranti. Et ſtudioſe uult uiam diſcere, qua ire ad eum debeat, ne
forte ſi non fuerit edocta itineris huius anfractus,incurrat greges ſodalium: & uideatur ſimilis eſſe ali-
cui illarum,quæ adoperte ueniunt ad ſodales eius, nec pudoris curam gerunt, aut uerentur paſſim di-
ſcurrere,& multis apparere. Ego autē quæ à nullo, inquit, alio uideri uolo:niſi à te ſolo: ſcire deſidero,
quo ad te itinere ueniam,ut ſecretum ſit,ut nemo ſit medius, ut nullus arbiter peregrinus & alienus oc
currat. Et forte ob hoc requirit iſta loca,in quibus paſcit ſponſus oues ſuas, & oſtendit ei uerecundiam
ſuam,pro qua non uult incurrere greges ſodalium:ut ille ſegreget oues ſuas à ſodalibus, & ſeorſum pa
ſcat:ut non ſolum ſponſa non uideatur ab alijs,ſed & arcanis & ineffabilibus myſterijs ſponſi ſecretius
perfruatur. Nūc ergo uideamus per ſingula:& primo quidem uide ſi poſſumus dicere, quod dominus B
cuius portio fuit Iacob,& funiculus hæreditatis eius Iſrael,ipſe intelligendus ſit ſponſus: Sodales uero
eius angeli illi ad quorum numerum cum diuideret excelſus gentes,& diſpergeret filios Adam: ſtatuit
terminos gentium ſecundum numerum(ut ait)angelorum dei:& iſti ſunt fortaſſis greges ſodaliū ſpon
ſi,gentes ſcilicet cunctæ,quæ uelut pecora ſub angelis paſtoribus cōſtitutæ ſunt. Grex uero ſponſi illæ
dicantur:de quibus ipſa in euangelio ueritas dicit:Oues meæ,uocem meam audiunt. Vide enim & ob
ſeruanter intende,quoniam dixit:oues meæ,quaſi ſint & aliæ oues,quæ non ſint eius: ſicut & ipſe in a-
lijs dicit: Vos non eſtis de ouibus meis: quæ ſingula huic occulto myſterio conuenienter uidebuntur
aptari. Quæ ſi ita ſe habent,competenter ſponſa uniuſcuiuſq; ſodalium gregem, ſponſam eius intelligi
uoluit,quam adopertam nominauit. Sed quoniā certa erat,quod ſuper omnes illas ipſas eſſet:non uult
ſimilis uideri alicui illarum:utpote quæ ſciret tantum ſe debere præcellere illas ſodalium ſponſas,quas
ſponſa nominat uelut adopertas:quantum eminentiæ ſponſus ſuus habeat ad ſodales. Sed & pro hoc
adhuc uidebitur percunctandi cauſas habuiſſe:quandoquidem boni paſtoris ſcit eſſe ſtudium:ut opti-
ma ouibus paſcua requirat,& ut uiridantia atq; opaca quæq; ad requiem nemora meridiani æſtus inue
niat. Quod quidem ſodales ſponſi facere neſciunt:nec in eligendis paſcuis,aut ſcientiæ tantum,aut ſo-
licitudinis gerunt,& ob hoc dicit:Annuncia mihi,ubi paſcis,ubi cubile habes in meridie: cupiens tem
pus ſcilicet illud,quo copioſius mundo lumen infunditur;quo magis merus eſt dies & purior & floru-
lentior eſt lux. Tunc,inquit,annūcia mihi ô tu quem dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubile habes in
meridie,ne forte efficiar,ut adoperta ſuper greges ſodalium tuorū. Nouo nunc nomine ſponſa appel-
lauit ſponſum. Sciēs enim ipſum eſſe filium charitatis,imò ipſum eſſe charitatem, quæ ex deo eſt,quaſi
uocabulum ei iſtud poſuit,quem dilexit anima mea:& tamen non dixit:quem dilexi, ſed quem dilexit
anima mea:ſciens non qualicunq; dilectione,ſed ex tota anima,& ex totis uiribus, & ex toto corde ha
bendam eſſe dilectionem ſponſi. Vbi paſcis, inquit, & ubi cubile habes? Puto autē quod & propheta
de hoc loco,quem nunc ſponſa diſcere ab ſponſo deſiderat & audire,etiam ipſe ſub eodem poſitus pa
ſtore dicat:Dominus regit me:ſiue ut in alijs legimus:Dominus paſcit me,& nihil mihi deerit:Et quo-
niam ſciebat alios paſtores,uel ignauia,uel imperitia faciente,greges in locis aridioribus collocare:de
hoc optimo paſtore dominus dixit:In loco uiridi,ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit
me:oſtendens paſtorem hunc, non ſolum abundantes aquas ouibus ſuis: ſed & ſalubres & puras, &
quæ per omnia reficiant,prouidere. Sed quoniam ab hoc ſtatu, quo ut ouis ſub paſtore deguerat, con-
uerſus ad rationabilia,in excelſiora profecit: idq; adeptus eſt per conuerſationem: ſubiungit & dicit:
Animam meam conuertit. Eduxit me ſuper ſemitas iuſticię,propter nomen ſuum. Hinc uero quando-
quidem in hoc profecerat ut iuſticiæ incederet uias: iuſticia autem habet ſine dubio impugnantem ſe
iniuſticiam:& neceſſe eſt eum qui iuſticiæ iter incedit,habere pugnas aduerſantium: fide conuerſus &
ſpe

A ſpe,dicit de eis:Nam & ſi ambulem in medio umbræ mortis:non timebo mala:quoniam tu mecum es.
Poſt hæc uero quaſi gratiam referens ei qui ſe paſtoralibus imbuerat diſciplinis: Virga, inquit, tua &
baculus tuus:quibus inſtitutus uideor ad paſtoris officium: ipſa me conſolata ſunt. Hinc uero ubi ui-
dit ſeſe à paſtoralibus paſcuis,ad rationabiles cibos & myſtica ſecreta translatū, addit & ſubdit: Para-
ſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum,& ca-
lix meus inebrians quàm præclarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus uitæ
meæ. Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Illa ergo prima,id eſt paſtoralis inſtitutio,
initium eorum fuit ut in loco uiridi collocatus,ſuper aquam refectionis educaretur. Hæc uero quæ ſe-
quuntur de profectibus,ad perfectionem requiruntur. Et quoniam de paſcuis & uiriditate propoſui-
mus,conueniens etiam uidetur de euangelijs confirmare quæ diximus. Inueni etiam ibi paſtorem hūc
bonum de paſcuis ouium differentem,ubi ad hoc quod paſtorem ſe profitetur, etiam oſtium ſe eſſe eō
memorat,& dicit:Ego ſum oſtium:per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egredietur,&
paſcua inueniet. Hunc etiam nunc ſponſa percunctatur, ut ab eo audiat & diſcat, in quibus paſcuis
oues agat,uel in quibus amœnitatibus meridianos procuret ęſtus:meridiem appellans illa ſcilicet cor
dis ſecreta,quibus clariorem ſcientiæ lucem,à uerbo dei anima cōſequitur. Hoc enim tempus eſt,quo
ſol excelſiorem circumitus ſui uerticem tenet. Si quando ergo ſol iuſticiæ Chriſtus,eccleſiæ ſuæ excel-
ſa,& ardua uirtutum ſuarum ſecreta manifeſtat, amœna etiam paſcua cubiliaq; meridiana uidebitur
edocere. Nam cum adhuc initia habet diſcendi,& prima(ut ita dicam)ab eo ſcientiæ ſuſcipit rudimen-
ta:tunc dicit propheta. Et adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo,quia perfectiora iam quærit & ex-
celſiora deſiderat,meridianum ſcientiæ lumen expoſcit. Hinc puto & Abrahæ poſt multas eruditio-
nes,quibus apparens ei deus, imbuit eum de ſingulis & docuit, poſt refertur,quia uiſus ſit ei deus ad
quercum Mamre ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie:Et reſpiciens,inquit,oculis ſuis uidit: & ec
ce tres uiri ſtabant ſuper eum. Quod ſi credimus hæc per ſpiritum ſanctum ſcripta, non puto fruſtra
placuiſſe diuino ſpiritui: ut etiam tempus & hora uiſionis, ſcripturæ paginis mandaretur,niſi & horæ
iſtius & temporis ratio aliquid conferret ad ſcientiam filijs Abrahæ, quibus utiq; ſicut opera Abrahæ
facienda,ita & uiſitationes iſtæ ſperandæ ſunt. Qui enim poteſt dicere: Nox præceſſit,dies autem ap-
propinquauit:ſicut in die honeſte ambulemus:non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubili-
bus & impudicitijs,non in contentione & æmulatione: & cum hæc omnia tranſierit, ſupergreſſus ui-
B debitur tempus hoc,quod nox præceſſit, & dies appropinquauit: & feſtinare non ad initium diei,ſed
ad meridiem, ut & ipſe ad gratiam perueniat Abrahæ. Si enim lux quæ in ipſo eſt mentis & puritas
cordis clara fuerit & ſplendida,iſte meridianum tempus in ſemetipſo habere uidebitur: & per hanc pu
ritatem cordis,quaſi in meridie poſitus,deum uidebit:ſedens ad quercum Mamre: quod ad uiſionem
interpretatur. Apud uiſionem ergo ſedet in meridie,qui uacat ad uidendum deum. Inde deniq; non di
citur intra tabernaculum, ſed foris ad oſtium ſedere tabernaculi. Foris enim eſt extra corpus poſita
mēs eius,qui longe eſt à corporalibus cogitationibus,longe à carnalibus deſiderijs: & ideo ab his om
nibus foris poſitum uiſitat deus. Eiuſdem quoque myſterij eſt:quod & Ioſeph fratres ſuos cum ſuſce-
piſſet in Ægypto:in meridie eos paſcit,& in meridie adorant eum cum muneribus. Propterea deniq;
puto,& de his quæ ludæi in ſaluatore commiſerunt, nullum euangeliſtarum uoluiſſe ſcribere,quia me-
ridie hæc geſta ſunt:cum utique ſexta hora, non aliud quàm meridianum tempus oſtendat: nullus ta-
men meridiem nominauit,Sed Matthæus ita dicit:Ab hora autem ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper om-
nem terram uſq; in horam nonam. Lucas uero:Erat iam quaſi hora ſexta,& tenebræ factę ſunt ſuper o-
mnem terrā,uſq; in horam nonam deficiente ſole. Sed & Marcus: Cum autem eſſet facta hora ſexta,
tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,uſq; in horam nonam. Vnde apparet, quia in uiſitatione qui-
dem Abrahæ,& in conuiuio patriarcharum apud Ioſeph non indigebat, ut tempus iſtud ſub nomine
ſexti numeri ſignificaretur,ſed ut meridies diceretur. Volebat enim ſponſa quæ iam tunc in illis adum
brabatur diſcere,ubi paſceret ſponſus,& ubi haberet cubile: & ideo meridiem nominat: Euangeliſtæ
uero in his quæ narrabant,non meridianum tempus,ſed horæ ſextæ numerum requirebant:ad enarrā-
dum ſcilicet ſacrificium hoſtiæ eius,quæ oblata eſt in die paſchæ,pro redemptione hominis qui in die
ſexta formatus eſt à deo:poſteaquam terra produxit animam uiuentem ſecundum genus quadrupedia
& repentia,& beſtias terræ. Ob hoc igitur in præſenti loco illuminari ſponſa deſiderat pleno ſcientiæ
lumine:ne per imperitiam errans in aliquo:ſimilis efficiatur illis doctorum ſcholis, quæ non per ipſam
dei ſapientiam,ſed per philoſophorum & principum huius mundi exercentur. Hoc enim & Apoſto-
lus dicere uidetur in eo,ubi ait:Quia loquimur dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam nemo
principum huius mundi cognouit. Et iterum hæc eadem ſignificat, cum dicit: Non enim ſpiritum hu-
ius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt,ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Ob hoc er-
go requirit ſponſa Chriſti meridiana cubilia,& plenitudinem ſcientiæ poſcit à deo:ne uideatur eſſe ſi-
cut una ex philoſophorum ſcholis: quæ adoperta nominatur: pro eo quod plenitudo ueritatis apud
eos tecta eſt & adoperta. Sponſa autem Chriſti dicit:Nos autem reuelata facie gloriā dei ſpeculamur.
Niſi cognoueris te ô bona ſiue pulchra inter mulieres,egredere tu in ueſtigijs gregum & paſce hœdos
tuos in tabernaculis paſtorū. Vnius Chilonis ſcilicet ex ſeptē quos apud Græcos ſingulares fuiſſe in ſa
pientia fama cōcelebrat,hæc inter cætera mirabilis fertur eſſe ſententia, qua ait: Scito teipſum,uel co-

gnosce teipsum. Quod tamen Salomon, quem præcessisse omnes hos tempore & sapientia ac rerum A
scientia, in præfatione nostra docuimus, ad animam quasi ad mulierem sub comminatione quadam lo
quens dicit: Nisi cognoueris temetipsam ô pulchra inter mulieres, & agnoueris pulchritudinis tuę cau
sas inde descendere, quod ad imaginem dei facta es, per quod inest tibi plurimum naturalis decoris: &
cognoueris quam pulchra eras ex initio, quamuis & nunc iam præcellas cæteras mulieres, & pulchra
inter eas sola dicaris: tamen nisi cognoueris teipsam quæ sis: non enim ex comparatione inferiorum uo
lo bonam uideri pulchritudinem tuam: sed ut tibijpsi, & decori tuo collata atq; exæquata, respondeas.
Quod nisi feceris: iubeo te exire: & in ultimis gregum uestigijs collocari: & iam non oues, neq; agnos,
sed hœdos pascere, illos scilicet qui pro prauitate & lasciuia, à sinistris staturi sunt regis in iudicio præsi
dentis: & cum tibi introductæ in cubiculum regium ostenderē quæ summa sunt bona: si non cognoue
ris temetipsam, ostendam tibi etiam quæ sunt ultima mala, ut ex utroq; proficias, tam malorum metu,
quam bonorum desiderio. Si enim nescieris temetipsam & ignorantia tui uixeris, nec scientiæ studium
gesseris: sine dubio, nec tabernaculū propriū habebis, sed & per pastorū tabernacula discurres, & nunc
in illius nūc in illius tabernaculis pastoris pasces hœdos, inquietū animal, ac uagū, & peccatis deputa
tum. Hæc autem patieris, donec rebus ipsis & experimentis intelligas, quantum mali sit animam nesci
re seipsam, neq; pulchritudinem suam: per quam præcellat cæteras non uirgines, sed mulieres: illas sci
licet quæ corruptionē passæ sunt, nec in uirginitatis integritate permanserūt. Hæc sunt quæ sponsus post
illa omnia quæ locuta fuerat sponsæ: austera quadam comminatione sponsæ animos ad agnitionis suæ
curam suscitās, per ordinem propositi dramatis dicit. Sed nunc consequenter, ut cætera, ad Christum
hæc & ad ecclesiam referamus: qui ad sponsam suam, ad animas scilicet credentium loquens, summam
salutis & beatitudinis in scientiæ agnitione constituit. Quomodo ergo anima cognoscat semetipsam:
nec facile puto, nec breuiter explicari posse: tamen pro uiribus pauca ex multis aperire tentabimus. Vi
detur ergo mihi duplici modo, agnitionē sui animam capere debere. Quid quidem sit ipsa: & qualiter
moueatur, id est, quid in substantia, & quid in affectibus habeat: utputa ut intelligat si boni affectus sit,
aut non boni, aut recti propositi, aut non recti: Et quidem si recti sit, si erga omnes uirtutes eundē teno
rem habeat: tam in intelligendo, quàm in agēdo: an erga necessaria tantum & quæ in promptu sunt. Et
utrum in eo sit, ut recipiat profectus, ut augeatur in intellectu rerum augmentoq; uirtutum: an in isto
stet & resideat, in quod potuit peruenire: & utrum erga semetipsam tantummodo uacet excolendā, an
alijs prodesse & conferre aliquid utilitatis studeat, uel in uerbo doctrinæ, uel in exemplis gestorum. Si B
uero cognoscat semetipsam, nō esse boni affectus, neque recti propositi: in hoc ipso ut intelligat: utrum
ei satis desit & procul à uia uirtutū sit: an in ipso iam posita sit itinere, & incedere iam conetur, cupiens
quæ in ante sunt apprehendere, & quæ retro sunt obliuisci, sed nondum appropinquauerit: aut pro
xima quidem sit: non dum tamen ad perfectionem uenerit. Sed & in eo opus uidetur esse animæ co
gnoscentis semetipsam, scire hæc ipsa quæ operatur mala: an ex affectu & studio operetur: an fragili
tate quadam & ut ille ait, quod quasi non uult agens, & quæ odit faciens: & rursus ea quæ bona sunt
affectibus & recto proposito gerere uideatur. uerbi gratia, Si iracundiā apud aliquos quidem cohibet,
apud aliquos autem effert: an semper eam cohibet, & apud nullum omnino profert. Similiter & trist
ciam, si in aliquibus quidem negocijs uincit, in aliquibus autem recipit: an in omnibus omnino non
recipit. Ita & timorem, aliaq; similiter quæ uirtutibus uidentur esse cōtraria. Adhuc & istud opus est ani
mæ cognoscentis se, si glorię multum cupida sit, aut parum, aut omnino nihil. Quod inde colligit: si lau
dibus multum, aut mediocriter delectetur, aut omnino nihil: & si in opprobrijs satis, aut parum, aut om
nino nihil contristetur. Sed & in dando & accipiendo cognoscentis animæ semetipsam sunt quædam
indicia, si quod tribuit & præbuit ita communicabili affectu, & quasi cui æquitatem haberi inter homi
nes placeat. An ut ille ait, ex tristicia, aut necessitate: uel certe gratiam, siue ab accipientibus, siue ab au
dientibus quærens. Sed & in accipiendo anima quæ cognoscit semetipsam: obseruabit utrum indiffe
renter habeat ea quæ accipit, an uelut super aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu pensabit semet
ipsam huiusmodi anima, ut cognoscat, an facile moueatur cuiuscunque uerisimilis iudicio: & subrisia
tur ei arte, uel suauitate, uel calliditate sermonum: an raro hoc, an nunquam omnino patiatur. Sed suffi
ciant hæc in hoc agnitionis genere à nobis dicta. Possibile est enim uolenti horum similitudinem, & a
lia innumera colligere, quibus cognoscere semetipsam anima probetur: & pulchritudinem suā, quam
ad imaginem dei in conditione suscepit, si reparare ac restituere potuerit, contemplari. Hoc igitur est
quod præsens sermo sub specie mulieris animam docet: ut cognoscat semetipsam, & ait: Nisi cognoue
ris temetipsam: hoc est, nisi per singula quæ supra memorauimus duxeris sensus tuos: & discretionem
singulorum tenueris, quæ agenda sint, quæ cauenda, quid desit tibi, & quid abundet, quid emendan
dum sit, quid ue seruandum: Sed si uolueris indifferenter agere inter cęteras animas communis uitę ho
minum, quas hic mulieres appellat: inter quas tu pulchra es: utpote quæ iam oscula uerbi dei susce
peris: & cubiculi eius arcana perspexeris: si inquam non te cognoueris, sed indifferenter, ut cōmune uul
gus agere uolueris: exi in uestigijs gregum: id est, esto in reliquo grege, si nihil egregium post hæc om
nia, quæ in te collata sunt agis, neq; temetipsam cognoscens, à conuersatione gregali sequestraueris, &
eris non solum in grege, sed in uestigijs gregū. Vltimus enim fiet & nouissimus, qui primatus suos no
intellexerit. Et ob hoc, ubi iam scientiā neglexerit, necesse est, ut circūferatur omni uēto doctrinę ad de
ceptionem

A ceptionem errorum: ita ut modo quidem apud illum pastorem, id est, doctorem uerbi tabernaculum
ponat: nunc uero apud alium, & sic ubiq; circumferatur: pascens non oues, quod est animal simplex:
sed hœdos, lasciuos scilicet & inquietos sensus atq; ad peccatum deputatos, diuersis doctoribus exco
lens ad hoc ipsum quæritis. Et hæc erit pœna culpæ illius animæ, quæ seipsam nō studuerit agnoscere,
& illum solum sequi pastorem qui animam suam posuit pro ouibus suis. Hæc est una species: qua intel
ligere semetipsam anima in affectibus & actibus suis debeat. Illa uero alia pars profundior est & diffici
lior, qua iubetur anima, quæ tamen iam in mulieribus pulchra est, agnoscere semetipsam. Quod si obti
nere potuerit, speret sibi bona omnia: sciat exeundum sibi post uestigia gregum, & pascendum hœdos
in tabernaculis pastorum alienorum à se. Videamus ergo & incipiamus pro uiribus, etiam huius partis
agnitionē discutere. Dicit per prophetā sermo diuinus: Illuminate uobis lumē scientię. Sed in donis spi
ritualibus, unum quidem donum maximum est: quod per spiritum sanctum ministratur, sermo sciētiæ:
cuius scientiæ opus illud principale est, quod in euangelio secundum Matthæum quidem ita dicit: Ne
mo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. In Luca au
tem ita ait: Nemo scit quid sit filius, nisi pater: & nemo scit quid sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius
reuelare. Secundum Ioannem uero ita scriptum est. Sicut agnoscit me pater, & ego agnosco patrem.
In quadragesimo uero quinto psalmo dicit: Vacate & agnoscite, quoniam ego sum deus. Igitur prin
cipale munus scientiæ, est cognoscere trinitatem. Secundo uero in loco cognoscere creaturam eius: se
cundum eum qui dicebat: Ipse enim mihi dedit horum quæ sunt scientiam ueram, substantiam mundi
& uirtutem elementorum, initium & finem & medietatem temporum, & reliqua. Inter hæc ergo ani
mæ erit quædam etiam sui agnitio, per quam scire debet quæ sit eius substantia, utrum corporea uel in
corporea: & utrum simplex uel ex duobus, aut tribus: an uero ex pluribus composita. Sed & iuxta quo
rundam quæstiones, utrum facta, an omnino à nullo sit facta: Et si facta sit, quomodo sit facta: Vtrum
ut putant aliqui in semine corporali etiam ipsius substantia continetur, & origo eius pariter cum ori
gine corporis traducitur: An perfecta extrinsecus ueniens, parato iam & formato inter uiscera mulie
bria corpore induitur: Et si ita sit, utrum nuper creata ueniat, & tunc primum facta cum corpus uidetur
esse formatum: ut causa facturæ eius, animandi corporis necessitas extitisse credatur: an prius & olim
facta, ob aliquam causam ad corpus sumendum uenire existimetur: & si ex causa aliqua in hoc deduci
creditur: quæ illa sit causa ut agnosci possit, scientiæ opus est. Sed & illud requiritur: utrum semel tan
B tum corpore induatur: & id postmodum depositum ultra non quærat: an cum semel susceptum depo
suerit iterum assumat: & si secundo sumptum semper habeat, an aliquādo iterum abijciat. Et si quidem
secundum autoritatem scripturarum, cōsummatio immineat mundi, & corruptibilis status hic in incor
ruptibilem mutabitur: ambiguum non uideri quod in præsentis uitæ statum, secundo aut tertio in cor
pus uenire possit. Nam si recipiatur hoc, necessario sequitur ut huiusmodi successionibus consequenti
bus finem nesciat mundus, & adhuc cognitionem sui anima requirat, si est aliquis ordo, aut sunt aliqui
spiritus eiusdem substantiæ cum ipsa. Alij uero non eiusdem, sed diuersi ab ea: id est, si sunt & alij spiri
tus rationabiles ut ipsa est, & alij carentes ratione: Et si eadem est ipsius quæ & angelorum substantia,
quoniam rationabile à rationabili nequaquam differre creditur. Aut si non est quidem talis per substā
tiam: sed erit talis per gratiam si meruerit: an nō possit omnino similis effici angelis: nisi hoc naturæ suæ
qualitas, aut similitudo receperit. Reddi enim posse uidebitur quod amissum est: nō tamen conferri id
quod ex initio conditor non dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoscēdam semetipsam anima requirat,
si uirtus animæ eius accedere potest & decedere. An est immutabilis: an acquisita semel ultra non de
fluit. Et quid opus est plura commemorare: quibus ex causis semetipsam cognoscat anima: ne forte, si
neglexerit perfecte semetipsam cognoscere: exire iubeatur in uestigijs gregum: & pascere hœdos, &
hoc non in proprio tabernaculo, sed in tabernaculis pastorum: cum præsto sit uolenti hæc persequi,
largissimas occasiones ex his quæ supra memorauimus sumere, in quibus sese exercere in sermone sci
entiæ pro uiribus possit. Dicantur uero hæc à uerbo dei, etiam ad animam quæ in profectibus quidem
posita est: nondum tamen ad summum perfectionis ascendit. Quæ pro eo quidē quod proficit pulchra
dicitur: ut autem peruenire possit & ad perfectionem, fiat ad eam cōminatio necessaria. Quod nisi per
ista singula quæ supra diximus semetipsam cognouerit, & uigilanter exercuerit in uerbo dei & lege di
uina: continget ei de his singulis opiniones colligere diuersorum, & sequi homines nihil egregium, ni
hil ex spiritu sancto locutos: hoc est enim exire in uestigijs gregum, & eorum doctrinam sectari: qui &
si ipsi permanserint peccatores, nullum peccantibus remedium prouidere potuerint: Quos qui sequi
tur, hœdos utique qui peccatorum indicium tenent, uidebitur pascere: circumiens tabernacula pasto
rum: diuersas scilicet sectas philosophorum. Intuere ergo plenius quàm terribile est, quod sub hac ad
umbratur figura. Exi, inquit, tu in uestigijs gregum, quasi ad eam loquitur quæ intus iam sit anima, & in
tra mysteria collocata: pro eo tamen quod negligat semetipsam cognoscere, & requirere quæ sit: &
quid uel quomodo agere debeat, quid ue non agere, dicitur ei, exi tu: quasi quæ ob hanc desidiæ
culpam foras mittatur ab eo qui præest. Sic ingens animæ periculum est, scientiam sui agnitionemq;
negligere. Sed fortasse, quia duplicem expositionem dedimus agnitionis suæ animæ: uidebitur cul
pam secundum eam quidem quæ de moribus & de actibus suis discutere negligit, & inquirere de pro
fectibus suis, aut perscrutari de uirijs, merito ei dici, exi: per quod uideatur, quasi de interioribus so

ras propelli. Si uero secundum editionem aliam qua diximus, quod naturam substantiamq; suam agnoscere debeat & statum, uel in quo fuerit, uel in quo erit, graue credetur. Quæ enim facile talis anima inuenietur, ita perfecta, ita præpotens, cui horum omnium ratio & intelligentia pateat? Ad hoc respondebimus, quoniam sermo qui habetur in manibus, non ad omnes animas fit, neque ad adolescentulas quibus hic loquitur sponsus, neque ad cæteras mulieres, neque ad octoginta concubinas, aut sexaginta reginas: sed ad illam quæ inter omnes mulieres sola pulchra dicitur & perfecta. Vnde apparet ad dilectas quasque animas hæc dici: quibus cum gratia multa sentiendi & intelligendi à deo data sit, negligunt tamen scientiæ partes, & cognoscendi semetipsas, nullum adhibent studium. His ergo comminatur sermo diuinus: quia quibus multum datur, multum ex eis exigitur: & humilis quidem, & uenia & misericordia dignus erit: potentes autem potenter cruciabuntur. Si ergo & tu anima quæ pulchrior es & eminentior inter cæteras (uerbi gratia) doctrinis, negligas temetipsam: & in ignorantia tui maneas, quomodo poterunt, uel hi qui ædificari desiderant, instrui, uel conuinci & argui contradicentes? Digne ergo cum comminatione quadam ad eam dicitur: Exi tu in uestigijs gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Potest ad hoc trahi, etiam illud quod Moyses scribit: quod si qua Israelitica mulier adulterauerit, lapidetur. Si uero filia sacerdotis, ignibus exuratur. Sic ergo iusta uidebitur esse comminatio in eos qui capaces esse possunt ad agnitionem & scientiam, sed per desidiam negligunt. In quos iustissima indignatio sponsi est: quia scit unius negligentiam cedere ad damna multorum. Similis enim uidebitur huiusmodi anima, uel illi qui acceptum denarium abscondit in terram, ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret: uel illi quem occidisse dicitur deus, qui malignus erat, Onam uel Her scilicet qui accepta semina scientiæ naturalis, posteritati inuidens, profundebat in terram. Pastores quoque sicut & ante iam diximus: si quidem ad ecclesiam comminationis hic sermo fit, mundi huius principes accipiendi sunt: uel illi angeli sub quorum cura reliquæ gentes habentur, siue sorte in hoc, siue secretioribus causis quibusdam seductæ. Si uero ad unamquanque animam comminatio ista referatur, quæ semetipsam negligit agnoscere: sapientes & magistri huius seculi intelligendi sunt, docentes sapientiam huius mundi: ut in summa hoc intelligatur, quia necesse est animam, eam præcipue quæ bona & pulchra est, sensibus & ingenio uigilans, cognoscere semetipsam: & dare operam ad agnitionem sui per exercitia doctrinæ & studia diuina: ac per hoc agi spiritu dei & spiritu adoptionis: Aut si talis hæc anima semetipsam neglexerit, & à diuinis studijs declinauerit, necesse est eam operam dare studijs mundanis & sapientiæ seculi: & agi spiritu mundi huius iterum in timore. Quod designat Apostolus cum dicit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui est ex deo. Et iterum: Non accepistis enim iterum in timore spiritum seruitutis, sed spiritum accepistis adoptionis, in quo clamamus abba pater. Hæc interim nobis de præsenti loco occurrere potuerunt: nunc iam conuertamur ad consequentia. Equitatui meo in curribus Pharaonis, similem te arbitratus sum proxima mea. Historicus quidem sensus hoc uidetur ostendere. Sicut, inquit, tunc in Ægypto cum Pharao persequens populum Israel processit in curribus & equitatu: & meus, hoc est domini mei sponsi equitatus longe præcellebat currus Pharaonis, & præstantior erat, utpote qui illos superauerit, & in mare demerserit: ita & tu proxima mea sponsa, præcellis omnes mulieres, similis effecta equitatui meo: qui Pharaonis curribus comparatus, potentior utique est & magnificentior. Hic interim mihi uidetur esse ordo sermonum ipsorum uerborumq; directio. Videamus autem ne forte secundum intelligentiam mysticam, animas quæ sunt sub illo spirituali Pharaone & sub spiritualibus nequitijs positæ, currus dicat esse Pharaonis: & quadrigas eius quas ipse agit, & ducit ad persequendum populum dei & ad opprimendum Israel. Certum enim est, quia tentationes & tribulationes, quas excitant dæmones sanctis, per animas aliquas excitant ad hoc ipsum aptas & conuenientes. Quibus tanquam curribus ascensis, exagitant & impugnant, uel ecclesiam dei, uel singulos quosque fidelium. De equitatu uero domini, qui sit eius iste equitatus, in Exodo quidem, ubi superantur currus Pharaonis & demerguntur in mare, nihil legimus scriptum: nisi tantum quod dominus currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen in quarto Regnorum libro: quod Helisæus de aduentu hostium qui cum equitatu & curribus uenerant formidãti puero suo dicit: Ne timeas, quoniam plures sunt nobiscum, quàm cum illis. Et orauit, inquit, Helisæus, & dixit: Domine aperi oculos pueri huius ut uideat. Et aperuit dominus oculos eius, & uidit: Et ecce mons plenus equitibus erat: & currus ignei in circuitu Helisæi, qui descenderãt ad eum. Sed & in propheta Habacuk manifeste, & euidenter legimus de equitatu domini, & quod ascendat equos suos. Sunt ergo scripturæ uerba hæc: Nunquid in fluminibus irasceris domine, aut in fluminibus furor tuus, aut in mari rubro impetus tuus? qui ascendes equos tuos: & equitatus tuus salus. Sunt ergo equi domini, quibus ascendit, & equitatus eius. Quos ego non alios esse puto quàm illas animas, quæ frenum disciplinæ eius accipiunt, & iugum portant suauitatis eius, & quæ spiritu dei aguntur: & in hoc est eis salus. In reuelatione Ioannis legimus quod apparuit ei equus, & sedens super eum quidam fidelis & uerus & cum iusticia iudicans, cuius nomẽ est uerbum dei. Ait ergo: Et uidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedebat super eum uocabatur fidelis & uerus, & cum iusticia iudicans & pugnans: & oculi eius sicut flamma ignis, & super caput eius diademata multa, habentia nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse: & adopertus erat uestimento sanguine conspersо

sperso, & uocabatur nomen eius uerbum dei. Et exercitus eius erat in cœlo: & sequebantur eum in equis albis, induti byssino albo puro. Sed opus est gratia dei, quæ horum nobis aperiat intellectum, quo possimus aduertere quid istæ indicent uisiones, qui sit equus albus, & quis sit qui sedet super eum cuius nomen est uerbum dei. Et forte quidem dicet aliquis, album esse equum, corpus quod assumpsit dominus, & quo ille qui in principio erat apud deum, deus uerbum, uel uestitus uel uectus est. Alius autem animam dicet: quam assumpsit primogenitus omnis creaturæ: & de qua dicebat: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Alius uero utrunq; simul, corpus atq; animam, quasi ubi peccatum non fuerit, equum dici album putabit. Alius adhuc quarto loco ecclesiam dicet, quæ & corpus eius nominatur, album uideri equum quasi non habentem maculam aut rugam, quam sibi ipse sanctificauit lauacro aquæ. Secundum hæc autem singula etiam illa accipiet quæ sequũtur, militiam cœli & exercitum uerbi dei: & quomodo singuli quiq; eorum sequentes uerbum dei, equis albis sedeant: & byssinis albis induantur & mũdis. Huic ergo equo albo quo ipse uehitur qui uerbum dei appellatur, uel huic equitatui cœlesti, qui eum sequitur in albis nihilominus equis, comparat & similem facit Christus ecclesiam suam. In curribus autem Pharaonis, uel ita possumus accipere: ut quantum hic domini equitatus, equitatum & currus Pharaonis euincit & præcellit: tantum tu quæ pulchra es in mulieribus, præcellis & euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugum Pharaonis portant & sessores eius patiuntur: uel certe quod equitatus hic meus qui lauacro aquæ mundatus, purus & candidus factus est, & uerbum dei meruit habere sessorem, ex curribus assumptus est Pharaonis. Inde enim omnes ueniunt credentes, quia Christus uenit in hunc mũdum peccatores saluos facere. Hoc ergo modo potest explanari uersiculi huius sensus. Equitatui meo qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc sequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ, similem te arbitror proxima mea. Beatæ ergo sunt illæ animæ quæ dorsum suum curuauerunt, ut suscipiant sessorem uerbum dei super se & frena eius patiuntur: ut quocunq; ipse uoluerit flectat eas, & agat, habenis præceptorum suorum: quia iam non propria uoluntate incedunt, sed ad omnia ducuntur & reducuntur uoluntate sessoris. Et fortassis uidebitur secundum hoc quod ex multis animabus cõgregata est ecclesia, & exemplum uitæ accepit à Christo: quod non tam ab ipsa deitate uerbi dei acceperit, quæ utiq; supereminet eos actus uel effectus, qui ad exemplum dari hominibus debeant: sed illa anima quæ assumpta est ab eo, in qua fuit summa perfectio: illa sit ad exemplum posita: & ipsa dicatur hic, proxima mea: cuius similitudinem habere debeat etiam ecclesia: quæ ex multis congregatur animabus, illis scilicet quæ prius fuerant sub iugo & curribus Pharaonis, & equitatus domini appellantur. Quæ autem ex duabus expositio, conuenire magis proposito uersiculo uideatur, probabis etiã tu qui legis. Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ, tanquam turturis: ceruix tua, sicut redimicula. Ordo dramatis, huiusmodi uidetur habere consequentiam: quod postea quàm austeriore usus est commonitione sponsus ad sponsam, protestatus ei, quod nisi cognosceret semetipsam, exitura esset in uestigijs gregum, & pasceret non oues, sed hœdos, erubuerit super austeritate præcepti: sed & rubor uerecundiæ diffusus in uultu, speciosas effecerit genas eius & multo quàm fuerant pulchriores. Non solum autem genæ, sed & ceruix eius tam decora lit reddita, quasi monilium redimiculis adornata. Pulchritudo ergo genarũ, turturibus comparatur: quod per huiusmodi aues, simul honestas uultus & alacritas indicet. Hæc est historici dramatis explanatio. Sed ueniamus ad rem. Paulus apostolus scribens ad ecclesiam Corinthiorum, ita ait: Corpus aũt non est membrum unum, sed multa: Et si dixerit pes, quia non sum manus, non sum de corpore: non propterea non est de corpore: Et si dixerit auricula, quia non sum oculus, non sum de corpore: non propterea non est de corpore. Si totum corpus est oculus, ubi est auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem deus posuit unumquodque membrum in corpore, sicut uoluit. Et cum plura de hoc disputasset: ad ultimum dicit: Vos autem estis corpus Christi & membra ex parte. Et iterum ad Ephesios scribens dicit: Subiecti inuicẽ in timore Christi. Mulieres uiris suis subiectæ sint sicut domino, quia uir caput est mulieris, sicut & Christus est caput ecclesiæ: ipse saluator corporis. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam suam: & semetipsum tradidit pro ea: ut eam sanctificaret lauacro aquæ in uerbo: ut ipse sibi præpararet gloriosam ecclesiam: non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut esset sancta & immaculata. Et post pauca. Nemo, inquit, enim aliquando carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius: & reliqua. Per hæc ergo edocemur: quomodo sponsa Christi, quæ est ecclesia etiam sit corpus eius & membra. Si ergo audias sponsi membra nominari: ecclesiæ membra dici intellige, in quibus sicut sunt aliqui qui dicuntur oculi, pro intelligentiæ sine dubio ac scientiæ lumine: & alij aures, pro audiendo uerbo doctrinæ: alij manus, pro bonis operibus religiosisq; ministerijs: ita sunt alij & qui genæ eius appellentur. Genæ autem partes uultus dicuntur, in quibus honestas & uerecundia animæ agnoscitur, per quod sine dubio illi in membris ecclesiæ declarantur: qui castitatis & pudicitiæ excolunt honestatem. Pro his ergo ad omne corpus sponsæ dicitur: Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ? Et obserua quia non dixit, quàm speciosæ sunt genæ tuæ, sed quàm speciosæ factæ sunt: ut ostendat prius quidem non eas ita fuisse speciosas, sed postea quàm suscepit oscula sponsi: & ipse qui loquebatur per prophetas prius affuit: &

mundauit sibijpsi ecclesiam suam lauacro aquæ: & fecit eam non habere maculam aut rugam, & agni- A
honem fuit præstitit ei: tunc factæ sunt speciosæ genæ eius. Tunc enim castitas & pudicitia & uirgini-
tas quæ prius non fuerat, per ecclesiæ genas speciosa decore diffusa est. Quæ tamen genarum species,
id est pudicitiæ & castitatis, turturibus comparatur. Turturum ferunt huiusmodi naturam esse, ut ne-
que masculus præter unam fœminam adeat aliam: nec fœmina plus quam unum patiatur marem: ita
ut si accidat altero intercepto superesse alterum: pariter cum coniuge extinctus sit ei cõcubitus amor.
Conuenienter ergo similitudo turturis, aptatur ecclesiæ, quod uel alterius uiri post Christum coniugi
um nesciat, uel quod continentiæ & pudicitiæ in ea tanquam turturum uolitet multitudo. Secundum
hanc intelligentiam etiam ceruicem sponsæ accipiamus. Quæ sine dubio illæ intelligi debent animæ,
quæ Christi iugum suscipiunt dicentis: Suscipite super uos iugum meum: quia iugum meum suaue est.
Obedientia ergo eius, ceruices eius appellãtur. Ceruix ergo eius speciosa facta est, sicut redimicula: &
merito. Quam enim prius prætuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei, specio-
sam fecit & pulchram. Ceruix ergo tua speciosa facta est, sicut redimicula. Ad utrumque enim subau-
ditur, speciosa facta est. Redimicula hic dicit constrictiones, uel connexiones monilium, quæ in cerui-
cibus sedere solent: ex quibus deducitur & descendit per omne collum reliquus ornatus. Ipsi ergo or-
namento quod ceruicibus & collo imponi solet, ceruicem sponsæ comparauit. Quod dictũ ita aduer-
timus. Ceruicem diximus subiectionem & obedientiam dici, pro eo quod quasi iugum Christi susci-
piat, & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius quæ est obedientia, Christus
est. Ipse enim prior factus est obediens usque ad mortem: Et sicut per unius, Adæ scilicet, inobedienti-
am, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam, Christi duntaxat, iusti constituentur
multi. Ornamentum ergo & monile ceruicis ecclesiæ, obedientia Christi est. Sed & ceruix ecclesiæ, id
est obedientia eius, similis effecta est obedientiæ Christi, quod est monile ceruicis. Magna ergo in hoc
laus sponsæ est, magna ecclesiæ gloria, ubi imitatio obedientiæ eius, exequatur obedientiæ Christi quẽ
imitatur ecclesia. Hæc ipsa species monilis, etiam in Genesi memoratur à Iuda patriarcha Thamar nu-
rui suæ, quando cum ea quasi cum meretrice concubuit data. Quod non omnibus patet mysterium. In
telligitur per hoc quod Christus ecclesiæ, quam ex multorum dogmatum prostitutione collegerat, fu-
turæ perfectionis hæc dedit pignora: & istud obedientiæ monile ceruici eius imposuit. Similitudines
auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti quoadusq; rex sit in recubitu suo. Supra diximus quod
specie dramatis libellus hic ordinatus, personarum immutatione contexitur: & nunc ergo uidẽtur hæc B
amici uel sodales sponsi ad sponsam iocuti, qui secundum intelligentiam mysticam: & ut supra iam di-
ximus, aut angeli: uel etiam prophetæ, aut patriarchæ, possunt intelligi. Non enim tunc solũ cũ post ba-
ptismum Ioannis in deserto tentatus est à diabolo dominus, accesserunt angeli & ministrauerũt ei, sed
ante aduentum præsentiæ corporalis ministrauerunt semper. Nam & lex disposita in manu per ange-
los dicitur mediatoris. Et ad Hebræos scribẽs Apostolus dicit: Si enim qui per angelos habitus est, ser-
mo factus est firmus. Ipsi ergo erant uelut autores & procuratores, appositi paruulæ sponsæ cum pæ-
dagogo, lege: donec plenitudo temporum ueniret & mitteret deus filium suum natum ex muliere, fa-
ctũ sub lege, & adduceret eam sub autoribus & procuratoribus & pædagogo, lege: ut ipsius uerbi dei
oscula, doctrinam scilicet uerbaq; susciperet. Antequam ergo tempus horum adesset: in multis angelo
rum ministerio excolebatur sponsa qui apparebant tunc hominibus: & loquebantur ea, quæ res posce
bat & tempus. Non enim tu mihi ex aduentu saluatoris in carne sponsam dici, aut ecclesiam putes: sed
ab initio humani generis, et ab ipsa constitutione mundi: imò ut Paulus docet, altius mysterij huius ori
ginem repetam, ante etiam constitutionem mundi. Sic enim dicit ipse: Sicut elegit nos in Christo ante
constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate, prædestinans nos in ad
optionem filiorum. Sed & in psalmis scribitur: Memento cõgregationis tuæ domine: quam congre-
gasti ab initio. Prima etenim fundamenta congregationis ecclesiæ, statim ab initio sunt posita. Vnde et
Apostolus dicit ædificari ecclesiam, non solum super apostolorum fundamentum, sed etiam propheta
rum. Inter prophetas autem numeratur & Adam: quia magnum mysterium prophetauit in Christo &
in ecclesia, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam: & adhærebit uxori suę,
& erunt ambo in carne una. Euidenter enim de his dictis eius, dicit Apostolus: Quia mysterium hoc
magnum sit. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Sed & idem Apostolus cum dicit: Sic enim ec-
cleliam dilexit, ut semetipsum traderet pro ea, sanctificans lauacro aquæ: non utiq; ostendit eam prius
non fuisse: quomodo enim dilexisset eam quæ non erat? Sed eam sine dubio dilexit quæ erat. Erat au-
tem in omnibus sanctis, qui ab initio seculi fuerunt facti. Diligẽs igitur eam, uenit ad eam. Et sicut pue-
ri sui communicauerunt carni & sanguini, similiter & ipse particeps factus est eorundem, ac semetip-
sum pro eis tradidit. Ipsi enim erant ecclesia quam dilexit: ut eam uel numerositate augeret uel uirtuti-
bus excoleret, uel perfectionis charitate de terris transferret ad cœlum. Ministrauerunt ergo & pro-
phetæ ab initio, ministrauerunt & angeli, Quid enim aliud fiebat tunc, cum apparuerũt tres uiri Abra-
hæ sedenti ad quercum Mamre? Licet illa angelorum species plus aliquid quam angelicum ostenderit
ministerium: nam trinitatis ibi mysterium prodebatur. Hoc erat & in Exodo: cum angelus domini di-
citur in flamma ignis apparuisse Moysi in rubo. Continuo autem in subsequentibus dominus & deus

loqui

A loqui in angelo scribitur, & ipse deus esse Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob designatur. Quod qui
dam hæreticorum legentes dixerunt: Deum legis & prophetarum longe inferiorem esse, quàm le-
sum Christũ & spiritum sanctum: & eousque impietatem suam pertenderunt, ut plenitudinem qui-
dem in Christo ponant & in spiritu sancto: imperfectionem uero & infirmitatem in deo legis. Sed hæc
alias. Nunc autem nobis propositum est ostendere, quomodo sancti angeli, qui ante aduentum Chri-
sti, uelut paruulæ adhuc sponsæ tutelam procurabant, ipsi sint amici & sodales sponsi: qui ad eam di-
cere uideantur: Faciamus tibi similitudines auri cum distinctionibus argenti usquequo rex sit in recu-
bitu suo. Indicant ergo quod ipsi faciant sponsæ, non aurum (neque enim habebant tale aurum qua-
le dignum erat offerri sponsæ) sed pro auro, similitudines auri se facere promittunt. Et non unam si-
militudinem, sed multas. Ita etiam dicunt de argento: sed quasi habentes licet paruam argenti mate-
riam, promittunt se ei facere, non similitudines, sed distinctiones argenti, utpote quibus non tanta
abundaret argenti materia, ut connexum aliquid & solidum opus ex eo producere posset, sed distin-
ctiones solas ac signa quædam parua, uelut puncta interserent illi operi, quod ei ex auri similitudine
faciebant. Hæc ergo amici sponsi illi, de quibus supra diximus, sponsæ faciunt ornamenta. Sed quid
in his secreti contineatur, & quid elocutionis nouitas ipsa parturiat: omnipotentis uerbi ac sponsi pa-
trem precemur, ut ipse nobis arcani huius claustra pateſaciat: quo possimus, nõ solum ad intelligenda
hæc illuminari: uerumetiam ad proferenda: ac secundum mensuram eorum, qui lecturi sunt mode-
rationem eloquij spiritualis accipere. Auri speciem in multis sæpe ostendimus figuram tenere inuisibilis
& incorporeæ naturæ. Argentum uero uirtutem uerbi ac rationis, secundum quod & dominus dicit
per prophetam: Dedi uobis argentum & aurum, uos autem fecistis argentea & aurea Baalim: ostен-
dens per hæc, & dicens: quia dedi uobis sensum & rationem, qua me deum & sentire posseris & cole-
re, uos autem & sensum & rationem, quæ in uobis est, ad colenda dæmonia transtulistis. Sed & eloquia
domini, eloquia casta: argentum igne probatum dicitur. Et item in alijs, argentum ignitum, iusti lin-
gua memoratur. Cherubin uero aurea dicuntur: quoniam quidem plenitudo scientiæ dei interpretan-
tur. Sed & candelabrum in tabernaculo testimonij aureum & solidum poni iubebatur: quod mihi ui-
detur formam tenere naturalis legis, in qua lux scientiæ habetur. Sed quid opus est multa congregare
testimonia: cum in promptu sit scire uolentibus in multis scripturæ locis hoc indicari, quod aurum ad
sensum mentemq; reuocetur: argentum uero ad uerbum atque eloquia referatur. Nunc ergo propere- B
mus ad contemplandum, quomodo secundum ea quæ præmisimus amici sponsi dicãt se similitudines
auri facere sponsæ cum distinctionibus argenti. Videtur ergo mihi quod lex quæ per angelos dispo-
sita est in manu mediatoris: quandoquidem umbram habeat futurorum bonorum, non ipsam imagi-
nem rerum, & quæcunque contingebant illis qui in lege referuntur, in figura & non in ueritate contin
gebant. Ista omnia similitudines auri fuerunt, non aurum uerum: quod scilicet aurum uerum in illis
quæ incorporea sunt & inuisibilia ac spiritualia intelligatur: Similitudo uero auri, in quo nõ est ipsa ue-
ritas, sed umbra ueritatis, ista corporea & uisibilia accipiantur. uerbi gratia: Similitudo auri fuit illud
tabernaculum manufactum, de quo dicit Apostolus: Non enim manufacta ista introiuit Iesus exem-
plaria uerorum, sed in ipsum cœlum. Ergo quæ in cœlis sunt inuisibilia & incorporea, illa sunt uera: ista
autem quæ in terris sunt uisibilia & corporea, exemplaria uerorum dicuntur esse non uera. Ista ergo
sunt quæ similitudines auri appellantur: in quibus est & arca testamenti & propiciatorium & Cheru-
bim & altare incensi, & mensa propositionis & panes: sed & uelamen & columbæ ac seræ & altare
holocaustorum, & ipsum templum, atque omnia quæ in lege scripta sunt. Omnia hæc similitudines e-
rant auri. Sed & ipsum aurum uisibile, pro eo quod uisibile erat, non erat aurum uerum: sed similitudo
erat illius auri inuisibilis. Istas ergo similitudines auri, fecerunt sponsæ ecclesiæ sponsi amici: angeli ui-
delicet & prophetæ, qui ministrauerunt in lege cæterisq; mysterijs. Hæc opinor & Paulus intelligens
dicebat: In religione angelorum, in his quæ uidet frustra inflatus sensu carnis suæ. Omnis ergo Iudai-
cus cultus & religio, similitudines sunt auri. Cum autem conuersus fuerit quis ad dominum, & abla-
tum fuerit ab eo uelamen: tunc uidebit aurum uerum, cuius auri antequam adesset & cognoscendum
se præberet, similitudines fecerunt sponsæ amici eius, ut ex illis similitudinibus commonita & prouo-
cata, ueri auri desiderium caperet. Hoc enim factum indicat Paulus, cum dicit: Hæc autem in figura cõ
tingebant illis. Scripta autem sunt propter nos, in quos finis seculorum deuenit. Sed finem, quem dicit
Paulus, non intelligas corporalem: Finis enim corporalis multos inueniet, pro quibus nõ sunt scripta
hæc: Neque enim huiusmodi de his recipient intellectum, sed finem seculorum, perfectionem rerũ in-
telligę: quæ utiq; Paulo & similibus eius aduenisse, & propter ipsos scripta hæc esse dicũtur. Sed hęc in
excessu diximus, uolentes ostẽdere quomodo amici sponsi dicãt ad sponsam facere se ei similitudines
auri cum distinctionibus argenti, per ea scilicet quę in lege & prophetis per figuras & imagines et simi
litudines & parabolas scripta tradiderunt. Sunt tamen in his & paruæ quędam distinctiones argẽti, in-
dicia scilicet sensus spiritualis uerbi & interpretationis rationabilis, licet & ualde rara & exigua. Ante
aduentum namq; domini uix sicubi prophetarum aliquis parum quid occulti sermonis aperuit: uerbi
gratia, ut Esaias cum dicit: Vinea domini sabaoth, domus Israel est, & domus Iuda nouella dilecta. Et
iterum alibi: Aquæ multæ, gentes multę sunt. Et Ezechiel nominans duas sorores, Oollã & Oolibam,

aliam Samariam distinguit esse,& aliam Iudæam:& sicubi talia quædam ipsis prophetis interpretantibus aperiantur:istæ distinctiones argenti dicũtur. Vbi uero saluator & dominus noster Iesus Christus aduenit,nota faciens omnia uerbo uirtutis suæ,in passione eius indicium datum est:quod ea quæ in abscondit is tegebantur & arcana erant,in lucẽ proferrentur & ad manifestationẽ uenirent: per hoc quod uelum templi,quo sancta sanctorum & arcana uelabantur,scissum est de sursum eius usq; deorsum: palam fore denunciãs omnibus, quod intrinsecus uidebatur obtectum. Sic ergo illud quod per angelos & prophetas ministratum est,similitudo auri fuit cum distinctionibus paruis & exiguis argẽti. Hæc autem quæ per ipsum dominum nostrum Iesum Christum tradita sunt,in auro uero & argento solido collocata sunt. Hæc enim quæ per amicos sponsi facta est similitudo auri cum distinctionibus argenti,non in sempiternum mansura promittitur:sed tempus ei statuitur ab illis ipsis dicentibus: usquequo rex sit in recubitu suo. Cum enim recubans dormierit,ut leo & ut catulus leonis,& post hæc suscitauerit eum pater & resurrexerit è mortuis,si qui fuerint conformes resurrectionis eius,iam non in similitudine auri:id est,non in rerum corporalium cultu manebunt,sed aurum uerum ab ipsis percipient,credentes et sperantes,non ea quæ uidentur,sed quæ non uidẽtur:nec quæ in terris sunt,sed quæ in cœlis,ubi Christus est in dextera dei sedens,& dicent: Quia et si cognouimus Christum aliquando secundum carnẽ, sed nunc iam non nouimus. Non ergo iam distinctionibus paruis argenti,sed in latitudinẽ diffuso utentur argento. Audient enim,quia in illa auri similitudine,petra, quæ sequi dicitur, & potum populo præbere Christus est,& mare baptismus est,& nubes spiritus sanctus est,& manna uerbum dei est,& agnus paschæ saluator est:& sanguis agni,passio Christi est,& uelum quod est in sanctis sanctorum,quo diuina illa & arcana tegebantur,caro eius est:aliaq; innumera,ex eius resurrectione patebunt:non iam parua ut prius distinctione,sed latissima expositione patefacta. Adhuc autem ut clarius fiat quod dicit:usquequo rex sit in recubitu suo:etiam de secunda Balaam prophetia, quæ de Christo ita continet proferemus. Orietur,inquit,stella ex Iacob,& exiet homo de semine eius,& dominabitur gẽtibus multis. Exaltabitur Gog regnum eius,& crescet regnum eius. Deus educet eum ex Æ.gypto,sicut gloria unicornis,& comedet gentes inimicorum suorum,& crassitudines eorum emedullabit,& iaculis suis sagittabit eos. Recumbens,ut leo requiescet,& sicut catulus leonis. Quis suscitabit eum? Considera ergo & ex his diligentius,& uide quomodo omnis similitudo auri usq; ad extremum tempus,ad recubitum regis scilicet stare memoratur. Post hæc ergo exaltabitur Gog,id est super tecta regnum eius,cum uidelicet de terris ad cœlestia fuerit tecta translatum. Sed de his plenius,prout dominus dedit, in Numerorum libro prosecuti sumus. Requiramus sanè si etiam sanctis patribus ipsis & prophetis:qui mirabilia strauerunt uerbum ante aduentum domini nostri Iesu Christi, perfectionis huius uericq; auri gratia data sit,an tantum futura hæc intellexerint & in spiritu uentura præuiderint: atque ob hoc solum dixerit dominus de Abraham: Quia desiderauerit uidere diem eius,& uiderit & lætatus sit:quod scilicet in spiritu futura præuiderit.& magis fortasse hoc ita esse,etiam ille sermo confirmet, qui ait:Multi iusti desiderauerunt uidere quæ uidetis,& non uiderunt,& audire quę auditis,& non audierunt. Quamuis nec illis potuerit defuisse perfectio ueniens ex fide. Quæ enim nos facta credimus,hæc illi maiore cum expectatione futura credebant. Sicut ergo ex aduentu Christi,credẽtes præteritorum fides: ita & illos futurorum ad summam perfectionis adduxit. Quod si ad unamquanq; animam referatur expositio: uidebitur quod donec paruula est adhuc anima & imperfecta,& sub tutoribus & procuratoribus posita,siue doctoribus ecclesiæ,siue angelis:qui paruulorũ custodes esse dicuntur,& uidere semper faciem patris,qui in cœlis est:similitudines auri fiunt ei:cum non solidis & fortibus alitur uerbi dei cibis: sed similitudinibus imbuitur:uelut si dicamus parabolis & exemplis docetur, pro quibus & ipse Christus dicitur ætate crescere & sapientia & gratia apud deum & homines. In illis ergo similitudinibus imbuitur, & fiunt ei paruulæ distinctiones argenti. Aperiuntur enim interdum & his qui imbuuntur parua aliqua & rara de secretioribus mysteriis:ut desiderium concipiant maiorum. Neque enim desiderari quid potest si penitus ignoretur, & ideo incipientibus & primis in eruditionibus positis,sicut non sunt ad subitum cuncta pandenda:ita neque penitus abscondenda sunt spiritualia mysteria:sed ut ait sermo diuinus,faciendæ sunt eis distinctiones argenti, & scintillæ quædam spiritualis intelligentiæ animis eorum initiandæ sunt: ut gustum quodammodo desiderandæ dulcedinis sumant:ne ut diximus si penitus ignoretur, nec omnino desideretur. Verum quod paruulam nominamus animam, nemo ita accipiat,quasi secundum substantiam paruula dicatur: sed si cui deest eruditio, & in qua est exiguus intellectus ac minima peritia, hanc paruulam dicimus animam. Igitur hæc fieri conuenit, usquequo rex sit in recubitu suo,id est,usquequo in id proficiat huiusmodi anima, ut capiat regem & habeat recumbentem in semetipsa. Sic enim dicit hic rex: Quia habitabo in eis & inambulabo: in eis profecto qui tantam uerbo dei cordis sui latitudinem præbent, ut etiam in eis deambulare dicatur, spacijs scilicet ampliioribus intelligentiæ agnitionis q; diffusionis. Ita ergo & recubare dicitur in anima illa sine dubio, de qua ipse dominus dicit per prophetam: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Habitat ergo rex iste qui est sermo dei, in illa anima, quæ iam ad perfectum uenerit recubitum suum,si tamen non sit in ea aliquod uitium,sed plena sit sanctitate, plena pietate,fide,charitate,pace omnibus q; uirtutibus. Tunc enim delectat in ea recubare regem et habere

recubitum

recubitum. Ad hanc enim animam dominus dicebat: Quia ego & pater meus ueniemus & cœnabimus cum eo,& mansionem faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Christus cum patre,& ubi mansionem facit,quidni recumbit? Beata illius latitudo animæ,beata strata illius mentis, ubi pater & filius, ut non dubito,una cum spiritu sancto recumbit,cœnat et mansionem facit. Quibus putas opibus,quibus copijs tales conuiuæ pascuntur? Pax ubi primus cibus est,humilitas simul apponitur ac patientia, mansuetudo quoq; & lenitas,& quod summæ ei suauitatis est,puritas cordis. Charitas autem in hoc conuiuio principalem obtinet locum. Tali ergo modo,etiam tertia expositione, ad unamquanque animam referri posse uidebitur quod ait. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoadusq; rex sit in recubitu suo. Nardus mea dedit odorem suum,siue odorem eius. In specie dramatis uidetur hoc ostendi,quod post hæc uerba ingressa sit sponsa ad sponsum,& unguentis suis unxerit eum: ac miro quodam genere,quasi nardus quæ prius odorem non dederat cum esset apud sponsam, tunc dederit odorem suum,cum corpus contigit sponsi,ut nõ tam ille ex nardo odorem, quàm nardus ex ipso sumpsisse uideatur. Si uero secundum hanc differentiam, quæ in alijs inuenitur exemplaribus legimus Nardus mea dedit odorem eius:inuenitur adhuc aliquid diuinius, ut uideatur q; unguẽtum hoc nardi, quo unctus est sponsus,non tantum suum,qui nardo inesse naturaliter solet, sed ipsius sponsi odorem ceperit,& ipsius odorem ad sponsam reportauerit nardus: ut in eo quo unxit eum, odorem sponsi per ipsius unguenti munus acceperit, & hoc sit quod dicere uideatur: Nardus mea qua unxi sponsum,regressa ad me,odorem mihi detulit sponsi, & uelut superato naturali suo odore, præ fragrantia sponsi ipsius mihi detulit suauitatem. Hæc habet historici dramatis explanatio. Sed ueniamus iam nunc ad intelligentiam spiritualem. Ponamus hic sponsam ecclesiam, in personam Mariæ, quæ decenter utiq; dicitur afferre libram unguenti nardi pistici pretiosi, & ungere pedes Iesu, & detergere capillis suis, & recipere quodammodo ac recuperare per crinem capitis sui ad semetipsam unguentum,ex qualitate ac uirtute corporis eius infectum, & odorem non tam nardi per unguentum, quàm ipsius uerbi dei ad se trahentem per capillos, quibus abstergebat pedes, & imposuit capiti suo, non tam nardi quam Christi fragrantiam, & dicere: Quia nardus mea, missa in corpus Christi, reddit mihi odorem eius. Denicq; uide quomodo hæc ipsa referuntur. Maria,inquit, attulit libram unguenti nardi pistici pretiosi,& unxit pedes Iesu, & extersit capillis capitis sui. Domus autem, inquit, tota repleta est odore unguenti. Quod utique indicat, quia odor doctrinæ,qui procedit de Christo & sancti spiritus fragrantia, repleuit omnem mundi huius domum ac totius ecclesiæ domum. Vel certe repleuit omnem domum animæ illius,quæ odoris Christi susceptit participium, offerens primo fidei suæ munus,uelut unguentum nardi,& recipiens ex hoc gratiam spiritus sancti & spiritualis doctrinæ fragrantiam. Quid ergo interest utrum in Cantico canticorum sponsa perungat unguento sponsum: an in euangelio discipula magistrum,& Maria Christum: sperans, ut diximus, redire ad se ex hoc unguento odorem uerbi, & fragrantiam Christi,ut eo ipso dicat,Christi bonus odor sumus deo. Et quoniam plenum fide fuit istud unguentum,& precios effectus,ob hoc & Iesus testimonium reddidit ei,dicens: Bonum opus operata est in me. Sic ergo rursus in Cantico canticorum,post aliquanta amplectitur emissiones sponsæ:sicut hic opus Mariæ,ait enim:Emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum. Cyperus cum nardis. Nardus cum crocis. Amplectitur ergo & in his emissiones ac munera sponsæ. Obseruauimus sanè quod in his quæ nunc memorauimus pluraliter primo, postmodum singulariter nardum posuit, quod puto secundum illam rationem dictum:quia negociator regni cœlorũ, plures primo margaritas negociatur: usquequo ad unã perueniat pretiosam. Et forte quod dixit:Emissiones tuæ paradisus cũ fructibus pomorum:illos indicat fructus cum nardis plurimis, quos afferimus ex institutionibus & doctrina prophetica. Ex doctrina uero ipsius domini nostri Iesu Christi, emissiones nostræ & munera, non plures habent nardos,sed unam. Sed nunc redeamus ad eam quæ dicit: Nardus mea dedit odorem suum,& uide si possumus adhuc etiam hoc in loco intelligere præsenti:quod si quãdo ualuerimus integre et decenter exponere de deitate Christi,uirtutemq; eius ac maiestatem dignis assertionibus cõsignare:tunc fortasis merito dicet,uel ecclesia illa uel anima,quæ ita manifeste potuerit gloriã eius exponere: Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirum uideri debet si Christus,quemadmodum fons est,& flumina aquæ uiuæ de eo procedunt,& quemadmodũ panis est,& uitam dat:ita & nardus est, & odorem reddit,& unguentum est:quo qui uncti fuerint,Christi fiant,sicut dicit in psalmo:Nolite tangere Christos meos. Et fortasse secundum illud quod dicit Apostolus:His qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni uel mali:singulis quibusq; sensibus animæ,singula quæq; Christus efficitur. Idcirco enim & uerum lumen dicitur,ut habeant oculi animæ quo illuminentur: idcirco & uerbum, ut habeant aures quod audiãt:idcirco & panis uitæ,ut habeat gustus animæ quod degustet. Idcirco ergo & unguentum uel nardus appellatur,ut habeat odoratus animæ,fragrantiam uerbi:idcirco & palpabilis,& manu tractabilis,& uerbum caro factum dicitur,ut possit interioris animæ manus cõtingere de uerbo uitę. Hęc autem omnia unum atq; idem est uerbum dei,quod per hæc singula affectibus orationis commutatũ, nullum animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertem. Alligamentũ gutte fraternis meus mihi, in medio uberum meorum manebit,siue cõmorabitur. Eiusdem adhuc uerba sunt sponsæ ad adolescẽtulas, ut uidetur loquentis. Prius quidẽ dixerat, quia nardus sua dedisset odorem sponso,& quia per unguentum quo unxerat eum,odoris fragrantiã recepisset:nunc aũt ait:Fraternus meus mihi guttam redolet,

& hanc

& hanc nõ diffusam, neq; ut libet dispersam, sed colligatam & constrictam: quo scilicet odor ipsius suauitatis densior reddatur, & uehementior. Et hic, inquit, cum talis sit, in medio uberum meorum demoratur & cõmanet, & requiem ac mansionem suam facit in loco pectoris mei. Verũ quod nunc primum cognominauit cum fraternum suum sponsa, & nominis huius appellatione per totum penè libelli textum frequenter utitur, dignum puto, ut prius requiramus appellationis ipsius causam, & quid uel unde fraternus dicitur, exponamus. Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis sit primo frater sponsæ, cuius hic filius habeatur: uide si possumus dicere sponsam quidem ex gentibus esse ecclesiam: fratrem uerò eius, priorem populũ, & fratrem, ut res indicat, seniorem. Quia ergo ex illo populo Christus secundum carnem nascitur, ob hoc ab ecclesia gentium, fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum guttæ fraternus meus mihi: corporeę natiuitatis eius indicat sacramentum. Videtur enim quodammodo alligamentum esse & uinculum quoddam animæ corpus: quod alligamentum, gutta in Christo diuinæ uirtutis ac suauitatis astringitur. Si autem ad unamquamq; animam quæ dicta sunt referuntur, alligatura guttæ, dogmatum continentiæ constrictio, ac diuinarum sententiarum nodositas intelligitur. Innexæ enim sibiq; nuicem sunt fidei rationes, & uinculis ueritatis astrictæ. Denicq; & lex mundum dicit esse omne uas quod alligatum est: immundum uerò, quod solutum fuerit, & nõ ligatum. Cuius rei hæc figura erat, quod Christus in quo nunquam fuit ulla immundicia peccati, alligamentũ guttæ dicitur. Et ideo anima non debet contingere aliquid dissolutum, & quod non sit ratione subnixum, & dogmatum ueritate constrictum, ne immunda fiat. Qui enim immundum contigerit, immundus erit secundum legem. Continget namq; eum sensus irrationabilis, & alienus à sapiẽtia dei, & faciet eum immundum. Vide autem si fortè filium dei in carne guttam dictum, & quasi breue aliquid & exiguum nominatum possumus accipere, sicut & Daniel de eo dicit: Lapidem paruum de monte excisum sine manibus, & factum post hæc montem magnum. Vel sicut in libello duodecim prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur, quæ congreget populum. Est ergo & in prophetis ita scriptum. Et erit ex gutta populi huius cõgregatus Iacob. Decebat enim eum qui ueniebat cõgregare: non solũ Iacob, sed & omnes gentes, quæ sicut propheta dicit: Reputatæ sunt tanq; gutta ex situla, exinanientẽ se diuinitatis forma, effici ipsum ut guttã, & sic uenire ad congregandã guttam gentiũ, & guttã nihilominus reliquiarum Iacob. Sed & in quadragesimoquarto psalmo dicitur ad dilectũ, cui etiam ipse psalmus ascribitur: Myrrha & gutta & casia à uestimentis tuis. A uestimentis ergo uerbi dei, quæ est doctrina sapientiæ, procedit myrrha mortis duntaxat indicium pro humano genere susceptæ. Gutta, ut suprà diximus, exinanita diuinitatis forma, seruilis formæ susceptæ dignatio. Casia quoq; quoniã id genus herbæ aquis indesinentibus nutriri dicit & coalescere, redemptionẽ humani generis per aquas baptismi indicat data. Sic ergo alligaturam guttæ fraternũ suum sponsa tanq; nuptiali dramate loquens, inter mediũ uberum suorum cõmorantem dicit. Vbera, ut superius iam diximus, principale cordis aduerte: in quo ecclesia Christum, uel anima uerbum dei, desiderij sui uinculis alligatum tenet & astrictum. Si quis enim uerbum dei toto affectu in corde suo, & toto amore constringit, ipse solus poterit odorem fragrantiæ eius & suauitatis accipere. Botrus cyperi fraternus meus mihi in uineis Engaddi. Quantum ad literæ ipsius explanationem, habet aliquid ambiguum, quod ait: Botrus cyperi fratruelis mihi: quia & uua florens cyperus appellatur, & species quædam extrinsecus uirgulti est, quæ cyperus dicitur: ferens etiam ipsa floridum quendam fructũ, in modum florentis uuæ prolatum. Sed uidetur magis ad fructum uitis respicere sermo, quandoquidem uinearum Engaddi facta est memoria. Engaddum autem ager terræ Iudæ est: non tantũ uineis, quantum balsamis florens. Hic ergo erit historicus sensus sponsæ loquentis ad adolescentulas, ut intelligatur dicens: Primo quidem nardus mea odorem mihi sponsi mei reddit. Secũdo uerò alligamentum guttæ effectus est fraternus meus mihi, demorans inter media ubera mea. Tertio botrus cyperi ex uineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus & floribus suauitatis: quo scilicet audientes hæc adolescentulæ, magis ac magis ad charitatem sponsi concitentẽ, & amorem. Idcirco autem singulatim & per ordinem, primo nardum suam, deinde guttam, post hæc etiam botrum cyperi nominat: ut per eos gradus, quosdam profectus doceat charitatis. Sed uideamus iam quid spiritualis habeat intellectus. Siquidem hic qui appellatur botrus, ad fructum uitis referendus est, uerbum dei accipimus, sicut sapientiam & uirtutem & thesaurum scientiæ, aliaq; multa, ita & uitem ueram dici. Sicut ergo his quibus efficitur sapientia & scientia, non ad subitum, sed per profectus quosdã & gradus, pro studijs & intentione ac fide eorum, qui ei uel in sapiẽtia, uel in scientia, uel in uirtute participantur, sapientes eos & scientes reddit uigentesq; uirtutibus: ita & in quibus uitis uera efficitur, nõ eis ad summum maturos botros producit & dulces: nec repente eis efficitur uinum suaue & lætificans cor hominis, sed primo producit eis suauitatem tantummodo odoris in florem. Botrus hic florens esse memoratur in uineis Engaddi, ut gratia fragrantiæ ipsius immittatur in initijs animæ, ut post hæc pati possit acerbitatẽ tribulationũ & tentationũ, quæ propter uerbũ dei credentibus excitãtur: & ita demũ maturitatis eius dulcedinẽ præbet, usq; dum perducat eos ad torcularia, ubi effunditur sanguis uuæ, sanguis noui testamenti, qui bibatur in die festo in superioribus, ubi stratum magnum paratum est. Sic ergo per singulos hos profectus graduum incedere oportet eos, qui per sacramentum uitis & botrum cyperi initiati, ad perfectionẽ feruntur, & calicem noui testamenti ab Iesu susceptũ habere contendunt. Quod si cyperus sui generis arbor accipiendus est: cuius fructus etiam flos, non tantum odoris suauitatem

tem, quantum & uim calefaciẽdi ac fouẽdi dicitur possidere: illa sine dubio accipitur sponsi uirtus, qua incalescunt animæ erga fidem eius & charitatẽ quæ contingebat eos qui dicebãt: Nonne cor nostrum erat ardẽs intra nos, cum adaperiret nobis scripturas? Vel certe quoniã de uineis Engaddi botrus hic florẽs nominatur esse: Engaddi autem interpretatur oculus tentationis meæ: si quis est qui intellectum habere potest, quomodo tentatio est uita hominis super terram, & intelligit quomodo quis in deo eripitur à tentatione, & qui agnoscit qualitatem tentationis suæ, ita ut possit de ipso dici: quia in his omnibus non peccauerit labijs suis corã deo: huic botrus cyperi de uineis Engaddi efficitur uerbũ dei. Obseruandum tamen est quod uerba sponsæ ita referuntur, ut & nardus & alligamentum guttæ, & botrus cyperi ipsi soli sint, utpote quæ in hos iam profectus ascenderit. Sola enim perfecta anima est, quæ ita habet purum & purgatum odoramentum sui sensus, ut possit nardi & guttæ & cyperi ex uerbo dei procedentis fragrantiam capere & gratiam diuini odoris haurire.

HOMILIA TERTIA

ECce es speciosa proxima mea, ecce es speciosa, oculi tui columbarum. Secundo iam sponsus cum sponsa in uerbo colloquioq; miscetur. Et primo quidem sermone inuitauit eam ad hoc, ut cognosceret semetipsam, dicens ei quod bona quidem esset inter mulieres, sed nisi cognosceret semetipsam, certa quæq; pateretur: & quasi quæ uelociter ad agnitionem sui sensu intellectuq; cucurrerit, comparat eam equis suis uel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis. Simul & genas eius pro insigni uerecundia & conuersationis pernicitate, turturibus comparat: ceruicemq; eius, ornamentorum rediculis. Nunc autem iam speciosam profitetur eam, & speciosam non sic ut prius in mulieribus tantum, sed quasi proximam sibi, & adhuc in maiorem titulum laudis extollit & affirmat: quia non tantum cum proxima est ei speciosa sit, sed & si contingat ei absentem esse, etiam sic speciosa sit. Hoc enim indicatur in eo, quod cum dixisset: Ecce es speciosa proxima mea: addit post hæc absolute & sine ulla adiunctione: ecce es speciosa. Sed in superioribus non laudauerat uisum eius, credo quia nondum ad intuitum profecerat spiritualis intelligentiæ, nunc ergo ait: Oculi tui columbarum. Grandis in hoc profectus eius ostenditur, ut quæ prius tantum speciosa in mulieribus dicta est, nunc ut proxima speciosa dicatur, ex ipso sine dubio sponso splendorem decoris accipiens, ut semel ab ipso sumpta pulchri
B tudine, etiam si accidat ei paululum sponsi absentiam pati, nihilominus pulchra permaneat. Quod autem oculi eius comparantur columbis, ob hoc profecto contingit: quia diuinas scripturas, non iam secundum literam, sed secundum spiritum intelligat, & aspiciat in eis spiritualia mysteria. Columba enim indicium est spiritus sancti. Spirituali ergo sensu intelligere legem & prophetas, hoc est oculos columbæ habere. Et quidem columbæ oculi eius appellantur. In psalmis uero huiusmodi animæ pennas sibi dari columbæ desiderat, ut uolare possit in intellectum spiritualium mysteriorũ, & requiescere in atrijs sapientiæ. Sed & si dormire quis possit, hoc est collocari, & requiescere in medio sortium, atq; intellige re sortium rationem, & cognoscere diuini iudicij causas: non solum pennæ columbæ, quibus in spiritualibus intellectibus uolet, promittuntur ei, sed deargentatæ pennæ, id est, uerbi & rationis ornamento decoratæ. Scapulæ quoq; eius in specie auri fieri dicuntur, ubi constantia fidei, & dogmatum stabilitas indicatur perfectorum. Ergo si caput esse Christus dicitur, nihil puto absurdum uideri, si & oculi eorum qui secundã interiorem hominẽ spiritualiter intelligunt et spiritualiter dijudicant, spiritus sanctus esse dicantur. Et ob hoc fortassis in lege sicut agnus positus est, per cuius hostiã populus purificaretur in pascha, ita & columbæ positæ sunt quibus purificat homo, ingressus hunc mundũ. Sed & de eo nũc dicere, & hostiarũ qualitates discutere, longior uidetur excessus, & proposito operi minime conueniens. Hæc autem memorasse sufficiat, pro eo quod præsens sermo continet: Oculi tui columbæ: quasi diceret, oculi tui spirituales sunt: spiritualiter uidentes, spiritualiter intelligentes. Potest adhuc profundiore fortassis sacramento quod dixit: Ecce es speciosa proxima mea, intelligi de præsenti seculo dictum: quia speciosa quidem sit & hic ecclesia cum proxima est Christo, & cum imitatur Christũ. Quod uero iterauit & dixit: ecce es speciosa, potest ad futurum seculum pertinere: ubi iam non solum imitatione, sed ipsa sui perfectione formosa est & speciosa: & ibi dicat esse oculos eius columbas, ut duorum oculorum columbæ duæ intelligantur esse filius dei & spiritus sanctus. Et ne mireris, si columba simul dicatur, cum uterq; similiter aduocatus dicatur, sicut Ioannes euangelista declarat, spiritum quidem sanctum dicens paracletum, quod est aduocatus. Et de Iesu Christo nihilominus in epistola sua dicit: Quia ipse sit aduocatus apud patrẽ pro peccatis nostris. Sed & apud Zachariam prophetã duæ oliuæ, ad dexteram & ad sinistram candelabri positæ, unigenitum nihilominus & spiritum sanctum designare creduntur. Ecce es bonus fraternus meus, & quidem ecce es speciosus, cubile nostrum umbrosum. Nunc primum uidetur attentius inspexisse sponsi sui pulchritudinem sponsa, & considerasse illis oculis, qui columbæ esse dicti sunt, decus & speciem uerbi dei. Quia reuera non potest prius perspici, nec agnosci quanta sit in uerbo magnificentia, nisi prius oculos quasi columbæ, id est, intelligentiam spiritualem accipiat. Commune autem cubile sibi quod dicit esse cum sponso, corpus hoc mihi uidetur indicari animæ: in quo adhuc posita, digna habita sit ascisci ad consortium uerbi dei. Idq; umbrosum, utpote non aridum, sed fructuosum memorat, & tanquam densitate boni operis nemorosum. Sed hæc sponsa dicit

anima

anima duntaxat quæ columbæ iam oculos habet. Hi uero qui tantummodo credunt sponso, non tamẽ A
perspicere potuerunt in uerbo dei, quanta sit pulchritudo dicunt: Et uidimus eum, & non habebat spe
ciem neq; decorem: sed species eius indecora & deficiens præ filijs hominum. Quæ autem bene profe
cit, & supergressa est adolescentularum, & octoginta concubinarum, & sexaginta reginarum ordinem
ista anima potest dicere: Ecce es decorus fraternus meus, & quidem speciosus. Sed & si adhuc in cor-
pore positus intelligam densitatem spiritualium sensuum, & intelligentiam scripturarum diuinarum
tam crebra opacitate contextam, ut rapidior æstus qui multos solet adurere, & arefacere fructus eorũ,
me tamen tenebrare non possit, nec ulla uis tentationum fidei in me germen arefacere: tunc possum di
cere, quia cubile nostrum umbrosum. Quod autem dicit cubile nostrum, quasi communem sibi cum
sponso corporis sui indicans esse locum, ad illam similitudinem dictum intellige, qua & Paulus dixit:
Quia corpora nostra membra Christi sunt. Cum enim dicit corpora nostra, quasi sponsæ id esse corpus
ostendit. Cum uero membra Christi memorat, eadem corpora etiam sponsi esse corpus indicat. Hæc er
go corpora si umbrosa sunt, ut superius diximus, bonis duntaxat operibus referta, & spiritualium sen-
suum densitate cumulata, de his talibus dici potest: Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Iu
stum enim tentationis sol non adurit requiescentem sub umbra uerbi dei. Iste enim sol qui adurit iustũ,
non est damnabilis, sed ille magis qui se transfigurat in angelum lucis. Bonus ergo & decorus dicitur
fraternus, & quanto magis inspici potuerit oculis spiritualibus, tanto speciosior inuenitur et pulchrior:
quia non solum illius species & pulchritudo mirabilis apparebit: uerum & inspicienti atque intuenti
eum, decus ingens & species formæ noua ac mirabilis orietur, secundum illud quod Apostolus uerbi
dei intuens pulchritudinem dicit: Nam & si qui foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est re-
nouatur de die in diem. Merito ergo talis hęc anima commune habet cubile cum uerbo, corpus suum.
Peruenit enim diuina uirtus usque ad corporis gratiam, cum in eo uel castitatis donum uel continen-
tiæ, aliorumq; bonorum operum collocat gratiam. Considera sane, ne forte possit etiam illud corpus
quod assumpsit Iesus, commune ei cum sponsa cubile nominari: quoniam quidem uidetur per ipsum
ecclesia Christo esse sociata, & participium uerbi dei capere potuisse, secundum quod mediator dei &
hominum dicitur, & secundum quod Apostolus dicit: Quoniam in ipso habemus accessum per fidem
in spe gloriæ dei. Tigna domorum nostrarum cedri, trabes nostræ cypressi. Videtur ab sponso respon-
deri ad gratiam eorum quæ dicta fuerunt prius ab sponsa: quibus edoceat eam cuiusmodi sint tecta ista
communia, & qualis in eis materia contignationis habeatur. Hæc habet historica narratio. Videtur au B
tem ecclesia describi à Christo, quæ est domus spiritualis & domus dei: sicut docet Paulus, dicẽs: Si au-
tem tardius uenero, ut scias quomodo te oporteat in domo dei conuersari quæ est ecclesia dei uiui, co-
lumna & firmamentum ueritatis. Si ergo ecclesia domus dei est, quia omnia quæ habet pater, filij sunt,
ecclesia domus filij dei est. Frequenter autem & plurali numero appellantur ecclesiæ, ut ubi ait: Nos ta
lem consuetudinem non habemus, neq; ecclesiæ dei. Et iterum scribit ecclesijs Galatiæ Paulus. Et Ioan
nes septem ecclesijs. Sunt ergo siue ecclesia uel ecclesiæ, domus sponsi & sponsæ, siue animæ uerbi do-
mus, in quibus tigna sunt cedrina. Legimus etiam quasdam cedros dei, super quas uinea quæ translata
est de Ægypto, extendisse dicitur traduces siue arbusta sua, sicut ait in psalmis: Operuit montes umbra
eius, & arbusta eius cedros dei. Euidenter igitur per hæc ecclesia cedri dei nominatur. Cum ergo dicit
sponsa, Tigna domorum nostrarum cedri: intelligere debemus cedros dei esse eos qui ecclesiam con-
tegunt, & esse aliquos horum ualidiores, qui trabes appellantur. Et puto quod conuenienter hi qui e-
piscopatum bene ministrant in ecclesia, trabes dici possunt: quibus sustentatur & tegitur omne ædifi-
cium, uel ab imbrium labe, uel ab ardoribus solis. Secundo autem horum loco, tigna presbyteros opi-
nor appellari, & trabes quidem dici cypressos, quibus & fortitudo robustior, & odor suauitatis inest:
per quod & in operibus solidum, & in doctrinæ gratia fragrantem designat episcopum. Similiter au-
tem & tigna cedros appellauit, ut per hoc incorruptionis uirtutis & odoris scientiæ Christi plenos de-
signaret debere esse presbyteros. Ego flos campi, et lilium conuallium: sicut lilium in medio spinarum,
ita proxima mea in medio filiarũ. Hæc ille qui sponsus & uerbum & sapientia est de semetipso, & de
sponsa ad amicos ac sodales suos loqui uidetur. Sed secundum propositę expositionis ordinẽ Christus
hæc de ecclesia loqui intelligẽdus est, & ipse dicere se florẽ esse campi & liliũ conuallium. Campus plani
cies terrę dicitur, cui cultura adhibetur & excolitur ab agricolis. Conualles uero saxosa magis & incul
ta indicant loca. Possumus autem & campum illum intelligere populum, qui per prophetas colebatur
& legem: conuallem uero saxosum & incultum gentium locum. Sponsus ergo hic in Iudæorum popu
lo flos fuit. Sed quoniam neminem ad perfectum adduxit lex, idcirco in illo non potuit uerbum dei ad
florem proficere, & ad perfectionem fructuum peruenire. In ista tamen conualle gentium effectus est
lilium. Cuiusmodi autem lilium? Tale sine dubio, quale & ipse in euangelijs dicit, quod pater cœlestis
uestit. Et, neq; Salomon in omni gloria sua indutus est, sicut unum ex istis. Fit ergo lilium in hac conual
le sponsus, in eo quod uestiuit eum pater cœlestis tali uestimento carnis, quale nec Salomon in omni
gloria sua habere potuit. Non enim Salomon habuit absq; concupiscentia uiri & cõcubitu mulieris, im
maculatam, & nulli prorsus peccato obnoxiam carnem. Sed & causam cur is qui in campo flos fuerat,
uoluerit esse in conuallibus lilium, uidetur ostendere. Cum enim multo tempore flos fuisset in campo,
nullum dicit ex ipso campo florem ad imitationem sui ac similitudinem processisse. Vbi uero factus est
in con-

A in conuallibus lilium, continuò etiam efficitur proxima eius imitatione ipsius lilium: ut operæprecium
fuerit, quoniam ipse effectus est liliũ, ut etiam proxima sua, id est, unaquæq; anima quæ ei approximat,
& exemplum eius imitationemq; sectatur, lilium fiat. Quod ergo ait: Sicut lilium in medio spinarũ, ita
proxima mea in medio filiarum: accipiemus ecclesiam gentium dici, quod uel è medio infidelium et non
credentium, quasi ex spinis emerserit, uel pro hæreticorũ circunstrepentium se morsibus, in medio spi-
narum posita dicatur. Quod & magis uidebitur uerisimile, pro eo quod dicit, ita proxima mea in me-
dio filiarũ. Non enim filias appellasset illas animas, quę nunquam omnino uenerunt ad credendũ. Om
nes ergo hæretici primo ad credulitatem ueniunt, & post hæc ab itinere fidei & dogmatũ ueritate de-
clinant. Sicut & Ioannes apostolus in epistola sua dicit: Quia à nobis exierunt, sed non erant ex nobis.
Nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Possumus autem & ad unamquamq; animã id
referentes, huic quidem animæ quæ pro simplicitate sui & planitie uel æquitate campus dici potest, flo
rem fieri uerbum dei & initia bonorum operum docere. His uero qui profundiora iam quærunt, & de
mersiora scrutantur, quasi in conuallibus, uel pro claritate pudicitiæ, uel pro fulgore sapientiæ efficitur
lilium, ut & ipsi fiant lilia erumpentia de medio spinarum: id est, fugientes cogitationes et solicitudines
seculares, quæ spinis in euãgelio comparatæ sunt. Sicut arbor mali inter ligna syluæ, ita fraternus meus
inter medium filiorum. In umbra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Decuit
quidem sponsum & de semetipso dicere, quid esset in campo, quid etiam in conuallibus, & de sponsa
quæ esset, uel qualis inter cæteras filias haberetur. Sponsam uero ad hæc respondentem non conuenie
bat de semetipsa aliquid dicere, sed affici totam erga admirationem sponsi, & ipsius laudibus inhærere.
Comparat ergò eũ arbori mali. Sed ne ex similitudine sermonis simpliciores aliqui arborem mali, ma-
lam arborem putent, & à malicia dictam, dicamus nos arborem meli, Græco quidem nomine utentes:
sed simplicioribus quibusq; Latinorũ plus notiore ẽ mali. Melius est enim ut Grammaticos offenda-
mus, quàm legentibus scrupulũ aliquem in ueritatis explanatione ponamus. Comparat igitur eũ arbo
ri meli, sodales uero eius reliquis arboribus syluæ. Sed sponsum ita arbori huic meli similem dicit: ut e-
tiam concupisse se dicat sub umbra eius sedere, fructũq; eius dulcem sibi effectũ in faucibus asseueret:
Et hæc ad adolescentulas loqui uidet: sicut & sponsus locutus est prius ad sodales suos. Sed nũc uidea-
mus secundum mysterium, quos dicat sponsa filios, inter quos tanquam arborem meli præcellere reli-
qua syluæ ligna asserat sponsum: & uide si possimus secundũ ea quæ in superioribus de filiabus & spi-
B nis dupliciter exposuimus: ita hic etiam filios, uel eos qui aliquando fuerunt & non sunt, uel multitudi
nem cœlestium ministrorũ dictos esse intelligere. Ad omnes enim in initio pertinet illud quod scriptũ
est: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Sed differentia intercessit per hoc quod ait: Vos autẽ ut ho
mines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Sed & illud in hoc respicit: quoniam quis in nu
bibus æquabitur domino, aut quis assimilabitur ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua
ligna syluæ, sic est sponsus inter reliquos filios, habens fructũ, qui non solũ sapore omnes, sed & odore
præcellat, & duos animæ sensus, id est, gustum & odoratũ reficiat. Diuersis namq; copijs mensam suam
nobis præparat sapientia: in qua non solũ panem uitæ apponit, sed immolat carnes uerbi, & non solum
miscet in cratere suo uinũ, sed & mela odorata satis adhiber, & dulcia quæ non tantũ in ore & labijs sua
uitatem reddant, sed & interioribus tradita faucibus dulcedinẽm seruent. Possumus autem ligna syluę
accipere eos angelos, qui uniuscuiusq; hæreseos autores fautoresq; uisi sunt extitisse: ita ut uideatur ec-
clesia comparans suauitatem doctrinæ Christi, ad asperitatem hæreticorũ dogmatum ac sterilem infru
ctuosamq; doctrinam dicere, meli quidem suauia & dulcia, esse dogmata ecclesiastica quę in Christi ec
clesia prædicantur. Ligna uero syluæ esse ea quæ à diuersis hæreticis affirmantur. Et de istis uidebit in-
fructuosis lignis syluæ dici, quod in euangelio scriptum est. Ecce iam securis ad radicem arboris posita
est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Fraternus ergo spon
se est, ut arbor meli in ecclesia sponsi: cæteri uero hæresiarchæ tanquam infructuosa ligna syluę, diuino
iudicio ut securi excidendi & in ignem mittendi. Igitur in huius meli umbra concupiscit sponsa resi-
de: uel ecclesia (ut diximus) in protectione filij dei: uel anima refugiens omnes reliquas doctrinas, et ad
hærens uni soli uerbo dei: cuius etiã dulcem habeat in faucibus fructũ, meditando scilicet indesinenter
legem dei, et semper eam uelut mundũ animal ruminando. Verũ de appellatione umbrę istius, sub quà
sedere concupisse se dicit ecclesia: non puto absurdũ, si ea quæ inuenire possimus in scripturis diuinis,
proferamus in mediũ: ut quæ sit umbra meli huius, dignius & diuinius agnoscatur. Ait Hieremias in la
mentationibus: Spiritus uultus nostri Christus dominus comprehensus est in corruptionibus nostris,
cui diximus, in umbra eius uiuemus in gentibus. Vides ergo quomodo spiritu sancto permotus pro-
pheta, uitam de umbra Christi præberi gentibus dicit. Et quomodo non uitam nobis præbeat eius um
bra, cum & in conceptu corporis illius ad Mariam dicatur: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus al-
tissimi obumbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit altissimi in cõceptu corporis eius, merito umbra eius
uitam gentibus dabit. Et merito sponsa eius ecclesia sub meli umbra sedere concupiscit, sine dubio ut
uitæ quæ est in eius umbra, particeps fiat. Reliquorum uero lignorum syluæ umbra talis est: ut qui se-
derit sub ipsa, sedere uideatur in regione umbræ mortis. Sed adhuc ut magis ac magis planior redda-
tur locus, qui habetur in manibus: requiramus quomodo apostolus dicat, legem umbram habere fu-

Universidad de Navarra Biblioteca

rorum bonorum,& omnia quæ uel de diebus festis uel sabbatis uel neomenijs scripta sunt, umbram esse memoret futurorum bonorum,in his scilicet quæ secundum literam gerebantur,& quomodo omnem ueterum culturam,exemplar & umbram pronunciet esse cœlestium. Quod utique si ita est, ostendunt sub umbra legis sedisse omnes quicunq; sub lege erant, & umbram magis ueræ legis habebāt. Nos autem alieni sumus ab umbra eorum: quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia. Sed quamuis non simus sub umbra illa quam legis litera faciebat, sumus tamen sub umbra meliore. In umbra enim Christi uiuimus inter gentes. Et est profectus quidam de umbra legis uenire ad umbram Christi: ut quia Christus est uita & ueritas & uia; efficiamur primo in umbra uitæ,& in umbra uiæ, & in umbra ueritatis: ut comprehendamus ex parte & in speculo ac in ænigmate: ut post hæc sic incedamus per hanc uiam quæ est Christus, quo peruenire possimus in hoc, ut facie ad faciem comprehendamus ea quæ prius quasi in umbra & in ænigmate uideramus. Non enim quis poterit ad illa quæ uera sunt & perfecta peruenire, nisi prius desiderauerit & concupierit in hac umbra residere. Sed & Iob omnē hominum uitam dicit esse umbram super terram, credo pro eo quod anima in hac uita uelamento huius crassi corporis obumbratur. Omnes ergo qui in hac uita sunt, necesse est in umbra quadā esse. Sed alij quidem sunt sedentes in regione umbræ mortis, hi profecto qui non credunt Christo. Ecclesia uero cū fiducia dicit: In umbra sponsi concupiui & sedi: quamuis certe fuerit tempus, quo potuerit quis sub umbra legis residens defendi à duritia ardoris & æstus. Sed transijt illud tempus. Veniendum est nunc ad arboris meliæ umbram,& quamuis diuersa quis utatur umbra, uidetur tamen omnis anima donec in præsenti uita est umbram habere necessariam: propter illum credo ardorem solis, qui cum exortus fuerit, continuo semen quod non alta radice demersum est, arescit & deperit. Sed hunc ardorem tenuiter quidem legis umbra propellit. Christi uero umbra, in qua nunc in gentibus uiuimus, id est, incarnationis eius fides, auertet penitus & extinguet. Ille enim qui adurebat ambulantes sub umbra legis, tempore passionis Christi, sicut fulgur uisus est cecidisse de cœlo, quamuis etiam huius umbræ tempus in fine seculi compleatur: quia (sicut diximus) post consummationem seculi, iam non per speculum nec in ænigmate, sed facie ad faciem uidebimus ueritatem. Simile esse puto & illud, quod scriptum est: Sub umbra alarum tuarum exultabo. Sed & in sequentibus huius libelli ita dicit sponsa: Fraternus meus mihi, & ego illi ipsi qui pascit inter lilia, donec respiret dies & amoueantur umbræ: edocens per hoc, quia ueniet tempus, cum omnes umbræ remouebuntur, & per misericordiam dei parebit ueritas sola. Sed & quod ait: Et fructus eius dulcis in faucibus meis: illius animam hoc credo dicere, quæ nihil emortuum, nihil insensibile habet in faucibus suis, & in nullo prorsus similis est illis, de quibus dicitur: Sepulchrū patens est guttur eorum. Quicunq; enim uerba mortis & interitus de faucibus proferunt, ipsorum fauces sepulchra dicuntur: sicut sunt omnes qui uel contra ueram fidem loquuntur, uel cōtra disciplinam castitatis & iusticiæ & sobrietatis aliquid proferunt. Ipsi ergo sunt, quorum fauces sepulchra sunt & loca mortis, unde mortis uerba proferuntur, Iustus autem dicit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et alius qui uerba uitæ docebat, ita dicit: Os nostrum patet ad uos ô Corinthij: cor nostrum dilatatum est. Sed & alius qui uerbo dei aperuit os suum, inquit. Os meum aperui & attraxi spiritum. Introducite me in domum uini. Spōsæ uerba adhuc sunt, sed ad amicos et familiares sponsi (ut arbitror) dirigūtur, à quibus uidetur exposcere ut introducant eam in domum læticiæ, ubi uinum bibitur, & epulæ parantur. Quæ enim iam uiderat cubiculum regium, desiderat etiam nunc regale introire conuiuium, & frui uino læticiæ. Supra iam diximus amicos sponsi prophetas, & omnes qui ministrauerūt uerbum dei ab initio seculi intelligendos, ad quos recte uel ecclesia Christi, uel anima uerbo dei adhærens dicat, ut se introducant in domum uini: id est, ubi sapientia miscuit in cratere uinum suum, & deprecatur per seruos suos, omnem insipientem & egentem sensu, dicens: Venite, manducate panes meos, & bibite uinum quod miscui uobis. Ista est domus uini domusq; conuiuij, in quo conuiuio omnes qui ueniunt ab oriente & occidente, recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno dei. Ad quam domum & ad quod conuiuium, prophetæ perducunt animas quæ tamen eos audiunt & intelligunt. Sed & sancti angeli cœlestesq; uirtutes quæ in ministerio mittuntur, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Istud est uinum cui scribuntur isti psalmi, qui pro torcularibus attitulantur. Istud est uinum ex illa uite uindemiatum, quæ dicit: Ego sum uitis uera: quod expressit pater cœlestis agricola. Istud est uinum quod attulerunt illi palmites, qui in Iesu permanserunt: non solum in terris, sed etiam in cœlis. Sic enim audio illud quod dicitur: Quia omnis palmes qui non manet in me, non potest afferre fructum. Nemo enim producit fructum uini huius, nisi qui permanet in uerbo & sapiētia & ueritate & iusticia & pace, omnibusq; uirtutibus. Istud est uinum, quo etiam inebriari iustis & sanctis quibusq; optabile ducitur. Hæc puto & in spiritu iam tunc Noe contuens, inebriatus esse dicitur. Et Dauid admiratus huius conuiuij calicem dicit: Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. Ad hanc ergo domum uini, ecclesia uel anima unaquæq; desiderat, quæ perfectæ sunt, intrare, & dogmatibus sapientiæ mysterijsq; scientiæ, epularum uelut suauitate & uini lætitia perfrui. Sciendum sane est, quia sicut est istud uinum quod de dogmatibus ueritatis pressum cōmiscetur in cratere sapientiæ: ita est contrarium uinum cum iniquè inebriantur peccatores, & hi qui falsæ scientiæ dogmata pernicioſa suscipiunt. De quibus Salomon in Prouerbijs dicit: Hi autem edunt cibos impietatis, uino autem iniquo inebriātur. De hoc eodem uino

iniquo

iniquo etiam in Deuteronomio legimus ita scriptum: Ex uineis Sodomorum uitis eorum, & palmes eorum ex Gomorrha. Vua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis eis. Furor draconū uinum eorum, & furor eorum aspidum insanabilis. Illud autem uinum quod de uite uera procedit, nouum semper est, semper enim per profectus discentium, scientiæ & sapientiæ diuinæ innouatur agnitio. Et ideo dicebat Iesus discipulis suis: Quia nouum bibam illud uobiscum in regno patris mei. Innouatur enim semper agnitio secretorum arcanorumq; reuelatio per sapientiam dei: non solum hominibus, sed & angelis cœlestibusq; uirtutibus. Ordinate in me charitatē: Eiusdem sponsæ ad eosdem uerba sunt, nisi quod possunt fortasse etiam apostoli Christi inter eos haberi, ad quos ista memorantur. Quod ergo ait: ordinate in me charitatem, hunc habet sensum: Omnes homines amant sine dubio aliquid, et nullus est qui ad id ætatis uenerit, ut amare iam possit, & non aliquid amet: sicut etiam in præfatione huius operis sufficienter ostendimus. Sed hic amor uel hæc charitas in nonnullis quidem suo ordine & conuenienter aptata procedit, in plurimis uero cōtra ordinem. Dicitur autem contra ordinem esse in aliquo charitas cum aut id dilígit quod non debet, aut quod debet dilígit, sed plus iusto dilígit, aut minus iusto. In istis ergo inordinata esse charitas dicitur: in illis uero (quos ualde paucos arbitror esse) qui scilicet per uiā uitæ incedunt, & non declinant neq; ad dexteram neq; ad sinistram: in ipsis solis ordinata est charitas, & ordinem suum tenet. Est autem ordo eius & mensura huiusmodi. Verbi gratia: Deū diligere nullus modus, nulla mensura est, nisi hæc sola, ut ei totum exhibeas quantum habes. In Christo enim Iesu diligendus est deus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis uiribus: in hoc ergo nulla mensura est. Diligere uero proximum, est mensura aliqua. Proximum, inquit, tuum dilige sicut teipsum. Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris quàm potes, & quàm in uiribus tuis est: aut inter te & proximum tuum non seruaueris æquitatem, sed aliquid differentiæ habueris: non est in te charitas ordinata, nec ordinem suum tenens. Verum quoniam nobis sermo de ordine charitatis est, diligētius per singula requiramus, uel quos diligi, uel quātum diligi oporteat. Nam si (ut dicit apostolus) membra alterutrum sumus, puto quod hūc affectum erga proximos habere debeamus: ut eos nō quasi aliena corpora, sed ueluti membra nostra diligamus. Secundum hoc ergo, quod membra nostra inuicem sumus, æqualem erga omnes habere dilectionem similemq; conueniet. Secundū hoc uero quod sunt in corpore aliqua membra honorabiliora & honestiora, alia uero inhonestiora & inferiora: puto quod rursum pro membrorū meritis & honore etiam dilectionis librari debeat modus. Si quis ergo rationabiliter cuncta agere secundum uerbum dei, ac suos etiam affectus temperare proponit: puto quod erga hęc singula ordinem charitatis & scire debeat & tenere. Verum ut apertius fiat quod dicimus, paulo euidētioribus utamur indicijs. Si quis (uerbi gratia) laboret in uerbo dei, atq; animas nostras instruat & illuminet, uiam salutis doceat, uiuendiq; ordinem tradat: non tibi uidetur & hic proximus esse quidem, sed multo amplius alio proximo diligēdus, qui horum nihil egerit? Nam & si ille quidē diligendus est, pro eo quod membra unius corporis sumus, uniusq; substantiæ: sed hic multo amplius, qui cum ius proximi nobiscum habeat, quod & cæteri homines habēt: dat tamen hanc maiorem charitatis erga se causam, quod uiam dei ostendit, & animæ salutem, diuini uerbi illuminationibus confert. Quod si aliquis me errantem & in præcipitio positum muliebris peccati, ad lucem reuocet ueritatis, & de ipso iam interitu eripiat, ac retrahat ad salutem: atq; ex ipsis faucibus æternæ mortis eripiat: non tibi uidetur quod illa ipsa (si fieri potest) plenitudine charitatis, qua deum diligimus, diligēdus sit post deum? Et ne putes quod nos ita præsumamus, audi apostolū Paulum de his qui in uerbo dei laborant dicentem: ut superabundanter habeatis in charitate eos qui huiusmodi sunt propter opus ipsorum. Videamus & alium adhuc ordinem charitatis, eius duntaxat quæ erga proximos haberi iubetur. Si sit non habens quidem docēdi uel instruendi gratiam, neque uerbum domini prædicandi: sed tamen sanctæ uitæ uir, innocens, immaculatus, & qui in iustificationibus & mandatis dei ingrediatur sine querela: uidetur ne tibi talis hic uir in eodem charitatis ordine habendus, quo ille qui nihil horum agit: quandoquidem uterque proximus dicitur? Nónne & hic propter opus suum, & uitæ meritum (secundum apostoli dictum) similiter ut ille qui in uerbo dei laborat, superabundantius habendus est in charitate propter opus uitæ suę? Est adhuc alius ordo charitatis. Iubemur enim & inimicos nostros dilígere. Sed uideamus si etiam in ipsis unus solus modus erit dilectionis, an ibi habebit locum sermo iste qui dicit: Ordinate in me charitatem. Puto ergo quod in his sit ordo charitatis. Verbi gratia: Est aliquis mihi inimicus, in alijs tamen bene agens, pudicus, sobrius, mandata plurima dei ex parte custodiens, in aliquibus tamen errans ut homo. Est alius qui inimicus quidem sit & ipse nobis, tamen sit suæ uitæ atque animæ inimicus, paratus ad scelera, præceps ad flagitia: nihil sancti, nihil religiosi ducens: non tibi uidetur etiam inter ipsos inimicos quædam diuersitas habenda charitatis? Puto quidem quod ex his satis patuerit, esse uim quidem charitatis unam, multas tamen habere causas, & multos ordines diligendi, & propter hoc nunc dicere sponsam: Ordinate in me charitatem: hoc est, docete me diuersos ordines charitatis. Quod si adhuc addendum his aliquid uidetur, possumus & illud in medium adducere, quod ait apostolus: Viri dilígite uxores uestras, sicut corpora uestra, sicut Christus dilexit ecclesiam. Quid ergo? Debent quidem uiri uxores suas dilígere: alias uero mulieres non debent omnino dilígere in omni castitate & sanctitate? An non uidebuntur etiam ipsæ esse de proximis? Sed impendenda quidem est dilectio uel in coniugem, uel in matrem, uel in sororem: si tamen fideles sint, & deo adhæren-

res,& erga aliam mulierem nullam ſecundum quod ipſa proxima dicitur, eſt nobis impendenda dile- A
ctio. Quod ſi hoc abſurdum uidetur (debet autem ſecũdum mandati ordinem etiam erga eas caſta ha-
beri dilectio) prorſus inter ipſas perſonas fœminarum, quibus impẽdenda dilectio eſt, habendus pro-
fecto eſt ordo quidam in charitate conueniensq; diſtinctio. Et maiori quidem cum honorificentia ma
tri deferenda eſt dilectio. Sequenti uero gradu cum quadam nihilominus reuerentia etiam ſororibus.
Proprio uero quodam & ſequeſtrato ab his more, charitas coniugibus exhibenda. Poſt has uero per-
ſonas, pro meritis etiã & cauſis unicuiq; in omni (ut diximus) caſtitate deferẽda dilectio eſt. Secundum
hęc etiam de patre uel fratre atq; alijs propinquis obſeruabimus. Erga ſanctos uero qui nos in Chriſto
genuerũt: ſed & paſtores atq; epiſcopos uel qui uerbo dei præſunt presbyteri, aut qui bene miniſtrant
in eccleſia, uel qui in fide præcellunt cæteros, quomodo non pro uniuſcuiuſq; meritis, affectio penſabi
tur charitatis longe eminentior, quàm erga eos haberi poteſt, qui aut nihil horum aut non integre ege
runt? Sed & inter parentes fideles & infideles, & fratres fideles ac infideles ſororesq;, poteſt ne fieri ut
non erga hos ſingulos diuerſus ordo habeatur charitatis? Quas diuerſitates intuens ſponſa, & uidens
de his omnibus animæ ad perfectionem tendenti neceſſariam uideri ſcientiam earum rerum, ut uniuſ-
cuiuſq; loci et ordinis, menſuras poſſit tenere charitatis: dicit ad amicos ſponſi, eos uidelicet qui uerbũ
dei miniſtrant: Ordinate in me charitatem, hoc eſt, docete me & tradite mihi, quomodo per hæc ſingu
la ordinem ſeruare debeam charitatis. Omnes enim homines (ſicut iam diximus) ſecundum hoc quod
ſimiles nobis ſunt, ſimiliter diligẽdi ſunt, imò omnis rationabilis creatura à nobis, utpote rationabilibus
æqualiter diligenda eſt. Adijciendũ tamẽ in charitate eſt unicuiq; ad hoc quomodo eſt, et ad hoc quod
rationabilis eſt. Si (uerbi gratia) aut in moribus, aut in opere, aut in propoſito, aut in ſcientia, aut in ſtu-
dijs cæteros præcellit, & pro his ſingulis ſecundum ſuum cuiq; meritum, ad generalem dilectionẽ, ad-
dendum eſt etiam ſpecialis aliquid charitatis. Verũ ut maior de his habeatur autoritas, ab ipſo deo ca-
piamus exemplum. Ipſe enim amat omnia quæ ſunt æqualiter, ut nihil oderit eorum quæ fecit. Neq; e-
nim fecit aliquid quod odio haberet: non tamẽ ob hoc ſimiliter dilexit Ægyptios ut Hebræos, & Pha
raonem ut Moyſen & Aaron. Nec rurſus reliquos filios Iſrael ſimiliter dilexit, ut Moyſen, & Aaron &
Mariam: nec iterum Aaron & Mariam ſimiliter dilexit ut Moyſen: quamuis uerum ſit ut dicitur ad
eum: Parcis autem omnibus: quia omnia tua ſunt domine, amator animarũ: ſpiritus enim incorruptio-
nis eſt in omnibus, tamen ille qui menſura & numero & pondere diſpoſuit omnia ſecundũ menſuram,
ſine dubio uniuſcuiuſq; meritorum & dilectionis ſuæ temperat libram. Nunquid non putabimus quia B
nõ ſimiliter ab eo dilectus eſt Paulus, cum perſequeretur eccleſiam dei: ſicut diligebatur, dum ipſe pro
ea perſecutiones cruciatusq; tolerabat, & dicebat ſibi ineſſe ſolicitudinem omnium eccleſiarum? Mul
tum eſt nunc ut inter iſtos ordines charitatis etiam de affectu odij, qui uidetur huic charitatis affectui
contrarius, inferamus: quia etiam dominus dicit: Inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduerſarijs
tuis. Et iterum: Si peccatori tu aſſiſtis, & ei quem odit dominus amicus es. Quæ utique hanc habent ab
ſolutionem, quam & illud quod dictum eſt: Honora patrem tuum & matrem tua. Et iterum: Qui non
odit patrem, & reliqua: in quo profecto nimietas charitatis in deum, his qui aduerſantur contrarium ui
detur generare affectum, dum nulla poteſt eſſe conſonantia luci & tenebris, & Chriſto cum Belial, nec
eadem portio eſſe fideli cum infideli. His ergo ut potuimus de charitatis ordinibus expoſitis, patet ad
intelligendum, quid ſit quod poſcat ſponſa, id eſt, eccleſia, uel anima tendens ad perfectionem, præſtari
ſibi ab amicis ſponſi: quoniã introduci ſe popoſcerat in domũ uini, ubi ſine dubio intellexerat in omni
bus his quæ uiderat, eminere & præcellere gratiam charitatis, & ipſam didicerat maiorem omnium ſo
lamq; eſſe charitatem quæ nunquã cadet: ideo depoſcit ut ordinem eius diſcat: ne forte aliquid inor-
dinatum faciens, uulnus ab eo aliquod accipiat, ut in poſterioribus dicitur: Vulneratæ charitatis ego
ſum. Ea autem ſiue ad angelos dici accipiamus, à quibus ſe inſtrui poſtulat & muniri, nihil abſurdũ ui-
debitur: ſecundum hoc quod de populo dicitur: Lætamini gentes cum populo eius, & confortent eos
omnes angeli dei. Et ut in alijs dicitur: Circundat angelus domini in circuitu timentiũ eum, & eripiet
eos. Et item alibi: Nolite contemnere unum ex minimis iſtis, qui in eccleſia ſunt: quia angeli eorũ ſem-
per uident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Sed & in Apocalypſi Ioannis, angelo Thyatirenſi teſti-
monium dat filius dei pro charitate, quam ordinauit angelus ipſe in eccleſia ſibi cõmiſſa. Sic enim ſcri-
ptum eſt: Scio opera tua & charitatem tuam & fidem & miniſterium & patientiam, & opera tua no-
uiſſima maiora quam priora. Sed & ſi ad prophetas hæc referamus, qui miniſtrauerũt uerbum dei an-
te aduentum ſpõſi: ut per ipſorum doctrinam uideatur eccleſia uelle ordinem diſcere charitatis, id eſt,
propheticis inſtrui uoluminibus, nõ uidebitur abſurdum. Sed & omnes ſancti, qui de hac uita deceſſe
runt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis eo-
rum, & iuuare eos precibus ſuis atq; interuentu ſuo apud deum, non erit incõueniens. Scriptum nanq;
eſt in Machabæorum libris ita: Hic eſt Hieremias propheta dei, qui ſemper orat pro populo. Sed & ad
apoſtolos hęc dici (ut ſupra iam dixi) non uidebitur alienũ. Per hos enim omnis eccleſia dei, uel anima
quærens deum introducitur in domum uini: ut ſupra diximus, & aromatibus atq; odoribus repletur,
& componitur in melius, ſicut in poſterioribus legimus, & edocemur omnem ordinẽ rationemq; cha-
ritatis. Confirmate me in unguentis, ſtipate me in malis: quia uulneratæ charitatis ego ſum. In Græ-
co quidem habetur: Confirmate me in myrrhis: myrrhin genus quoddam arboris nominans, quod

Latini

A Latini putantes myra dictum, unguenta interpretati ſunt. Igitur ordo ſermonis huiuſmodi eſt. Poſtea-
quam ſponſa & uerba ex ore ipſius ſponſi audiuit, & cubiculum regis ingreſſa eſt, & domum uini lo-
cumq; conuiuij ac ſapientiæ: & in eo uictimas & craterem mixtum ſacramẽtis eius aſpexit: quaſi in ho-
rum omnium admiratione ſtupens & ſaucia, poſtulat ab ipſis nihilominus amicis & ſodalibus ſponſi,
ut confirmetur, & quaſi deficiens ſuſtentetur, incumbens paululum ſuper arborem μύῤῥαν, uel meliam.
amoris enim uulnere percuſſa, arborum ſolatia ſyluarumq; ſectatur. Hęc ſecundum literam. Sed ex his
ut exequi poſſimus intelligentiam ſpiritualem, indigemus illa gratia, quam conſequi à deo meruit ipſe
Salomon, qui omniũ quæ ſunt radicum & arborum & uirgultorum naturas didicit, ut ſciremus & nos
quæ uis, & quæ natura ſit arboris myrrhæ, quo competenter ex hac ſpiritualis aptari poſſit expoſitio.
Hoc eſt autem quod ſolum peruenire ad nos de huius arboris notitia potuit: quia odorem ſolum ha-
beat ſuauem, nullum tamen afferat fructum. Melia uero arbor, notum cunctis eſt, quod non ſolũ ferat
fructum, ſed & dulciſſimum & ſuauiſſimum ferat. Omnes igitur homines arbores dicuntur ſiue bonæ
ſiue malæ, & fructuoſæ ſiue infructuoſæ: ſicut & dominus in euangelio dicit: Aut facite arborẽ bonam,
& fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Et omnis arbor quę non fa
cit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in hominibus uidentur eſſe.
Quidam qui omnino nullum fructum afferunt, & ecce alij qui afferunt. Sed in his qui afferunt aut ma-
li ſunt fructus aut boni. Hic ergo ſponſa, id eſt, eccleſia Chriſti, confirmari ſe poſtulat, & reclinari qui-
dem ſuper unam arborem meliam, afferentem fructus bonos, & recte ac competenter. Super his enim
confirmatur & ſtipatur eccleſia, qui in bonis operibus fructificant & creſcunt. Quid autem eſt quod
in myrrhis, infructuoſis ſcilicet arboribus, cõfirmari uult odore ſolo gaudẽtibus. Ego puto quod iſtos
qui ſolo odore gaudent, & necdum fructus fidei afferunt, illos dicat quos Paulus ad Corinthios ſcri-
bens dicit: Qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtrum. Pro
eo ergo quod inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, habent in ſemetipſis odoris quãdam ex ipſa
inuocatione nominis ſuauitatem. Pro eo uero quod non cum omni fiducia & libertate accedunt ad fi
dem, nullos fidei afferunt fructus. In loco hoc poſſumus nos catechumenos eccleſiæ intelligere, ſuper
quos ex parte aliqua confirmantur eccleſiæ. Habent enim & in ipſis non parum fiduciæ, & ſpei pluri-
mum, quod & ipſi fiant aliquando arbores fructiferæ, & plantentur in paradiſo dei ab ipſo agricola pa
tre. Ipſe enim eſt qui plantat huiuſmodi arbores in eccleſia Chriſti, quæ eſt paradiſus deliciarum: ſicut
B & dominus dicit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Stipatur er-
go eccleſia, & inter melias & ſuper ipſas requieſcit. Quæ meliæ illæ putandæ ſunt animæ, quæ quoti-
die innouantur ad imaginem eius qui creauit eas. Quia enim per innouationem ſui, imaginem reparãt
filij dei, merito & ipſæ arbores meliæ appellantur: quia & ipſe ſpõſus earum in ſuperioribus dictus eſt,
ſicut arbor melia eſſe in lignis ſyluæ. Et ne mireris ſi idem ipſe & arbor uitæ & diuerſa alia dicatur, cum
idem & panis uerus, & uitis uera, & agnus dei & multa alia nominetur. Omnia namq; hęc uerbum dei
unicuiq; efficitur, prout menſura uel deſiderium participantis expoſcit: ſecundum quod & manna, qui
cum eſſet unus cibus, unicuiq; tamen deſiderij ſui reddebat ſaporem. Præbet ergo ſeipſum, non ſolum
eſurientibus panem, & ſitientibus uinum, ſed & deliciari uolentibus ſemetipſum, & fragrantia exhi-
bet poma. Propterea ergo & ſponſa uelut refecta iam & bene paſta, fulciri in melijs ſe poſcit, ſciens in
uerbo eſſe ſibi non ſolum omnem cibum, ſed & omnes delicias, & per eam maxime diſcurrit, dum ſe uul
neratam ſentit eſſe iaculis charitatis. Si quis uſquam eſt, qui fideli hoc amore uerbi dei arſit aliquan-
do: ſi quis eſt (ut propheta dicit) qui electi iaculi eius dulce uulnus plagamq; acceperit: ſi quis eſt qui ſci-
entiæ eius amabili confixus eſt telo, ita ut diurnis eum deſiderijs nocturniſq; ſuſpiret, aliud quid lo-
qui non poſſit, audire aliud nolit, cogitare aliud neſciat: deſiderare præter ipſum, aut cupere aliud uel
ſperare non libeat, iſta anima merito dicit: Vulneratæ charitatis ego ſum, & ab illo uulnus accepi: de
quo dicit Eſaias: Et poſuit me ſicut iaculum electum, & in pharetra ſua abſcondit me. Tali uulnere de-
cet deum percutere animas, talibus iaculis teliſq; configere, ac ſalutaribus eas uulneribus ſauciare, ut
quia deus charitas eſt, dicat & ipſe: Quia uulneratæ charitatis ego ſum. Et quidẽ in hoc quaſi amatorio
dramate ſponſa charitatis ſe dicit uulnera ſuſcepiſſe. Poteſt aũt ſimiliter feruens anima erga ſapientiam
dei dicere: quia uulneratæ ſapientiæ ego ſum: illa ſcilicet quæ ſapientiæ eius pulchritudinẽ potuit intue
ri. Poteſt et alia anima uirtutis eius magnificentiã cõtuens, & admirata potentiã uerbi dei dicere: Quia
uulneratæ uirtutis ego ſum. Talis credo aliqua, ſicut erat illa quæ dicebat: Dominus illuminatio mea
& ſalus mea, quẽm timebo. Sed & alia anima erga amorem iuſticiæ eius feruens, & diſpenſationum ac
prouidentiæ eius iuſticiam contuens, dicit ſine dubio: Vulneratæ iuſticiæ ego ſum, & alia bonitatis
eius ac pietatis immenſitatem reſpiciens ſimilia loquitur. Sed & horum omniũ generale eſt iſtud cha-
ritatis uulnus, quo ſe uulneratam prædicat ſponſa. Sciendum tamen eſt, quod ſicut ſunt iſta dei iacula
quæ animæ habenti deſiderium bonorum, ſalutis uulnus infligunt: ita ſunt & iacula maligni ignita, qui
bus anima quæ non eſt ſcuto fidei protecta, uulneratur in mortem, De ipſis dicit propheta: Ecce pec-
catores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra ſua, ut ſagittent in obſcuro rectos cor-
de. Hic peccatores de occulto ſagittantes, dæmones inuiſibiles dicit, & ipſi ſunt habentes quædam ia-
cula fornicationis, alia cupiditatis & auaritiæ, quibus quàm plurimi uulnerantur. Habent etiam ſpicu-
la iactantiæ & uanæ gloriæ: ſed iſta ualde ſubtilia ſunt, ita ut confixam ſe anima ab eis ſauciatamq; uix

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

sentiat, nisi si induta est armis dei, & stat uigilans & immobilis erga astutias diaboli, scuto semetipsam A
fidei per omnia contegens, & nullam prorsus corporis partem fide nudam relinquens. Quantacunq; autem dæmones fecerint tela, si inueniant mentem hominis fide munitam, etiam si fuerint ignita etiam si cupiditatum flammis & incendijs ardeant uitiorum, fides plena cuncta restinguit. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Descriptio est quidem amatorij dramatis sponsæ festinantis ad connubium sponsi: uelut tamen paulo apertioribus corporis appellationibus currit. Sed conuerte te uelocius ad spiritum uiuificantem, & refugiens appellationes corporeas, uere perspice quę sit uerbi dei læua, quæ sit dextera: quod etiam caput sponsæ eius, animæ scilicet perfectæ uel ecclesiæ, & non te rapiat carnalis & passibilis sensus. Ipsa enim est hic sponsi dextera & læua, quæ in prouerbijs de sapientia dicitur, ubi ait: Longitudo enim uitæ in dextera eius, in sinistra uero eius diuitiæ & gloria. Et sicut hic sapientiam non ideo aliquam fœminam dici putabis: quia fœmineo nomine appellari uidetur: ita ne in hoc quidem quoniam masculino genere sponsus uerbum dei dicitur, corporaliter intelligere debes læuam eius aut dexteram: uel amplexus sponsæ uel animæ pro fœminini generis declinatione percipere, sed uerbum dei: quamuis apud Græcos masculino, apud nos neutro genere proferatur: super masculinum tamen & neutrum ac fœmininum genus, et super omne omnino quod ad hoc respicit esse, cogitanda sunt ista, de quibus sermo est, & non solum uerbum dei, sed & ecclesia eius, atque anima perfecta, quæ & sponsa nominatur. Sic enim & apostolus dicit: In Christo enim neq; masculus neq; fœmina, sed omnes in ipso unum sumus. Hæc autem propter homines, qui aliter audire non possunt, nisi his uerbis quæ in usu habentur, in scriptura diuina humani more referuntur eloquij: ut uerbis quidem notis ea & solitis audiamus, sensu tamen illo quo dignum est, de diuinis rebus & incorporeis sentiamus. Nam sicut is qui amatorem dicit se esse pulchritudinis sapientiæ, hoc ostendit quod naturalem qui in se est charitatis affectum ad studia transtulerit sapientiæ: ita & hic sponsa deposcit, uel anima uel ecclesia, ut sponsus suus qui est uerbum dei: læua quidem sua caput eius sustentet, dextera uero eius omne eius reliquum complectatur, & constringat corpus. Est autem læua, in qua sapientia diuitias continere & gloriam dicitur. Quas autem habet diuitias ecclesia, & quam gloriam, nisi illas quas accepit ab eo: qui cum diues esset, pauper factus est: ut illius paupertate ecclesia fieret diues? Quæ autem est gloria illa? Sine dubio, de qua dicit: Pater clarifica filium tuum, passionis sine dubio gloriam designās. Fides ergo passionis Christi, gloria & diuitiæ ecclesiæ sunt: quæ in læua eius continentur. Læuam autem puto uerbum dei hoc modo debere intelligi, quoniam quidem sunt in eo quędam dispensationes B
ante incarnationem gestæ. Sunt uero aliquæ & per incarnationem. Illa pars uerbi dei quæ ante assumptionem carnis in dispensationibus peracta est, dextera potest uideri: hæc uero quæ per incarnationē, sinistra appellari. Vnde & sinistra diuitias et gloriam habere dicitur. Per incarnationem namq; diuitias & gloriam quæsiuit, omnium scilicet salutem. In dextera autem longitudo uitæ esse dicitur, per quod sine dubio illa eius pars quæ in principio apud deum deus erat uerbum, sempiternitas indicatur. Hanc ergo læuam ecclesia, cuius Christus est caput, optat habere sub capite suo, & fide incarnationis eius, caput suum muniri. Dextera uero eius amplecti, id est, illa agnoscere, & de illis instrui, quæ ante huius quoque per incarnationem gesta dispensationis tempus in arcanis habentur & reconditis. Dextera namq; ibi putanda sunt esse omnia: ubi nihil de peccatorum miserijs, nihil de fragilitatis lapsu continetur. Hic uero læua, ubi uulnera nostra curauit & peccata nostra portauit: factus etiam ipse pro nobis peccatum & maledictum. Quæ omnia quamuis caput & fidem sustentent ecclesiæ, merito tamen sinistra uerbi dei appellabuntur: in quibus aliqua etiam præter illam naturam, quæ tota dextera est, & tota lux, ac splendor & gloria, pertulisse memoratur. Adiurauī uos filiæ Hierusalē in uirtutibus & in uiribus agri, si eleuaueritis & suscitaueritis charitatē quoadusq; uelit. Sponsa adhuc ad adolescētulas loquitur, prouocans eas & exhortans, imò & adiurans per ea quæ eis chara esse nouit & amabilia: ut si forte eleuare cœperint charitatem, iacentem quippe in eis, & excitare eam, utpote adhuc dormientem apud eas: intantum eleuent eam, & intantum suscitent, inquantum uoluerit sponsus: nec minus aliquid in ea agant quam uoluntas ipsius patitur. Hæc est enim amantis sponsæ perfectio, ut à nullo uelit contra animum & uoluntatem eius fieri quem diligit. Et ut hoc non negligenter aut segniter agant, per uirtutes agri, id est, per plantaria & uirgulta quæ in agro sunt, & per uires eius, sine dubio per ea quæ in eo sata sunt adiurantur: Tali ordine, taliq; uerborum compositione, textus historici dramatis dirigitur. Nunc iam quid arcani intrinsecus contegat requiramus. Omnis anima præcipue quæ filia est Hierusalem, habet aliquem agrum proprium, qui ei secreta quadam meritorum sorte delatus est: sicut fuit & ille ager Iacob, cuius suauitate permotus Isaac patriarcha, mysticis afflabat eloquijs: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Habet ergo unaquæq; anima (ut diximus) agrū suum. Vita namq; & conuersatio eius, ager est eius. In hoc agro, anima quæ diligens & studiosa est, satis agit, & studet plantare bonos sensus, & omnes excolere animi uirtutes: nō solum autem animi uirtutes, sed uires operum, quibus uidelicet impleri possunt ministeria mandatorum. Est ergo (ut diximus) unicuiq; animus suus ager, quem colit & plantat & seminat, secundum hæc quæ diximus. Est autem et omnium simul filiarum Hierusalem unus quidam & communis ager: de quo Paulus ait: Dei agricultura estis. Quem agrum, commune exercitium ecclesiasticæ fidei & conuersationis accipiamus: in quo certum est uirtutes inesse cœlestes, & uires spiritualium gratiarum. Vna enim quæque anima quæ nunc filia

A filia Hierusalem hic appellatur, sciens quod matrem habeat Hierusalem cœlestem, cōferat aliquid necesse est ad agrum hunc excolendum, & cœlesti eum possessione dignum cupiat effici. In istius ergo agri uirtutibus, eleuari charitatem Christi, & excitari ab adolescentulis & initia fidei habentibus, protestatur ecclesia, & dicit ad eas: Si leuaueritis & excitaueritis charitatem quoadusque uelit: hoc est, si iam ad hoc ueneritis, ut incipiatis agi non spiritu timoris, sed adoptionis, & in hoc profeceritis, ita ut perfecta in uobis dilectio foras mittat timorem, & ut eleuetis, atque exaltetis in uobis charitatem, & exciteris eam: ramdiu eleuate eam, & tamdiu extollite, quamdiu ipse uelit filius charitatis, imò ipse qui ex deo est charitas: ne forte putantes sufficere humanæ charitatis mensuras, in charitate dei minus aliquid quàm deo dignum est agatis. Mensura enim charitatis hæc sola est, ut tantum quantum ipse uult diligatur. Voluntas autem dei semper eadem est, nec unquam mutatur. Nunquam ergo immutatio alicui aut finis ullus in dei charitate recipitur. Notandum sanè est, quod non dixit, si acceperitis charitatem, sed si leuaueritis: quasi quæ est quidem in uobis: sed iacet & nondum erecta est. Et rursum non dixit, si inueneritis, sed si excitaueritis charitatem: quasi quæ sit intrinsecus quidem: sed iaceat & dormiat in eis, donec inueniat suscitantem. Ipsam credo & Paulus suscitabat tunc adhuc in discipulis dormientem, cum dicebat: Exurge qui dormis, & continges Christum. Vox fraterni mei. Frequenter nos admonere conuenit, quod libellus hic in modum dramatis texitur. Præsens enim uersiculus quem proposuimus tale aliquid indicat, quod cum sponsæ sermo esset ad adolescētulas filias Hierusalem, subito quasi eminus uocem sponsi senserit, quasi cum aliquibus loquentis: interruptoq; sermone, quem faciebat ad adolescentulas, sponsa aurem conuerterit ad auditū, qui ad eam peruenerat & dixerit: Vox fraterni mei. Sponsum uero intellige primo quidem antequam appareret oculis sponsæ uoce ei sola agnitum. Post hæc uero etiam conspectibus eius apparuisse super mōtes quosdam uicinos illi loco, in quo sponsa morabatur salientem, & magnis quibusdam, non tam passibus quàm saltibus colles montesq; in modum ceruī uel capreæ transcendentem, & ita ad sponsam suam omni cum properatione uenientem. Vbi uero ad domum intra quam sponsa commorabatur, aduenit, stetisse eum paululum intellige post domum: ita ut sentiretur quidem adesse, nondum tamen domum palam uellet & euidenter intrare, sed prius quasi sub amatoris specie per fenestras aspicere uelle sponsam. Intellige autem retia quædam prope domum sponsæ, aut laqueos esse positos: ut si forte ipsa uel aliqua sodalium eius ex filiabus Hierusalem aliquando exisset, caperetur. Ad ista uero retia uenisse sponsum certum est: qui cum capi
B ab eis non posset, sed fortior eorum effectus, diruperit ipsa retia, diruptisq; eis super ipsa incedens, etiam per ipsa prospexerit, & postquam hoc opus fecerit, dicat ad sponsam: Exurge, ueni proxima mea, sponsa mea, columba mea. Hoc autem dicat, ut ipso opere ostendat ei quomodo cum fiducia debeat contemnere iam retia quæ ei tetenderat inimicus: nec timeat laqueos, quos ab se iam uiderat esse diruptos: & adhuc ut amplius ad se sponsam prouocet festinare, dicat ei: Quia omne tempus quod iam graue uidebatur transiuit, & hyems quæ ei causa exorta uidebatur abscessit, pluuiæq; inutiles abierunt, & tempus iam floridum uenit: nihil moreris iter aggredi ueniendi ad me: ecce enim & agricolæ, quia ueris iam tempus arrisit, uineas colunt. Vox enim tum & aliarum auium, tum etiam sonora & grata turturis uernantis auditur. Sed & ficus de ueris certa temperie, germen suum produxit. Vites uero in tantum de temporis tranquillitate non dubitant ut flores suos iam audeant odoresq; proferre. Hæc quidem de tranquillitate temporis indicat sponsæ, ut maiore cum fiducia arripere iter audeat pergendi ad sponsum. Sed & locum describit ei, in quo uult eam secum requiescere, & dicit uelamento cuiusdam saxi, quod muro ipsi uel loco promurali contiguum sit, opacissimum quendam effici locum, ad quem uenire eam uult, & ablato uelamine, ibi eius reuelatam faciem contueri, ut facie ad faciem innotescat sponso suo: & non solum faciem eius reuelatam uideat sponsus & liberam, sed & uocem eius ibi audiat: certus iam quod & facies eius pulchra sit, & uox eius suauis ac delectabilis. Hæc autem præuenientes coniunximus, ne ordinem dramatis & historiæ textum uideremur irrumpere. Sed præuenientes paululum usque ad illum locum fabulæ ordinem prosecuti sumus, ubi ait: Quoniam uox tua suauis, facies tua speciosa: Nunc ergo repetentes uideamus primo quid est quod ait: Vox fraterni mei. Ex uoce sola ab ecclesia sua primo Christus agnoscitur: Primo enim uocem suam præmisit per prophetas, & cum non uideretur, audiebatur tamen. Audiebatur autem per ea quæ annunciabantur de eo, & tamdiu sponsa, id est, ecclesia quæ ab initio seculi congregabatur, solam uocem eius audiuit, usquequo oculis suis eum uideret, & diceret: Ecce hic uenit saliens super montes, transiliens super colles. Saliebat enim super propheticos montes & sanctos colles: illos scilicet qui in hoc mundo imaginem eius formamq; gesserunt. Sed & si in apostolis eum ponas quasi in montibus salientem & eminentem cunctis, & in collibus nihilominus, his duntaxat qui secundo loco electi ab eo & missi sunt, non erit inconueniens. In his enim similis efficitur capreæ & hinnulo ceruorum. Capreæ, quod omnem uisum, uisus eius præcellit. Et ceruo, quod ad interitum serpentis aduenit. Sed & unaquæque anima (si qua tamen est quæ uerbi dei amore constringitur) si quando in disputatione sermonis est posita: ut nouit omnis qui expertus est, quomodo cum in arctum uenitur, & angustijs propositionum quæstionumq; concluditur: si quando eam legis ac prophetarum uel ænigmata uel obscura quæq; dicta concludunt: si forte adesse eum sentiat anima, & eminus sonitum uocis eius accipiat, subleuatur statim: & ubi magis ac magis propinquare sensibus eius cœperit, & illuminare quæ

obſcura ſunt: tunc eum uidet ſalientem ſupra montes & colles, altæ ſcilicet & excelſæ ſenſus ſibi intelligentiæ ſuggerentem: ita ut merito dicat hæc anima: Ecce hic uenit ſaliens in montibus, tranſiliens ſuper colles. Hæc autem dicimus, non immemores quod iam & in ſuperioribus coram poſitus, præſenti collocutus ſit ſponſæ. Sed quoniam (ut ſæpe diximus) dramatis ſpeciem libellus hic continet, nunc in præſenti dicuntur aliqua nunc etiam in abſenti, & ſic agitur immutatio perſonarum, ut uterque ordo competenter dirigi uideatur. Quamuis enim promittat ſponſus & dicat ad ſponſam ſuam, qui ſunt electi diſcipuli eius: Quia ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi: tamen iterum per parabolas dicit: quia paterfamilias uocauit ſeruos ſuos, & unicuique diſtribuit pecuniam negociandi gratia, & profectus eſt. Et iterum dicit: Quia abijt petere ſibi regnum. Et iterum quaſi de abſente ſponſo dicitur: Quia media nocte clamor factus eſt, dicentium: quia uenit ſponſus. Sic ergo nunc præſens eſt ſponſus, & docet, nunc abſens dicitur & deſideratur, & utrumque uel eccleſiæ uel animæ ſtudioſæ conueniet. Cum enim pati perſecutiones & tribulationes permittitur eccleſia, abſens ei uidetur. Et rurſum cum in pace proficit, et in fide ac bonis operibus floret, preſens ei eſſe intelligitur. Sed & anima cum quærit aliquem ſenſum, & agnoſcere obſcura quæque & arcana deſiderat: donec in uenire non poteſt, abſens ei ſine dubio eſt uerbum dei. Vbi uero occurrerit & apparuerit quod requiritur, quis dubitat adeſſe uerbum dei, & illuminare mentem ac ſcientiæ lumẽ ei prębere? Et iterum ſub duci nobis eum, atque iterum adeſſe ſentimus per ſingula, quæ aut aperiuntur aut clauduntur in ſenſibus noſtris. Et hoc eo uſque patimur, donec tales efficiamur, ut non ſolum reuiſere nos, ſed & manere dignetur apud nos ſecundum quod interrogatus à quodam diſcípulo dicente: Domine, quid eſt factũ quod incipis nobis manifeſtare temetipſum, & non huic mundo? Reſpondit ſaluator: Si quis diligit me, uerbum meum cuſtodit, & pater meus diliget eum, & ad ipſum ueniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Si ergo & nos uolumus uidere uerbum dei atque animæ ſponſum ſalientem ſuper montes, & exultantem ſuper colles, primo audiamus uocem eius, & cum audierimus eum in montibus, tunc etiam eum uidere poterimus, ſecundum ea quæ in præſenti loco uidiſſe deſcribitur ſponſa. Nam & ipſa quamuis & prius eum uiderit, non eum tamen ita uiderat, ut nunc ſalientem ſuper montes & exultantem ſuper colles: neq; per feneſtras ſuas procumbentem, neque per retia proſpicientem: ſed magis uidetur quod prius hyemis tempore eum uiderit. Nũc enim primum dicit ei: Quia hyems tranſiit: Igitur (ut res indicat) etiam per hyemem ſponſæ ſuæ apparet, id eſt, tribulationum & tentationum tempore. Sed & alia eſt illa uiſitatio, in qua uiſitatur paululum, & iterum deſeritur, ac probetur: ac rurſus requiritur, ut caput eius ſuſtentetur, & ut tota complectatur: ne forte aut in fide titubet, aut corpus eius tentationum pondere prægrauetur. Et ideo uidetur mihi hyems fuiſſe illud tempus, cum caput ſuum, fidei ſcilicet ſummitatem, læua ſponſi contineri poſcebat & dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autem iſta uiſio quæ de montibus apparet & collibus, gratiarum puto ſpiritualium altitudines potẽtiasq; deſignat. Sed & per feneſtras quod proſpicere dicitur, ſenſibus mihi lumen uidetur præbere. Et retia quæ dirumpit & conterit, laqueos indicari diabolicos puto: utpote tentationum tempore, tanquam hyeme iam peracta. Oſtenduntur etiam ſigna ueris & æſtatis, ſicut in pſalmis dictum eſt: Æſtatem & uer, tu feciſti ea. Inde deniq; & flores profectuum protulit eccleſia, tentationibus ſuperatis, & putationis diſpenſatione tranſacta: ſicut in ſuis locis cum ad hæc differenda uentum fuerit, oſtẽdetur. Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Hiſtoricum ordinem iam proſecuti ſumus. Nunc autem quomodo Chriſtus ad eccleſiam ueniens ſaliat ſuper montes, & exiliat ſuper colles, uidendum eſt. Exiliens enim magis quàm tranſiliens, propoſiti ſermonis proprietas habet. Iſaac enim ambulãs & progrediens, maior fiebat, uſquequo fieret magnus ualde. Paulus autem nõ iam ambulando profecit, ſed currendo, cum dicit: Curſum conſummaui. Saluator autem noſter & eccleſiæ ſponſus, neque ambulare neque currere, ſed ſuper hæc ſalire dicitur & exilire. Si enim conſideres quomodo parui temporis ſpacio, occupatum falſis ſuperſtitionibus mundum ſermo dei percurrit, & agnitionem ueræ fidei receperit, quomodo uocauit: intelliges quomodo ſaliat ſuper montes, magna uidelicet quæq; regna ſaltibus ſuis ſuperans, & ad recipiendam cognitionem diuinæ religionis inclinans, & exiliat ſuper colles, cum etiam minora regna uelociter ſubiugat, atque ad pietatem ueri cultus adducit: & ſic de loco ad locũ, de regno ad regnum, de prouincijs ad prouincias prædicationis illuſtratione trãſiliens per eum qui dicebat: Quia ab Hieruſalem in circumitu uſque ad Illyricum repleuit euangelium dei: intelliges quomodo ſuper montes ſaliẽs ueniat & exiliens ſuper colles. Sed & alio modo poteſt intelligi, ſicut ſupra iam diximus. Quoniam quidem Moyſes de ipſo ſcripſit, & prophetæ nihilominus de ipſo annunciauerunt. Sed & hæc annunciatio in lectione ueteris teſtamenti uelamen habet ſuperpoſitum. Vbi uero ſponſæ, eccleſię ſcilicet ad eum conuerſæ, ablatum eſt uelamẽ: ſubito uidet eum in iſtis montibus, legis duntaxat uoluminibus ſalientem, & in collibus ſcripturæ propheticæ, pro euidenti manifeſtatione nõ tam apparentem quàm exilientem. Verbi gratia, quaſi ſi reuoluẽs ſingulas propheticæ lectionis paginas inueniat de ipſis exilientem Chriſtum, & per loca ſingula lectionum ablato tunc demum quo prius tegebatur uelamine, ebullire eum cernat et emergere, atque euidenti iam manifeſtatione prorumpere. Ob hoc credo & ipſe Ieſus cum ad transformandum ſe uenit, non in aliqua planitie aut conualle fuit, ſed montem cõſcendit, ubi & trãsformatus eſt: ut ſcias eũ ſemper in mõtibus aut in collibus apparere, & ut te doceat ne uſquã eũ niſi in legis & prophetarũ mõtibus quæras. Quod aũt ſancti quiq; montes appellantur, multis

tis ſcripturæ locis inuenies indicari: ſicut ait in pſalmis: Fundamẽta eius in montibus ſanctis. Et iterum: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Auxilium nanque in tribulationibus, ex ſcripturarum diuinarum ſenſibus capimus. Poſſumus adhuc & montes in quibus ſalire uerbum dei dicitur, et quaſi liberius efferri, nouum accipere teſtamentum. Colles uero de quibus quaſi diu compreſſus & occultatus exilijt, ueteris teſtamenti ſentire uolumina. Sed & apud Hieremiam uenatores & piſcatores qui mittuntur capere homines ad ſalutem, in montibus & collibus eos capere dicuntur. Sic enim ait: Ecce mitto multos piſcatores & multos uenatores, & capient eos ſuper omnem montem & ſuper omnem collem: quod ego magis ad futurum tempus in conſummatione ſeculi implẽdum puto: ut cum miſſi fuerint angeli ſecundum euangelicam parabolam meſſis tempore, ut ſeparent frumenta à zizanijs: qui excelſioris uitæ & eminentioris fuerit conuerſationis, iſte in montibus inueniatur aut in collibus. Nõ inuenietur in humilibus & deiectis locis, ne ibi mixtus uideatur eſſe zizanijs: ſed in excelſioribus ſenſibus, & in eminentia fidei poſitus, ſalienti in mõtibus uerbo dei, & exilienti in collibus ſemper adhærens. Quod per aliam nihilominus parabolam, ſub eodẽ tamen intellectu dicitur in euangelio: Si quis in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo. Poteſt adhuc & alium nobis ſenſum, prædiues iſte præſentis uerſiculi ſermo ſuggerere. Poſſibile namq; eſt omnem qui plena fide credit in deum, uel montem uel collem appellari, pro qualitate ſcilicet uitæ, magnitudine intelligentiæ: etiam ſi fuerit aliquando uallis: proficiẽte in eo Ieſu ætate & ſapientia & gratia, omnis uallis implebitur. Super bi autem quique & elati, ut montes & colles humiliabuntur: quoniam qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. De ipſis enim dicitur: Qui cõfidunt in domino ſicut mons Sion. Et de Hieruſalem dicitur: Montes in circumitu eius. Vnde puto quod merito etiam ſaluator noſter (quoniam & ipſe dicitur lapis de monte exciſus ſine manibus, & factus eſſe mons magnus) ſicut rex regum, & pontificum pontifex, poteſt etiam mons montium appellari. Verum ut etiam tertia expoſitio habeat locum, ad unamquanque animam ſermo dirigatur. Si qui ſint capaciores uerbi dei, qui ab Ieſu aquam ſibi datam biberunt, & facta eſt in eis fons aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam, in his ſcilicet, in quibus uerbum dei crebris ſenſibus & copioſis, uelut perennibus ebullit fluentis: in his uitæ ac ſcientiæ & doctrinæ merito montibus & collibus effectis, digniſſime ſalire uerbum dei dicitur & exilire, factus in eis per affluentiam doctrinæ fons aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam. Similis eſt fraternus meus capreæ hinnuloq; ceruorum in montibus Bethel. Caprea & ceruus, quod inter munda habeantur animalia, manifeſte ex his quæ in Deuteronomio ſcripta ſunt indicatur: eſt enim hoc modo ſcriptum: Hæc enim ſunt animalia quæ manducabitis: uitulum & agnum ex pecoribus, & hircum ex capris, ceruum, & capream, & bubalum, & tragelaphum, & ibicem, & camelum, & pardum. Sed & quod ſanctus ceruo comparatur: in multis ſcripturæ diuinæ locis habetur, ut in pſalmo, ubi dicit: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Veruntamen in ſermonibus quos ex Deuteronomio aſſumpſimus, etiam hoc non negligenter cõſiderandum uidetur, quàm dignum in animalibus mundis enumerandis ordinẽ tenuerit: ut primo uitulũ, ſecundo agnũ, tertio hircum ſcriberet. In his uero quæ ſecundũ eundem Moyſen nõ offeruntur ad altare, primo ceruũ, ſecundo capream nominat. Et ita poſt hæc reliqua per ordinẽ deſcribit animantia. Quorum ratio his quibus abundantior gratia ſpiritualis in dono ſcientiæ conceſſa eſt, per ſpiritum ſanctum manifeſta & euidens fiet. Nobis interim quoniam de ceruo & caprea dicere nunc in expoſitione præſentis uerſiculi incumbit, conueniens uidetur ex ſcripturis diuinis congregare pro uiribus quæ de his animalibus referuntur, de quibus idem Moyſes cum de carnibus loqueretur, quæ in omni deſiderio animæ comederentur, non oblatæ ad altare: ſicut caprea, inquit, & ceruus. Egregium uero quid uiceſimuſoctauus pſalmus, ubi de uirtutibus & efficacia uocis dei per ordinẽ ſcribit, de ceruo hoc modo dicit: Vox domini perficientis ceruos, id eſt, perfectos facientis ceruos, & reuelabit cõdenſa. Sicut enim uox domini intercidere dicitur flammã ignis, & concutere deſertũ: ita perficere ceruos, ac reuelare condenſa memoratur. Sed & in Iob de ceruo ita inuenimus referri, ubi dominus ad Iob per turbinẽ loquens & nubem, ait: Aut ergo obſeruaſti partus ceruorũ, aut numeraſti menſes eorũ plenos ad partum: dolores aũt eorum ſoluiſti, aut nutriſti eorũ natos, aut ſine doloribus partus eorũ emittas? Abrumpent filij eorum, & multiplicabuntur in natiuitate, exibunt & non reuertentur. His adiungenda ſunt etiã illa quæ in Prouerbijs legimus, hoc modo: Cerui uis amicitiarũ & pullus gratiarũ loquitur tibi. Hæc interim ad præſens de ceruo nobis ſcripta occurre potuerunt. Quæ ob hoc aſſumpſimus, ut loquamur nõ in doctrina humanæ ſapientiæ, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes: & ideo inuocemus deum, patrẽ uerbi, quod nobis uerbi ſui manifeſtet arcana, ſenſumq; noſtrũ remoueat à doctrina humanæ ſapientiæ, & exaltet atq; eleuet ad doctrinã ſpiritus: ut non ea quæ ſentit carnalis auditus, ſed ea quæ continet uoluntas ſpiritus ſancti, loquamur. Paulus apoſtolus nos docet, quod inuiſibilia dei ex uiſibilibus intelligantur: & ea quæ non uidentur, ex eorum quæ uidentur ratione & ſimilitudine contemplentur: oſtendens per hoc quod uiſibilis hic mundus de inuiſibili doceat, & exemplaria quędam cœleſtiũ contineat, poſitio iſta terrena: ut ab his quæ deorſum, ad ea quæ ſurſum ſunt poſsimus aſcendere: atq; ex his quæ uidemus in terris, ſentire & intelligere ea quæ habentur in cœlis. Ad quorum ſimilitudinem quandam, quo facilius colligi per hæc ac ſentiri poſſent diuerſitates creaturarum quæ in terris ſunt, ſimilitudinem conditor dedit. Et

fortaſsis

fortassis sicut hominem deus ad imaginem & similitudinem suam fecit, ita etiam cæteras creaturas ad A
alias quasdam cœlestes imagines, per similitudinem condidit: & fortasse in tantum singula quæq; quæ
in terris sunt, habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus, ut etiam granum sinapis, quod mi
nimum est in omnibus seminibus, habeat aliquid imaginis & similitudinis in cœlis. Et hoc quod talis
ei quædam composita est alternatio naturæ: ut cum minimum sit omnium seminum, maius fiat omni-
bus oleribus: ita ut possint uenire aues cœli, & habitare in ramis eius: similitudinem ferat, non solum
alicuius cœlestis imaginis, sed ipsius regni cœlorum. Sic ergo possibile est, etiam cætera semina quæ
in terris sunt, ut habeant aliquid in cœlestibus similitudinis & rationis. Quod si semina, sine dubio &
uirgulta, & si uirgulta, sine dubio & animantia, uel alitum uel repentium, & quadrupedum. Sed & il-
lud adhuc potest intelligi, quod sicut granum sinapis non unam similitudinem tenet regni cœlorum,
habitationes scilicet auium in ramis suis, sed habet & aliam similitudinem uel imaginem, perfectio-
nis scilicet fidei: ita ut si quis habeat fidem sicut granum sinapis, dicat monti transferri se, & transferet:
ita possibile est ut etiam cætera non in uno aliquo, sed in pluribus speciem & imaginem cœlestium fe-
rant. Et cum plures sint, uerbi gratia, in grano sinapis uirtutes quæ rerum cœlestium imagines tene-
ant, ultimus & extremus eius usus est iste qui habetur apud homines in ministerio corporali: ita etiam
in reliquis uel seminibus, uel uirgultis, uel herbarum radicibus, uel etiam in animantibus intelligi po-
test, ut usum quidem & ministerium hominibus præbeant corporale: habeant autem incorporalium
rerum formas & imaginem, quibus doceri anima possit & instrui, ad contemplanda etiam ea quæ sunt
inuisibilia & cœlestia, & hoc fortassis est quod ille scriptor diuinæ sapientiæ dicit: Ipse enim mihi dedit
eorum quæ sunt scientiam ueram, ut sciam substantiam mundi, & uirtutes elementorum, initium & fi-
nem & medietatem temporum, uicissitudinum permutationes, & conuersiones temporum, anni cir-
culos, & stellarum positiones, naturas animalium, & iras bestiarum, spirituum uiolentias, & cogitatio-
nes hominum, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, sed & quæcunque occulta & manifesta
sunt, cognoui. Vide ergo si possumus ex his scripturæ sermonibus ea quæ discutere proposuimus, lu-
cidius euidentiusq; colligere. Etenim scriptor iste sapientiæ diuinæ, cum singula quæque enumera-
sset, ad ultimum dixit: quia occultorum & manifestorum acceperit scientiam: ostendens sine dubio
quod unumquodque eorum quæ in manifesto sunt, referatur ad aliquid eorum quæ in occulto sunt: id
est, singula quæque uisibilia habere aliquid similitudinis & rationis ad inuisibilia. Quia ergo impossi-
bile est homini in carne uiuenti agnoscere aliquid de occultis & inuisibilibus, nisi imaginem aliquam B
& similitudinem conceperit de uisibilibus: ob hoc arbitror quod ille qui omnia in sapientia fecit: ita
creauit unamquanque uisibilium speciem in terris, ut in his doctrinam & agnitionem rerum inuisibi-
lium & cœlestium poneret: quo per hæc ascenderet mens humana ad spiritualem intelligentiam, & re
rum causas in cœlestibus quæreret, ut posset edocta per sapientiam dei etiam ipsa dicere: Quæ in oc-
culto sunt & quæ in manifesto, cognoui. Secundum hæc quoque agnoscit & substantiam mundi, non
solum hanc uisibilem corpoream q; quæ palam est, sed & illam incorpoream inuisibilem q;, quæ in oc-
culto est. Agnoscit etiam elementa mundi: non solum uisibilia, sed & inuisibilia & utrorum q; uirtutes.
Sed & initium quod dicit, & finem & medietatem temporum: initium ait uisibilis quidem mūdi, quod
ante sex milia non integros annos initium designat Moyses: medietatem quoque secundum tempo-
rum rationem, finem illum qui speratur cum cœlum & terra transibit. Secundum occultorum uero sci-
entiam initium illud, quod intelligit is quem sapientia dei docuerit, quod nulla possunt tempora,
nulla secula comprehendere. Medietatem uero horum quæ nunc sunt: finem uero ea quæ futura
sunt, id est, perfectionem consummationem q; uniuersitatis, quæ tamen ex his uisibilibus coniici pos-
sunt & intelligi. Sed & uicissitudinum permutationes, & temporum conuersiones, & anni circulos,
ex his quæ uidentur, refert ad inuisibiles rerum incorporalium permutationes ac uicissitudines. Cir-
culos quoque annorum temporalium & præsentium, refert ad antiquiores aliquos ac sempiternos
annos, secundum eum qui dicebat: Et annos æternos in mente habui. Sed & stellarum positiones,
non dubitauit ab his quæ palam uidentur, referre ad illa quæ in occultis sunt, qui occultorum manife-
storum q; scientiam meruit, & dicit esse aliquod sanctorum genus quod de Abraham præcipue stirpe
descendit, sicut stellas cœli. Sed & resurrectionis futuræ gloriam, stellas esse secundum occultorum sci
entiam pronunciauit, sequens eum qui dixit: Alia gloria solis & alia gloria stellarum. Stellæ enim à stel
la differt in gloria, ita & resurrectio mortuorum. Nisi secundum hæc intelligeretur illud quod ait, na-
turas animalium irasq; bestiarum, nunquam dixisset in euangelijs saluator: Dicite uulpi huic. Neque
Ioannes de quibusdam dixisset: Serpentes, generatio uiperarum. Sed neque prophera diceret de non-
nullis quod equi emissarij facti sunt. Et item alius: Homo cum in honore esset non intellexit, compa-
ratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sed & ille diligenter agnouit iras bestia-
rum, qui dicebat: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures
suas. Hæc erit ratio etiam de eo quod ait, spirituū uiolentias: uisibiliter quidem de uentis & flatibus ae
ris, inuisibiliter uero de uiolentijs immundorum spirituum loquens, quos & Paulus uentos doctrinæ
nominauit. Post hæc iam sequitur, ut & cogitationes hominum sciat, corporaliter quidē quæ de huma
no corde procedunt. Inuisibiliter autē intelligat eos qui inijciūt hominibus malas & pessimas cogita-
tiones

A tiones, sicut in euangelio scriptum est: Cum diabolus misisset in cor Iudæ Ischariotis ut traderet domi-
num. Et ut in Prouerbijs dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne de
relinquas: quia sanitas compescit peccata magna. Sed & bonarum cogitationum est aliquis autor, pro
pter quod & in psalmis puto scriptum esse: Beatus homo, cuius est auxilium abs te domine, ascensio-
nes in corde suo disposuit. Et iterum: Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationum,
diem festum agent tibi. Ita igitur cuncta secundum ea quæ præfati sumus, ex uisibilibus referri possunt
ad inuisibilia, & à corporalibus ad incorporea, & à manifestis ad occulta, ut ipsa creatura mundi, tali
quadam dispensatione condita intelligatur per diuinam sapientiam, quæ rebus ipsis & exemplis inui-
sibilia nos de uisibilibus doceat, & à terrenis nos transferat ad cœlestia. Hæ autem rationes non solum
in creaturis omnibus habentur, sed & scriptura diuina tali quadam sapientiæ arte conscripta est. Pro-
pter quædam nanque occulta & mystica uisibiliter populus educitur de Ægypto ista terrena, & iter
agit per desertum, ubi serpens erat mordens & scorpius, & sitis, ubi non erant aquæ, & cætera quæ in
his gesta referuntur. Quæ omnia, ut diximus, occultorum quorundam formas & imagines tenent. Et
hoc non in scripturis tantum ueterum, sed & in gestis domini & saluatoris nostri quæ in euangelijs re-
feruntur inuenies. Igitur si omnia quæ in manifesto sunt, secundum ea quæ superius approbauimus, ad
aliqua referuntur quæ in occulto sunt: consequens sine dubio est, ut ceruus iste uisibilis uel caprea, quę
in Cantico canticorum scribitur, secundum rationem naturæ suæ quam corporaliter gerunt, referan-
tur ad aliquas rerum incorporalium causas, ut illis occultis & inuisibilibus ceruis uideatur posse conue
nire quod dictum est: Vox domini perficientis ceruos. Quæ enim perfectio ex uoce domini sit istis ui
sibilibus ceruis? Aut quæ ad eos doctrina unquā ex domini uoce descendit? Si uero spirituales ceruos
quæramus, quorum formam & imaginem tenet illud animal corporale: illos inuenias ad summam per
fectionis ex uoce domini posse perduci. Sed & quorum ceruorum dominum seruare decuerit partus,
& uelut medendi officia præbentem parturientibus astare conuenerit, donec parerent filios tales, qui
aduersarentur & persequerentur serpentium genus, ut dignum est diuina maiestate, debemus aduerte
re qualium ceruorum domini decet seruare partus, ne in aborsum decidant. Sed & menses eorum nu-
merare plenos ad partum, eorumq; labores & dolores custodire, ut generationes eorum non cadant
inuanum, sed ut perfecta sit eorum natiuitas: & tamdiu parturiant, donec formetur Christus in eis.
Huiusmodi ceruorum pullos dominus nutrit: eorum duntaxat qui iactant in domino cogitationem
B suam ut ipse eos nutriat, & ipse seruet dolores partus eorum, cum ex timore dei in uentre concepe-
rint & parturierint, & spiritum salutis pepererint. Huiusmodi partus dolores ipse dominus seruat &
curat. Sed & emittit dolores eorum, ut euntes eant & fleant, portantes semina sua, & sint in dolori-
bus hominum, ac flagellentur cum hominibus: ne forte teneat eos superbia. Isti quoque ipsi cerui ab-
rumpunt, ut ait, natos suos. Quos enim genuerint per euangelium, abrumpunt eos à uinculis peccato
rum & à laqueis diaboli, ne ultra uoluntati eorum teneantur obstricti. Isti etiam multiplicabuntur &,
ut ait, non reuertentur. Non enim imitabuntur uxorem Lot, non redibunt retrorsum. Sciūt enim quia
qui mittit manum suam ad aratrum, si retrospexerit, aptus non erit regno cœlorum, sed semper quæ re-
tro sunt obliuiscuntur, & in ea quæ ante sunt se extendūt. Tales enim ceruos uox domini facit esse per-
fectos. Quæ uox domini, nisi illa quæ in lege & in prophetis habetur: & peruenit usq; ad Ioannem, qui
erat uox clamantis in deserto? Et ipsa enim uox Ioannis qui dicebat: Parate uiam domini, rectas facite
semitas dei nostri, perfectos faciebat ceruos, ut essent perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Qui
enim talis est, merito dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus.
Ceruus quoque amicitiarum quis alius uidebitur, nisi ille qui peremit serpentem illum qui seduxerat
Euam, & eloquij sui flatibus peccati in eam uenena diffundens, omnem posteritatis sobolem cōtagio
præuaricationis infecerat, & uenerat soluere inimicitias in carne sua, quas inter deum & hominem no
xius mediator effecerat. Pullis uero gratiarum potest accipi spiritus sanctus, à quo sitientes & deside-
rantes deum, spirituales gratias & dona cœlestia consequuntur. Hæc autem omnia à nobis dicta sunt,
ut manifestior fieret causa: qua sponsa comparare uidetur fraternum suum hinnulo ceruorum. Quod
si etiam hoc requirendum est, cur non ceruo ut in alijs, sed hinnulo ceruorum comparatur: Illud aduer
te, quod cū in forma dei esset, filius datus est nobis, & puer natus est nobis: cuius potestas super hume-
rum eius. Ideo ergo hinnulus ceruorum, quia paruulus puer natus est. Et forte possunt cerui accipi san
cti quiq; ut Abraham, Isaac, & Iacob, & Dauid, & Salomon, & omnes ex quorum semine Christus se-
cundum carnem descendit. Quos ceruos, uox domini perfectos facit, & ipsorum est hinnulus iste, qui
ex ipsis secundum carnem natus est puer. Mouet me etiam illud quod in centesimotertio psalmo scri-
ptum est, ubi ait: Montes excelsi ceruis. Et quidem de ceruis iam superius diximus, quod sancti quique
accipiuntur: qui ob hoc in hunc mundum uenerunt, ut serpentis uenena perimerent. Qui autem sint
montes excelsi, uideamus, quasi qui solis ceruis sequestrati uidentur: & ad quos nisi ceruus sit, aliquis
non possit ascendere. Ego puto quod personas trinitatis montes excelsos appellauerit: ad cuius capa-
citatem nullus nisi ceruus efficiatur ascendit. Sed ijdem ipsi qui hic montes excelsi pluraliter appellan-
tur, in alijs mons excelsus, singulariter dicitur, sicut Esaias ait: In montem excelsum conscende qui euā
gelizas Sion. Exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Hierusalē. Idem nanq; ipse qui ibi tri
nitas

nitas propter distinctionem personarum, hic unus deus intelligitur pro unitate substantiæ. Satis sint i- A
sta de hinnulo ceruorum. Nunc uideamus quomodo etiam capreæ uel dammulæ comparetur frater-
nus. Hoc animal quantum ad Græca uocabula, nomen à uidendo atq; clarius prospiciendo sortitũ est.
Et quis est qui ita uideat ut uidet Christus? Solus nanq; est qui uidet: id est, agnoscit patrem. Nam & si
dicantur hi qui mundo sunt corde, deum uisuri, uidebunt ipso sine dubio reuelante: quia & caprea ha-
bet in natura sua, ut non solũ uideat ipsa & perspiciat acerrime, sed & alijs uisum præbeat. Asserunt nan
que hi, quibus medicinæ peritia est, inesse huic animali intra uiscera humorem quẽdam qui caliginem
depellat oculorum, & obtusiores quoq; usus exacuat. Merito ergo capreæ uel dammulæ Christus cõ
paratur: quia non solum uidet ipse patrem, sed & uideri ab alijs facit, quorum usus ipse curauerit. Ob-
serua autem ne audiens patrem uideri, corporeum aliquid sentias, & deum uisibilem putes. Visus quo
deus uidetur, non est corporis, sed mentis & spiritus. Quod etiam ipse saluator in euangelio, uocabulo
proprio distinguens dixit: Nemo uidet patrem, nisi filius. Deniq; & his quos facit deum uidere, dat spi
ritum scientiæ & spiritum sapientiæ, ut per ipsum spiritum uideãt deum. Et ideo dicebat ad discipulos:
Quia qui me uidet, uidet & patrem. Et utiq; non ita inepti erimus, ut putemus quod qui secundum cor
pus eum uidit, uiderit etiam patrem: alioqui inueniuntur & scribæ & pharisæi & hypocritæ & Pilatus,
qui eum flagellis cecidit, & omnis populus qui clamabat: Crucifige, crucifige eum: uidentes Iesum se-
cundum carnem, etiam deum patrem uidisse. Quod utiq; non solum absurdum uidetur esse, sed & im-
pium. Sicut enim cum turbæ eum comprimerent euntem cum discipulis: nullus eorum qui premebãt
& coarctabant eum, tetigisse dicitur eum: nisi illa sola quæ profluuium sanguinis passa, uenit & tetigit
fimbriam uestimenti eius, & ipsi soli testimonium perhibet, dicens: Quia tetigit me aliquis: ego enim
sensi uirtutem de me exisse: ita & cum plures essent qui eum uidebant, nullus eũ uidisse dicitur, nisi qui
agnouit quod uerbum dei & filius dei est: in quo utiq; simul agnosci & uideri dicitur pater. Sed & hoc
nos non prætereat, quod prius capreæ, & nunc hinnulo ceruorũ comparatur, cum utiq; maius animal
ceruus quàm caprea uideatur. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda sit ratio, quia cum dupli-
citer constet salus credentium, per agnitionem fidei & operum perfectionem: ratio fidei quæ pro intui
tu & inspectione contemplationis, capreæ, ut diximus, comparatur, primus habeatur salutis gradus. Se
cundo uero in loco operum perfectio, quæ cerui formam tenet uincentis & perimentis uenena serpen
tum, id est, artes diabolicas, memoretur. Si ergo sponsa similem dicit esse fraternũ suum capreæ uel hin-
nulo ceruorum in montibus Bethel: Bethel uero domus dei interpretatur: Montes ergo qui in domo B
dei sunt, possunt legis & prophetarum, sed & euangelica & apostolica accipi uolumina, in quibus & fi
des dei perspicitur & contemplatur, & operum perfectio discitur & adimpletur. Ecce hic stetit post pa
rietem nostrum, incumbens super fenestras, prospiciẽs per retia. Respondet fraternus meus & dicit mi
hi. Cum considero difficultates inuestigandi sensus in his qui propositi sunt scripturę sermonibus, simi
le me aliquid pati uideor huic, qui ad inuestigandam uenationẽ odoratibus sagacis canis procedit: ubi
interdum moris est: ut cum uestigijs intentus, proximum se uenator latentibus effectum putauerit esse
cubilibus, subito uestigiorum deseratur indicijs, et rursum fixius impressis odoratibus, easdem quas ex
plicauerat retrorsum redeat uias: donec inueniat locum in quo se altius excutiens uenatio latenter ad
aliam transtulit uiam: quam cum uenator inuenerit, alacrior insequitur: spe prædæ certior, & uestigij fir
mitate securior. Ita ergo & nos, ubi se propositæ explanationis quodammodo subtraxere uestigia: pau
lulum emensa repetentes, & planiorem quàm dudum uidebatur expositionis ordinem persequentes,
speramus quod dominus deus noster tradat in manus nostras uenationem, quam præparantes, & secũ
dum scientiam matris Rachel rationabilis uerbi salibus condientes, benedictiones mereamur conse-
qui à spirituali patre Iacob: propter quod necessarium uidetur, ut diximus, breuiter dicta repetere, ex-
planationemq; priorem retexere, ut qui sit lucidior sensus aperiatur. Intelligi ergo mihi uidetur ex in-
tio propositi dramatis, sponsam foris stare in biuio, & ob amorem sponsi hinc atque inde prospicere: si
forte appareat: nec uiam ingredi uelle aliqua dum ignorat, unde magis ueniat: nec domi, sed foris sta-
re: & desiderio eius agitari ac dicere: Osculetur me osculo oris sui. Vbi autem uenit sponsus dicat: Bo-
na sunt ubera tua super uinum, & reliqua, usque ad eum locum, ubi ait: Post te curremus. Post hæc dile
cta iam & uicem charitatis ab ipso sponso recipiens, introducatur in cubiculum eius, & dicat: introdu
xit me rex in cubiculum suum. Sed & cætera quæ postea sunt scripta, intus posita loquatur ad spon-
sum, præsentibus & assistentibus sponsæ quidem adolescentulis, sponsi uero sodalibus. Veruntamen
intelligatur sponsus: utpote uir non semper in domo, neque semper assidere sponsæ intra domum po-
sitæ: sed exeat frequenter, & illa eum quasi amore eius solicita requirat absentem, sed & ipse interdum
redeat ad eam. Propter quod & uideatur per totum libellum aliquando quidem uelut absens requiri
sponsus: aliquando sicut præsens loqui cum sponsa. Ipsa autem sponsa cum multa & magnifica in spon
si cubiculo peruidisset: petit se etiam in domum uiri introduci. Quò cum ingressa, perspexisset quod
sponsus utpote uir, non residerit in domo: ipsa rursus amore eius exagitata exierit foras, & circum-
iens peragret circa domum non ingrediens, & ex omni parte prospiciat quando ad eam redeat
sponsus: & ecce subito uideat eum uicinorum montium iuga immensis saltibus superantem, desce-
dere ad domum: in qua amore eius solicita æstuat sponsa. Perueniens uero sponsus ad parietem do-
mus

A mus, stet paululum post ipsum, considerans, ut fieri solet, aliquid & animo retractans. Iam uero etiam
ipse sentiens aliquid amoris erga sponsam, usus altitudine sua, quæ attingit usque ad domus fenestras,
quæ fenestræ habeant aliquam partem operis, ut aiunt, reticulati. Et cum incumbat quidem per fene-
stras, eminentior autem sic sit fenestris, attingatq; usq; ad superiora earum, quæ reticulato, ut diximus,
opere distinctæ sunt: indeq; prospiciens alloquatur sponsam, et dicat ei: Exurge, ueni proxima mea, for
mosa mea, columba mea: & reliqua. Hæc sunt quæ, ut superius designauimus, difficultatem plurimam
dirigendi ordinis, & aperiendæ intelligentiæ habere nobis uisa sunt. Quæ ut puto euidentiora fecerit
repetita hac nunc indago sermonum. Spiritualis autem in his expositio non ita laboriosa ac difficilis
habetur. Sponsa enim uerbi anima, quæ in domo eius regali, hoc est in ecclesia consistit: docetur à uer-
bo dei, qui est sponsus suus: quæcunque reposita sunt & recondita intra aulam regiam & cubiculum re
gis: discit in hac domo, quæ est ecclesia dei uiui: cellas etiam uini illius quod de sanctis torcularibus cõ
gregatum est: cellas uini non solum noui, sed & ueteris ac suauis, quæ est doctrina legis & prophetа-
rum, in quibus sufficiẽter exercitata recipiat in se, ipsum qui erat in principio apud deũ, deus uerbum,
sed non semper secum permanentem. Non enim possibile est hoc humanæ naturæ, sed interdum qui-
dem uisitetur ab eo, interdum uero relinquatur, ut amplius desideret eum. Cum uero uisitatur à uerbo
dei secundum propositi uersiculi sensum, per montes saliens uenire dicitur ad eam: excelsos scilicet &
eleuatos, reuelans ei cœlestis scientiæ sensus: ita ut perueniat usque ad ædificationem ecclesiæ, quæ est
domus dei uiui, columna & firmamentum ueritatis, & stet iuxta parietem, uel post parietem, ut neque
penitus abscondatur, neq; omnino in promptu sit. Verbum enim dei & sermo scientiæ: non in publi-
co & palàm positus, neque conculcandus pedibus apparet, sed cum quæsitus fuerit inuenitur, & inue-
nitur non, ut diximus, in propatulo positus: sed obtectus, & quasi post parietem latens. Anima autem
quæ in ecclesia esse dicitur, non intra ędificia parietum collocata intelligitur: sed intra munimẽta fidei,
& ædificia sapientiæ posita celsisq; fastigijs charitatis obtecta. Propositum ergo bonum & fides recto-
rum dogmatum, animam esse in domo ecclesiæ facit: cuius domus membra quędam sunt: quę uel cubi
culum, uel domus uini, uel alia huiusmodi, pro gratiarum scilicet gradibus & donorum spiritualium di
uersitatibus appellantur. Sic ergo & paries nunc pars quædã domus huius est, quæ potest indicare do-
gmatum firmitatem, sub qua stare dicitur sponsus, & in quibus tam magnus & excelsus est: ut emineat
omne ædificiũ & prospiciat sponsam, id est, animam. Et nondum quidem apertum se ei totumq; mani- B
festet, sed quasi per retia prospiciens, hortetur eam & prouocet, non sedere intrinsecus segnem, sed e-
xire ad se foras: & conari, ut non iam per fenestras & retia, neque per speculum in ænigmate, sed proce
dens foras facie ad faciem uideat eum. Nunc enim quia nondum potest ita eum intueri: propterea non
ante, sed retro ei, & post parietem stet. Incumbit autem per fenestras, quæ sine dubio patebant ad reci-
piendum lumen ad illuminandam domum. Per has ergo sermo dei incumbens & prospiciens, prouo-
cat exurgere, & ad se uenire animam. Possumus autem sensus corporeos fenestras intelligere, per quas
aut mors, aut uita intrat ad animã. Sic enim designat Hieremias propheta cum de peccatoribus loqui-
tur, dicens: Ascendit mors per fenestras uestras. Quomodo ascẽdit mors per fenestras? Si oculi pecca-
toris uideant mulierem, & mœchentur eam in corde suo: sic mors ingressa est ad animam per fenestras
oculorum. Sed & cum recipit quis auditum uanum & præcipue falsæ scientiæ dogmatum peruerso-
rum: tunc per aurium fenestras mors intrat ad animam. Si uero anima intuens ornamentum mundi, &
ex pulchritudine creaturarũ conditorem omnium intelligat deum, & opera eius miretur laudetq; ope
rum creatorem, ad animam hanc uita ingreditur per fenestras oculorum. Sed & cum auditum inclinat
ad uerbum dei, & rationibus sapientiæ ac scientiæ eius delectatur, huic per aurium fenestras ad animã
sapientiæ lumen ingreditur. Per has ergo fenestras prospiciens uerbum dei, & prospectum suum ad
sponsam animam dirigens, assurgere hortatur eam & uenire ad se: id est, corporea & uisibilia relinque-
re, & ad incorporea & inuisibilia ac spiritualia properare: quoniã quæ uidentur, temporalia sunt, quæ
autem non uidentur, æterna sunt. Sic & spiritus dei circumire dicitur, & quærere dignas animas, quæ
apte rectèq; fieri possint ad habitaculum sapientiæ. Quod autem per retia fenestrarum prospicere dici
tur: illud sine dubio indicat, quod donec in domo huius corporis posita sit anima, non potest nudam
& apertam dei sapientiam capere, sed per exempla quædam & indicia atq; imagines rerum uisibilium,
illa quæ sunt inuisibilia & incorporea contemplatur, & hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fe
nestrarum. Si uero de Christo hæc & ecclesia exponamus, domus, in qua habitabat ecclesia, scripturæ
sunt legis & prophetarum: ibi enim & cubiculum regis est, omnibus diuitijs scientiæ ac sapientiæ re-
pletum: ibi & domus uini, doctrina scilicet uel mystica, uel moralis quæ lætificat cor hominis. Adue-
niens ergo Christus stetit paululum post parietem ueteris testamenti. Stetit enim post parietem cum
non manifestaretur ad populum. Vbi uero affuit tempus, & cœpit per fenestras legis ac prophetarum,
per ea scilicet quæ de eo prædicata fuerant apparere, & ostẽdere se ecclesiæ intra domum, hoc est intra
literam legis sedẽti: prouocat eam inde exire & uenire foras ad se. Nisi enim exeat, nisi procedat & pro
grediatur à litera ad spiritum: non potest sponso suo coniungi, neq; Christo sociari. Vocat ergo eam, et
inuitat à carnalibus ad spiritualia, à uisibilibus ad inuisibilia, à lege uenire ad euangelia. Et ideo dicit ei:
Surge, ueni proxima mea, formosa mea, columba mea. Et ut aliqua etiam de his quæ postmodũ dicen-
da sunt, præueniamus, timẽtes sensum perdere, qui occurrit in hoc loco: propterea fortassis et illud dicit

adeam,quia etiam hyems transiit,pluuia abijt,simul & passionis suæ tempus indicans, quod transacta A
hyeme & delectis imbribus,ipse passus est:simul & illud quoq; per spiritualem designans intelligentiam,quod usq; ad illud tempus quo Christus passus est:imbres fuerunt super terram. Mandabat enim adhuc dominus imbribus prophetis,ut pluerent uerbi pluuiam super terram. Sed quia usque ad Ioannem Baptistam prophetica finiuntur officia,merito imbres abijsse & discessisse dicuntur.Cessarunt autem prophetici imbres,non ad damnum credentiũ,sed ad maiora ecclesiæ lucra. Quid enim imbribus opus est,ubi flumen dei lætificat ciuitatem,ubi in corde uniuscuiusq; credentium, fons aquæ uiuæ fit, salientis in uitam æternam? Quid opus imbribus, ubi iam flores apparuerunt in terra nostra: & ex aduentu domini,iam non exciditur ficulnea quæ prius non attulerat fructum? Nunc enim iam produxit grossos suos,Sed & uineæ dederunt odorem suum. Vnde & unus quidam ex ista uinea dicebat: Quia Christi bonus odor sumus deo,in omni loco in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Sed hæc,sicut supra designauimus,antequam ad ipsa scripturæ loca ueniremus, præsumpsimus: ne forte fugeret nos sensus:qui occurrisse uidebatur in tempore.Nunc repetamus, quomodo per retia prospicere dicatur. Scriptum est:Non enim inique tenduntur retia auibus.Et iterum:Iustus si incurrerit in peccatũ, effugere iubetur,sicut & damula ex laqueis,& auis ex retibus.Plena est ergo uita mortalium laqueis offensionum,retibus plena deceptionum,quas tendit aduersum genus humanum ille qui contra dominum gigas uenator Nemrod appellatur. Verus etenim gigas quis alius est, nisi diabolus, qui etiam aduersus deum rebellat? Laquei ergo tentationũ,& decipulæ insidiarum,diaboli retia appellantur. Et quoniam hæc retia ubique tetenderat inimicus,atq; in ipsis penè omnes inuoluerat, oportebat esse aliquem qui fortior & eminentior fieret his & contereret ea:ut sequentibus se uiam posset aperire. Idcirco ergo & saluator priusquam in coniugium & societatem ueniret ecclesiæ:tentatur à diabolo,ut uincẽs retia tentationum per ipsa prospiceret,& per ipsa uocaret eam ad se: docens sine dubio & ostendens ei, quod non per ocium & delicias: sed per multas tribulationes & tentationes ueniendum sibi esset ad Christum.Nullus ergo alius fuit qui retia ista superare potuerit. Omnes enim peccauerunt, sicut scriptum est:Et rursus,ut scriptura dicit:Non est iustus super terram,qui fecerit bonum & non peccauerit. Et iterum:Nemo mũdus à sorde,nec si unius diei fuerit uita eius. Solus ergo est dominus & saluator noster Iesus Christus,qui peccatum nõ fecit:sed peccatum eum pater fecit pro nobis, ut in similitudine carnis peccati,de peccato damnaret peccatum. Venit ergo ad ista retia, sed inuolui in eis solus ipse non potuit:quinimò diruptis eis & contritis dat ecclesiæ suæ fiduciam,ut audeat iam cassare laqueos, & transire per retia,& cum omni alacritate dicere:Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Laqueus contritus est:et nos liberati sumus.Quis autem contriuit laqueos,nisi ille qui solus in eis teneri non potuit? Quamuis & ipse in morte fuerit uoluntarie: & non ut nos necessitate peccati.Solus est enim,qui fuit inter mortuos liber.Et quia liber inter mortuos fuit: idcirco deuicto eo qui habuit mortis imperium,abstraxit captiuitatem quæ tenebatur in mortem. Et non solus semetipsum resuscitauit à mortuis,sed & eos qui tenebantur in mortem simul excitauit,simulq; sedere in cœlestibus fecit. Ascendens enim in altum,captiuam duxit captiuitatem:nõ solum animas educens, sed & corpora eorum resuscitans,sicut testatur euangelium: quod multa corpora sanctorum resuscitata sunt, & apparuerunt multis,& introierunt in sanctam ciuitatem dei uiuentis Hierusalem. Hęc nobis expositio de retibus secundo in loco assumpta est.Sit sanè legẽtis iudiciũ,quæ earum mysticis dignius aptari possit eloquijs.

HOMILIA QVARTA

SVrge ueni proxima mea,speciosa mea,columba mea:quoniam ecce hyems transiit,pluuia abijt,& recessit sibi:flores uisi sunt in terra, tempus putationis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra. Arbor ficí produxit germina sua: uites florentes dederunt odorem suum. Quid contineat ordo dramatis,iam supra descripsimus:nunc uero quid uel sermo dei ad animam se dignam sibiq; aptam:uel quid Christus ad ecclesiam dicere intelligendus sit,aduertamus.Sed interim primus sermo dei loquatur ad hanc speciosam decoramq; animam, cui per sensus corporeos, id est per intuitum lectionis, & per auditũ doctrinæ,quasi per fenestras apparuit proceritatemq; suæ magnitudinis demonstrauit:ita ut in superioribus ei loqueretur incumbens atq; inde euocans eam,ut procedat foras: & extra sensus iam corporeos effecta, desinat esse in carne: ut merito audiat: Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Non enim aliter diceret eam uerbum dei proximam sibi, nisi conjungeret se ei, & fieret cum eo unus spiritus:nec diceret eã speciosam,nisi uideret imaginem eius renouari de die in diem: & nisi uideret eã capacem spiritus sancti,qui in specie columbæ descendit in Iordane super Iesum,non ei diceret,columba mea.Conceperat enim amorem uerbi dei,et cupiebat ad ipsum uolatu celeri peruenire,dicẽs:Quis mihi dabit pennas sicut columbæ,& uolabo & requiescam? Volabo sensibus,uolabo intellectibus spiritualibus:& requiescam, cum apprehendero sapientiæ & scientiæ eius thesauros. Puto enim quia sicut hi qui mortem Christi recipiunt,& mortificant membra sua super terram, consortes efficiuntur similitudinis mortis eius:ita & hi qui uirtutem spiritus sancti recipiunt:& sanctificantur ex eo: & donis eius replentur,quia ipse in specie columbæ apparuit:etiam ipsi columbæ fiant: ut de terrenis & corporeis locis euolent ad cœlestia, pennis sancti spiritus subleuati. Quod sit autem tempus opportunum, quo hæc fieri possint,consequenter inseruit. Quia ecce hyems, inquit,transiit, pluuia abijt. Non enim ante anima uerbo dei iungitur & sociatur,nisi omnis ex ea hyems perturbationum ac uitiorum procel

A la discesserit:& ultra iam non fluctuet & circunferatur omni uento doctrinæ. Vbi ergo ex anima hæc cuncta discesserint,desideriorum que ab eadem tempestas effugerit: tunc incipient in ea flores uernare uirtutum: tunc eius menti & tempus putationis aduenit: & si quid superfluum & minus utile fuerit in eius sensibus, uel intellectibus, resecabitur, & ad gemmas spiritualis intelligentiæ reuocabitur. Tunc etiam uocem turturis audiet, illius sine dubio sapientiæ quam dispensator uerbi loquitur inter perfectos,sapientiæ dei altioris,quæ abscondita est in mysterio.Hoc nanque indicat appellatio turturis. Hæc nanque auis in secretioribus & remotis à multitudine locis, uitam transigit, aut deserta montium diligens, aut secreta syluarum, procul semper à multitudine posita, & à turbis aliena. Quid autem est aliud quod opportunitati temporis huius amœnitatiq; conueniat.Ficus,inquit,produxit germina sua.Notandum quidem fructus ipsius spiritus qui sunt gaudium, charitas, pax & cætera. Sed iam tamẽ germina eorum proferre incipit spiritus hominis,qui in ipso est singulariter ficulnea nominatus.Sicut enim generaliter in ecclesia,diuersæ arbores,singulæ quæque animæ credentium intelliguntur: de quibus dicitur: Omnis arbor quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Et iterum Paulus qui se dicit adiutorem dei esse in agricultura dei:ait etiam ipse: Ego plantaui, Apollo rigauit.Sed & dominus in euangelijs:Aut facite arborem bonam,& fructum eius bonum: aut arborem malam,& fructum eius mălum.Sicut ergo generaliter in ecclesia, singuli quique credentium, diuersæ arbores intelliguntur:ita & in unaquaq; anima, diuersæ uirtutes efficacia eius, diuersæ arbores intelliguntur.Est ergo & in anima ficus quædam quæ producit germen suum: est & uitis quæ floreat & reddat odorem suum. Cuius uitis palmites purgat cœlestis agricola, ut fructum plurimum afferant. Sed hæc uitis primo per odoris suauitatem, quæ ex flore redditur lætificat odoratum, secundum eum qui dicebat:Quia Christi bonus odor sumus deo in omni loco.Hæc ergo initia uirtutum uidens sermo dei in anima,uocat eam ad semetipsum,ut festinet & exeat:& abijciens cuncta corporea, uenit ad eum,ut perfectionis eius particeps fiat.Idcirco igitur quasi adhuc iacenti,et in rebus corporeis incumbenti primo dicit:Exurge:& quasi quæ statim obedierit,& obsecuta sit uocanti, collaudatur ab eo & audit, proxima mea & columbà mea.Et post hæc ne ad tentationũ turbines trepidaret, annũciat ei quod hyems discesserit,& pluuia transierit & abierit sibi. Bene autem uitiorum & peccatorum naturam, uno miro sermone prolato significauit:ut huiusmodi diceret hyemem & pluuiam,quæ ex uitiorum delicto tempestateq; descendat:sibiq; abisse indicans,& per hoc nullam esse substantiam peccatorum. Non enim
B decidentia de homine uitia,ad aliquam aliam substantiam peccatorum congregantur: sed sibi abeunt, & in semetipso resoluta euanescunt,atque in nihilum rediguntur.Et ideo dixit,quia abijt sibi. Fit ergo tranquillitas animæ,apparente ei uerbo dei,& cessante peccato:et ita demum florente uinea,incipient uirtutes atque arbusta,bonorum operum fructum germinare.Sed nunc iterum Christus hęc loquitur ad ecclesiam,& in anni circulum,omne præsentis seculi spaciũ ponit. Et per hyemem quidem illud indicat tempus,in quo uel Ægyptios grando & turbines ac reliqua decem plagarum uerbera flagellabant:uel cum diuersa bella perferebat Israel:uel etiam cũ ipsi saluatori restitit, & incredulitatis turbine correptus,naufragio fidei submersus est.Vbi ergo illorum delicto salus gentibus facta est: uocat nunc ad se ecclesiam,dicitq; ei: Exurge & ueni ad me, quia iam hyems quæ submersit incredulos, & uos in ignorantia reprimebat,abscessit.Sed & pluuia pertransiit,id est iam non mandabo nubibus,prophetis scilicet,ut pluant pluuiam uerbi super terras:sed ipsa uox turturis,hoc est ipsa dei sapientia loquetur in terris,& dicet:Ipse qui loquebar adsum.Flores ergo credẽtium populorum & orientium ecclesiarum apparuerũt in terra.Sed & putationis tempus,per fidem meæ passionis & resurrectionis aduenit.Amputantur enim & execantur ab hominibus peccata, cum in baptismo donatur remissio peccatorum. Vox quidem turturis(ut diximus)iam non per diuersos prophetas sed per os ipsius sapientiæ dei auditur in terris.Et ficulnea germinat,quæ potest in fructibus sancti spiritus accipi:qui nunc primum aperiuntur & demonstrantur ecclesiæ:uel etiam in litera legis, quæ ante aduentum Christi clausa erat & constricta,& indumento quodam intelligentiæ carnalis obtecta.Ex præsentia uero eius et aduẽtu,prolatum est ex ea germen spiritualis intelligentiæ:& sensus uiridis & uitalis,qui in ea tegebatur apparuit: ut ecclesia quæ tegebatur à Christo in ficulnea,id est in lege,non appareat arida, nec occidentem literam sequi,sed florentem & uiuificantem spiritum.Sed & uites florere dicuntur,& dedisse odorem suũ. Possunt quidem & diuersæ ecclesiæ quæ per orbem terræ habentur,uites dici florentes ut uineæ. Vinea enim domini sabaoth domus Israel est, & domus Iuda delecta nouella.Istæ ergo uineæ cum primo accedunt ad fidem,florere dicuntur.Cum uero per religionem operum suorum suauitate adornantur,odorem suum dedisse dicuntur.Et non sine causa puto quod non dixerit,odorẽ dederunt,sed odorem suũ:ut ostenderet ineſſe unicuiq; animæ uim possibilitatis, & arbitrij libertatem, qua possit agere omne quod bonũ est.Sed quia hoc naturæ bonum præuaricationis occasione decerptum, uel ad ignominiam uel ad lasciuiam fuerat inflexum:ubi per gratiam reparatur,& per doctrinam uerbi dei restituitur,odorem reddit sine dubio illum,quem primus conditor deus indiderat,sed peccati culpa subtraxerat.Possunt autem & uites uel uineæ,intelligi uirtutes cœlestes & angelicæ, quæ hominibus largiuntur odorem suum,id est doctrinæ & institutionis bonum,quo instruunt & imbuunt animas, donec ad perfectionem ueniant, & incipiant capaces fieri dei. Sicut & Apostolus ad Hebræos scribens dicit: Nonne omnes sunt ministeriales spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

salutis. Et ideo dicuntur ab ipsis quasi primum florem & odorem bonorum operum capere homines: A
ipsos uero fructus uitis ab eo sperare qui dixit: Non bibam de generatione uitis huius, donec bibam il
lud uobiscum nouum in regno patris mei. Illi ergo perfecti flores et fructus, ab ipso sperandi sunt: initia
uero & (ut ita dicã) proficiẽdi suauitas, potest à cœlestibus uirtutibus ministrari. Vel certe per eos qui
dicebant (ut supra diximus) quoniam Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Sed & alio modo
possumus adhuc intelligere hæc quæ habentur in manibus, ut dicamus ueluti prophetiam quandam
uideri ad ecclesiã factam, per quam uocetur ad repromissiones futuras, ut quasi post consummationẽ
seculi cũ tempus resurrectionis aduenerit, dicatur ei, exurge. Et quia sermo hic statim opus resurrectio
nis designat, tanquã ex resurrectione clarior & splendidior effecta inuitatur ad regnũ & dicitur ei: Ve
ni proxima mea, speciosa mea, columba mea, quia hyems transiit. Hyemem sine dubio huius præsentis
uitæ procellas & turbines nominans, quibus humana uita, tentationum procellis agitur. Transiit er-
go hyems ista cum pluuijs suis, abijt sibi. Sibi enim unusquisq; egit in hac uita omne quod egit. Princi-
pium uero repromissionum futurarum, flores. Securim ad radicem arboris positam in consummatio-
nem seculi, ut excidat omnem arborẽ non facientem fructum bonũ: tempus putationis intellige. Vo-
cem uero turturis quæ in literis repromissionis auditur, quam mansueti in hæreditate suscipient, Chri-
sti personam facie ad faciem, & non iam per speculum & in ænigmate docẽtis, aduerte. Ficulnea uero
quæ germen suum producit, totius congregationis iustorum fructus habeatur. Istæ uero & sanctæ &
beatæ angelicæ uirtutes, quibus electi quiq;, et beati ex resurrectione sociabuntur, qui erũt sicut angeli
dei: ipsæ sunt uites florentes & uineæ, quæ odorem suum unicuiq; animæ & gratiam quam à conditore
susceperit prius: & nũc iterũ perditam recuperauit, impertiunt: suauitatecq; cœlestis odoris, fœtorẽ tãdem
abiectæ ab eis mortalitatis corruptionisq; depellunt. Surge & ueni proxima mea, columba mea, in ue-
laminibus petræ iuxta promurale. Ostende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi uocẽ tuam: quoniã
uox tua suauis est, & facies tua speciosa. Secundum propositi dramatis ordinem, sponsus qui saliens su
per montes & exiliens super colles ad sponsam uenerat, prospiciens eam & intuẽs per feneſtras, secun
do iam loco dicit ad eam: Surge, ueni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Nũc uero addit etiam
hoc, ut ostenderet ei locum ad quem uenire debeat, qui locus sub uelamẽto et tegmine saxi sit positus.
Sit autem idem locus non tam iuxta murum, quàm iuxta promurale quoddam. Promurale autem di-
citur, cum extra muros qui ambiunt ciuitatem, alius ducitur murus, & est murus ante murum. Tum de
inde quasi si reuerentiæ causa, ipsa sponsa obtecta sit & uelata: petit ipse sponsus, ut ueniens ad illum lo B
cum quem supra ostendit, utpote secretiorem, ibi ei quasi reiecto uelamine ostendat faciem suam. Et
quia pro multa reuerentia taceret sponsa, desiderat sponsus aliquando etiam uocem eius audire, & de-
lectari in uerbis eius: & dicit, ut auditam sibi faciat uocem suam. Videtur tamen quod nõ ei penitus in-
cognita sit facies eius, neq; uocis eius ignarus sit: sed quia interceſſerit aliquid, in quo nec faciem eius
uiderit, nec uocem audierit. Iste sit propositi dramatis textus: cui et hoc additur, quod ueris tempus agi
uideatur, cum & flores apparuisse memorantur in terra, & uox turturis personare, & germen arbores
produxisse. Propter hoc uelut opportuno tempore progredi prouocat sponsam, quæ sine dubio hye-
mem totam intra domus claustra resederit. Sed hæc nullam mihi uidentur (quantum ad historicam nar
rationem pertinet) utilitatem conferre legentibus, aut aliquam saltem narrationis ipsius seruare conse-
quentiam: sicut in cæteris scripturæ historijs inuenimus: unde necesse est cuncta ad spiritualem trãsfer
re intelligentiam. Primo ergo intellige mihi animæ hyemem, cum adhuc passionum fluctibus iactatur
& uitiorum procellis, ac duris malignorum spirituum flatibus uerberatur. In his positam, non hortatur
eam sermo dei foras exire, sed intra semetipsam colligi, & uniri undiq; atq; contegi contra pernicioſos
malignorum spirituum flatus. Nulli tunc in diuinis literis studiorũ flores apud eam, nec profundioris
sapientiæ secreta & recondita mysteria, quasi per uocem turturis resonant. Sed neq; odoratus eius gra
tiæ aliquid quasi ex uineæ floribus recipit: neq; uisus eius tanquam in ficulneæ germine delectatur, sed
sufficit ut in tempestatibus tentationum, à lapsu peccati tuta ac munita permaneat. Quod si obtinuerit
ut illæsa perduret: hyems ei transiit, & uenit ei uer (uer namq; ei est cum quies animo datur, & tranquil
litas menti) tunc ad eam uenit uerbum dei: tunc eam uocat ad se, & hortatur ut exeat: non solum extra
domum, sed extra ciuitatem: id est, nõ solum extra carnis uitia efficiatur, sed extra omne quicquid cor-
poreum & uisibile cõtinetur in mundo. Namq; figuraliter in lege ciuitatem iam in superioribus euidẽ-
ter ostendimus. Euocatur ergo anima extra murum & usque ad promurale perducitur, cum abijciens
& relinquens ea quæ uidentur & temporalia sunt, contendit ad ea quæ non uidentur & æterna sunt.
Ostenditur ergo ei iter istud sub uelamine petræ agendum, non sub aere nudo: neq; ut patiatur solis ar-
dores, ne iterum fusca fiat, ne iterum dicat, despexit me sol: propterea sub uelamine petræ agit hoc iter.
Hoc autem ipsum uelamen nõ uult ex frondibus ei esse, aut linteis, aut pellibus, sed petram uult ei esse
uelamen: id est firma & solida Christi dogmata. Ipsum namq; esse petram Paulus pronũciat, dicens: Pe-
tra autem erat Christus. Christi ergo doctrina & fide si obtegatur anima & ueletur, tuto potest ad il-
lud peruenire secretum, ubi reuelata facie gloriam domini contempletur. Merito autem uelamẽ istud
petræ tutum creditur: quia & Salomon de ea dicit in prouerbijs, quod uestigia serpentis non possunt
deprehendi super petram. Sic enim ait: Tria sunt quæ impossibile est mihi intelligere, & quartũ quod
ignoro: Vestigia aquilæ uolantis, & uiam serpentis super petrã, & semitas nauis in pelago, & uias uiri
in

A in iuuentute. Serpentis ergo, id est diaboli: uestigia, id est signa aliqua peccati, in hac petra quæ
est Christus, inueniri non possunt: quia solus est qui peccatum non fecit. Huius ergo petræ ue-
ro uelamine anima tuto peruenit ad promuralem locum, id est contemplandum incorporalia æter-
na. De hac eadem petra alia uerbi specie Dauid in triceſimonono psalmo dicit: Et statuit supra pe-
tram pedes meos, & direxit gressus meos. Nec mireris si apud Dauid petra hæc quasi fundamen-
tum & crepido est animæ, per quam pergit ad deum: Et apud Salomonem uelamen est animæ ad
mystica sapientiæ secreta tendentis, cum & ipse Christus nunc uia dicatur, per quam credentes in-
cedunt, nunc etiam præcursor: sicut ait Paulus: In quod præcursor introiuit pro nobis Iesus. Simi-
le est & istud quod per Moysen dicitur à deo: Ecce posui te in foramine petræ, & uidebis posterio-
ra mea. Igitur petra ista quæ Christus est, non est ex omni parte clausa, sed habet foramen. Fora-
men uero est petræ, qui reuelat & innoteſcere facit hominibus deum. Nemo ergo uidet patrem nisi
filius: nemo ergo uidet postrema dei, id est quæ in postremis temporibus fiunt, nisi positus in fora-
mine petræ, scilicet cum ea Christo reuelante didicerit. Et hic ergo sub uelamine petræ animam pro
ximam sibi effectam, inuitat sermo dei ad promuralem locum, sicut supra iam diximus, ad contem-
planda ea quæ non uidentur & æterna sunt: & ibi dicit ad eam: Ostende mihi faciem tuam: profecto
ut uideat, si aliquid in uultu eius ueteris adhuc uelaminis habeat: sed possit intrepidis obtusibus glo
riam domini speculari, ut hæc ipsa dicat: Et uidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti à pa-
tre, plenum gratiæ & ueritatis. Sed & cum digna fuerit, ut de ipsa dicatur, sicut & de Moyse dictum
est: quia Moyses loquebatur, & dominus respondebat ei: tunc completur in eo quod ait: Auditam
fac mihi uocem tuam. Ingens uero laus eius ostenditur in eo quod dicitur: Vox tua suauis. Sic enim
sapientissimus propheta Dauid dicebat: Suauis sit ei disputatio mea. Suauis autem est uox animæ,
cum uerbum dei quod loquitur cum fide, & dogmatibus ueritatis exponit: cum dispensationes dei
& iudicia eius explanat. Si uero aut stultiloquium, aut scurrilitas, aut uanitas de ore eius procedunt,
aut uerbum ociosum, de quo reddenda sit ratio in die iudicij, insuauis & iniocunda uox ista est. Ab
hac uoce Christus auertit auditum suum. Et ideo quæque perfecta anima ponit ori suo custodiam,
& ostium circunstantiæ labijs suis: ut talem semper sermonem proferat, qui sale conditus det gra-
tiam audientibus, & dicat de ea uerbum dei: quia uox tua suauis. Sed & facies tua, inquit, specio-
sa. Si intelligas illam faciem, de qua Paulus dicit: Nos autem omnes reuelata facie: & item cum di-
B cit: Tunc autem facie ad faciem: tunc uidebis quæ sit animæ facies, quæ laudetur à uerbo dei, & spe-
ciosa esse dicatur. Illa sine dubio quæ quotidie renouatur ad imaginem eius qui creauit eam: quæ
non habet in se maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed est sancta & immaculata, qualem
& ipse sibi exhibuit Christus ecclesiam, animas scilicet quæ ad perfectionem uenerunt, quæ omnes
simul efficiunt corpus ecclesiæ. Quod corpus utique pulchrum uidebitur & decorum: si animæ ex
quibus corpus illud efficitur, in omni perfectionis decore permanserint. Sicut enim cum anima in
iracundia est, turbatum & ferum reddit corporis uultum: cum uero in mansuetudine & tranquilli-
tate persistit, placidum mitemq; reddit aspectum: Ita & ecclesiæ facies pro uirtutibus & motibus cre-
dentium, aut decora pronunciatur, aut turpis: secundum quod & scriptum legimus: Vestigium cor-
dis in bonis, uultus hilaris. Et item alibi: Cordis læti facies florida: in tristicijs autem positi, mœstus est
uultus. Cor ergo lætum est, cum habet in se spiritum dei: cuius primus fructus charitas est, secundus
gaudium est. Ex his puto quosdam sapientes seculi assumpsisse illam sententiam quæ dicit: Quia solus
sapiens speciosus est: omnis autem nequam, turpis est. Supereſt nobis ut aliquid apertius etiam
de nomine promuralis dicamus. Quod (sicut supra dicimus) indicat murum esse ante murum: quod e-
tiam in Esaia hoc modo dicitur: Pone murum, et circa murum. Murus munimentum ciuitatis est. Alius
uero murus ante murum uel circa murum, maiora & ualidiora munimenta designat. Per quod osten-
ditur, quia euocans sermo dei animam, & educens eam à corporalibus negocijs & corporis sensibus,
docere eam de futuri seculi mysterijs cupit: & inde ei munimenta conquirere, ut spe futurorum mu-
nita & circundata, in nullo possit uel illecebris uinci, uel tribulationibus fatigari. Nunc etiam uidea-
mus quomodo hæc à Christo ad ecclesiam dicantur, quæ est proxima ei & speciosa. Speciosa autem
nulli alij nisi soli ipsi: hoc enim significat cum dicit, speciosa mea: hanc ergo exuscitat Christus, & ip-
si euangelium resurrectionis annunciat: & ideo dicit: Exurge, ueni proxima mea, speciosa mea. Quia
autem dedit & ei pennas columbæ, postea quàm dormiuit in medio sortium: media autem inter duas
uocationes Israelis, ecclesia uocata est: quia primo Israel uocatus est: post hæc ubi ipse offendit, & ce-
cidit, uocata est ecclesia gentium. Cum autem plenitudo gentium introierit, tunc iterum omnis
Israel uocatus saluabitur. In medio ergo harum duarum sortium dormit ecclesia. Et propter hoc de-
dit ei pennas columbæ deargentatas, quod significat rationabiles pennas in sancti spiritus donis. Et
posteriora dorsi eius: uel in uiriditate auri, ut quidam legunt: uel ut alij scriptum habent, in pallore auri.
Quod ostendere potest: quia posterior illa uocatio quam ex Israel futuram dicit apostolus, non erit
in obseruantia legis, sed in preciositate fidei. Auri namque uiriditatis gerit speciem, fides uirtutibus flo
rens. Potest autem dici in medio earum sortium dormire uel quiescere ecclesia, in medio duorum testa-
mentorum: & pennæ eius deargentatæ ex sensibus legis. Aurum in posterioribus dorsi eius, intelligi
euangelici muneris donum potest. Ad hanc ergo ecclesiam dicit Christus: Veni tu columba mea, &

uenit in operimento petræ: docens eam ut operta ueniat, ne quid patiatur ab incursantibus eã tentatio A
nibus, sed sub umbra petræ incedat obtecta, dicens: Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus. Obtecta autem incedit & adoperta: quia debet potestatẽ habere super caput propter angelos. Cum autẽ uenerit ad promuralem locum, id est, ad futuri seculi statum, ibi ad eam dicit: Ostende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac uocem tuam: quia uox tua suauis est. Auditam uult fieri uocem ecclesiæ suæ: quia qui eum confessus fuerit coram hominibus, & ipse cõfitebitur eum coram patre suo qui in cœlis est. Quia uox tua suauis est, & quis non fatetur suauem uocem ecclesiæ catholicæ, fidem ueram confitentis: insuauem uero & iniucundam esse hæreticorum uocem, qui non dogmata ueritatis, sed blasphemias in deum, & iniquitatem in excelsum loquũtur? Sic & facies ecclesiæ speciosa est, hæreticorum uero turpis & fœda: si quis est tamen qui bene nouerit pulchritudinem uultus probare: id est, si quis spiritualis est, qui scit examinare omnia. Nam apud imperitos & animales homines, pulchriora uidentur mendacij sophismata quàm dogmata ueritatis. Possumus aũt adhuc de loco promurali etiam hoc addere, quod promurale sinus sit patris, in quo positus unigenitus filius enarrat omnia, & enunciat ecclesiæ suæ quæcunq; in secretis & in absconditis patris sinibus cõtinentur. Vnde & quidam ab eo edoctus dicebat: Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus dei filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Illuc ergo euocat sponsam suam Christus: ut & de omnibus eam quæ apud patrem habentur, edoceat, & dicat: Quia omnia uobis nota feci, quę audiui à patre meo: & ut iterum dicat: Pater, uolo ut ubi ego sum illic sit & minister meus. Capite nobis uulpes pusillas, exterminãtes uineas: & uineæ nostræ florebunt. Secundum dramatis ordinem mutata est persona: non enim iam ad sponsam sed ad sodales loquitur sponsus: & ipsis dicit, ut capiant uulpes pusillas, quæ insidiantur uineis ubi primum germen ostenderint, nec sinunt eas peruenire ad florem. Capi ergo eas præcepit, saluti & utilitati cõsulẽs uinearũ. Sed hæc ut cœpimus spirituali expositione discutiẽda sunt. Et puto quod si de anima hæc quæ se uerbo dei coniungit aduertas, uulpes contrariæ potestates & nequitiæ dæmonum intelligi debeant, per cogitationes prauas & intelligentiam peruersam, exterminantes in anima uirtutum florem & fructum fidei perimentes. Prouisio igitur uerbi dei, qui est dominus uirtutum, mandat angelis suis qui ad ministerium missi sunt propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis: ut capiant ex unaquaq; anima huiusmodi cogitationes à dæmonibus immissas, ut abiectis eis possint florem uirtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cum suggerunt menti non esse eas à deo, sed esse
à maligno spiritu: & dant animæ discretionem spirituum, ut intelligat quæ sit cogitatio secundũ deum, B
& quæ sit ex diabolo. Vt autem scias esse cogitationes, quas immittit diabolus in cor hominũ: uide in euangelio quod scriptum est: Cum autem immisisset, inquit, diabolus in cor Iudę Iscariotis, ut traderet eum. Sunt ergo huiusmodi cogitationes quæ à dæmonibus injiciũtur in cordibus hominum. Sed quia non deest diuina prouidentia: ne forte per huiusmodi importunitatem turbaretur libertas arbitrij, & non esset iusta causa iudicij: idcirco benignis angelis & amicis potestatibus, hominum cura mandatur: ut cum deceptores quasi uulpes incursare cœperint hominem, dextris eum auxilijs subleuent. Et ideo dicitur: Capite nobis uulpes pusillas. Cõpetenter sanè cum adhuc pusillæ sunt, capi eas mandat & comprehendi. Dum enim cogitatio mala in initijs est, facile potest abijci à corde. Nam si frequẽter iteretur, & diu permaneat, adducit animam sine dubio ad consensum, & post consensum intra cor suum confirmatum, certum est quia ad peccati tendat effectum. Dum ergo in initijs est, & pusilla est, capi debet & abijci: ne si adulta fuerit & inueterata iam non possit expelli. Denicq; & Iudas initiũ mali habuit in amore pecuniæ. Et hæc fuit illi uulpes pusilla. Sed ab hac cum uideret dominus Iudæ animam quasi florentem uineam lædi, capere eam uolens & abijcere ex eo: commisit ei pecuniæ loculos, ut possidẽs, à cupiditate eius quod amabat cessaret. Sed ille utpote habẽs sui arbitrij libertatẽ, nõ est amplexus medici sapientiam: sed indulsit semetipsum illi magis consilio quo exterminabatur anima sua, quàm quo sanabatur. Si uero hæc de Christo & ecclesia intelligamus, sermo uidebitur ad doctores ecclesiæ dirigi, & mã dari eis de captione uulpium exterminantium uineas. Vulpes autem peruersos doctores hereticorum dogmatum possumus intelligere, qui per argumentorum calliditatem seducunt corda innocentiũ, & uineam domini exterminant, ne floreant in fide recta. Datur ergo præceptum doctoribus catholicis: ut dum adhuc pusillæ sunt istæ uulpes, & nondum plures animas deceperunt: sed initium habet praua doctrina, arguere hos & refrenare festinent, & uerbo ueritatis cõtradicentes, reuincere, & capere hos assertionibus ueris. Si enim permanserint in principijs & indulserint, sermo eorum sicut cancer serpit, & fiet insanabilis: ut multi inueniantur qui decepti ab eis, pugnare iam pro ipsis incipiant, & defendere suscepti erroris autores. Sic ergo pusillas dignum est uulpes capere, & dolosa hæreticorum sophismata, in ipsis statim initijs, ueris assertionibus confutare. Vt autem utriusque expositionis nostræ euidentior claresçat assertio, congregemus ex diuinis uoluminibus, sicubi animalis huius mentio facta est. Inuenimus ergo in sexagesimo secundo psalmo de impijs ita dici: Ipsi uero inuanum quęsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. Sed & in euangelio secundũ Matthæum saluator ad scribam, qui dicebat ei: Magister, sequar te quocunq; ieris: respondit: Vulpes foueas habent, et uolucres cœli nidos ubi requiescant: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Similiter autem & in euangelio secundum Lucam, ad eos qui dixerunt domino: Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere: respõdit Iesus: Eũtes dicite uulpi huic: Ecce ego ejicio

dæmonia

A dæmonia, & sanitates perficio hodie & crastina, & in die tertia consummabor. In libro quoque Iudicum Samson, cum uxor quæ erat ex genere Philistinorum ei fuisset ablata, ait ad patrem eius: Innocens sum ego hac uice ab Allophylis, quia faciam uobiscum mala. Et abijt Samson, & accepit trecẽtas uulpes, & accepit lampades, & ligauit caudam ad caudam, & posuit lampadem unam inter duas caudas uulpium, & accendit ignem in lampadibus, & emisit eas per messes Allophylorum: & incendit omnes messes eorum, & stipulas eorum, & uineas eorum & oliueta eorum. Adhuc autem in secundo libro Esdræ, ubi Tobias Ammanita impediuit ædificationem eorum qui de captiuitate redierant, ut ædificarent templũ & murũ, ait ad Allophylos: Numquid isti sacrificabũt aut comedẽt immolata in hoc loco? Nónne ascendent uulpes, & destruent murum ipsorum quem ex lapidibus ædificant? Hæc sunt interim quę ad præsens nobis ex scripturis diuinis occurrere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta est, ut ex his sapiens quisq; lector prudenter possit conjicere, si apta usi sumus expositione in his quę proposita sunt nobis ad explanandum id quod ait: Capite nobis uulpes pusillas. Et quamuis operosum sit singula quæ exempli causa assumpsimus explanare: tamen quæ poterimus, breuiter contingemus. Et primo de sexagesimo secundo psalmo uideamus, ubi cum iusti animam persequerentur impij, ille psallebat, dicens: Ipsi autem inuanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. In quo utique ostenditur, quod uanis & inanibus uerbis prauí doctores decipere uolentes animam iusti, introire dicuntur in inferiora terræ, terram utpote sapientes, & de terra loquentes: atq; in inferiora eius, id est in profundum stulticiæ descendentes. Puto enim quod hi qui carnaliter uiuunt, quia sibijpsis tantummodo nocent, terra esse et in terra habitare dicuntur. Hi uero qui terrenis & carnalibus sensibus scripturas intelligunt, & alios ita docendo decipiunt, pro eo ipso quod argutias quasdam & argumenta carnalis & terrenæ sapientiæ concinnant, in inferiora terræ dicuntur ingredi. Vel certe quia grauius delinquunt, qui terrena docent, quàm qui ita uiuunt: eis futura pœna etiam grauior imminet: idemq; ipsi in manus gladij tradendi prophetantur, illius fortassis flammei & uersatilis. Quomodo autem & partes uulpium fiant, uideamus. Omnis anima aut pars est dei, aut pars est cuiuscunq; qui accepit potestatem super homines. Nam cum diuideret altissimus gentes, & dispergeret filios Adam, statuit fines gentium, secundum numerum angelorum dei, & facta est portio domini Iacob. Cum ergo cõstet unamquamq; animam aut in parte dei, aut in parte esse alterius cuiuslibet: quoniam quidem per arbitrij libertatem, possibile est unumquęq; ex parte alterius
B transire, uel ad partem dei si melius (ipso iuuante) elegerit: uel si nequius, ad dæmonum portionẽ: hinc horum mentio habetur in psalmo: Qui in uanum quæsierunt animam iusti, partes erunt uulpium: ueluti si diceret & pessimorum & nequissimorum dæmonum partes erunt: ut unaquæque maligna uirtus & dolosa, per quam deceptiones & fraudes falsæ scientiæ introductæ sunt, figuraliter uulpes appellentur: & hi qui in hunc errorem deducuntur, & nolunt acquiescere sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ quæ secundum pietatem est, sed decipi se patiuntur à talibus: isti talium partes uulpium fient, & introibunt cum eis in inferiora terræ. Ipsi sunt & illi, in quibus secundum euangelium uulpes istæ quas supra memorauimus, foueas habere dicuntur, in quibus filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Herodem quoque uulpem nominatum, pro fallaci calliditate credendum est. Nam de Samson qui trecentas uulpes cepisse & colligasse per caudas atq; interiecisse lampades ardentes in medio caudarum atque immisisse per messes Allophylorũ, & incendisse eas cum stipulis & oliuetis uineisq; memoratur, ualde mihi difficilis formę huius uel figuræ uidetur explanatio. Tẽtemus tamen aliqua ex his pulsare pro uiribus: & ponamus (sicut expositio nostra in superioribus continet) uulpes esse fallaces peruersosq; doctores. Hos Samson (qui ueri et fidelis imaginem tenet doctoris) capiens uerbo ueritatis, caudam ad caudam colliget, id est aduersantes sibi & diuersa à se inuicem sentientes docentesq; confutet: atq; ex ipsorum uerbis propositiones collectionesq; accipiens, in Allophylorum segetem, ignem conclusionis emittat: & ex proprijs eorum argumentis, omnes eorum fructus atq; uineas & oliueta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecentarum uulpium quæ à semetipsis diuersæ & dissonantes erant, triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut in facto, aut in uerbo, aut in consensu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in secũdo libro Esdræ scriptum diximus, penitus omittendum est. Vbi cum ædificarentur sancta sanctorum, id est cum fides Christi & sanctorum eius mysteria conderentur: inimici ueritatis fideiq; contrarij (qui sunt sapientes huius seculi) uidentes absque arte grammatica & peritia philosophica consurgere muros euãgelij, uelut cum irrisione quadam, dicunt per facile hoc posse destrui calliditate sermonum per astutas fallacias & argumenta dialectica. Hæc interim (quantum breuitas potuit pati) de assumptis exemplis dicta sufficiant. Nunc iam ad propositum reuertamur. Videtur ergo in cantico canticorum præceptum dari ab sponso, amicis sibi uirtutibus: ut capiant & arguant contrarias potestates, quæ insidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremq; uirtutum sub specie secretæ alicuius & occultæ sapientiæ: quæ quasi uulpes in foueis, ita in his hominibus qui semetipsos ad hæc sectanda præbuerint delitescunt: & quo facilius confutari possint & arguí, dum paruæ sint uulpes ipsæ, & initia habent pessimæ persuasionis, capi iubentur. Nam si forte creuerint, & maiores fuerint uulpes effectæ: iam nequeant ab amicis sponsi, sed ab ipso fortassis sponso solo capi poterunt. Sed & sancti quique doctores & magistri ecclesiæ, sicut acceperunt potestatem calcandi super serpentes &

res & scorpiones, ita accipiunt potestatem etiã capiendi uulpes. Si enim data est potestas eis super om A
nem uirtutẽ inimici, una sine dubio ex cæteris inimici uirtutibus est uulpes, quæ exterminat uineas flo
rentes: quæ cũ adhuc parua est, capi iubẽt: sicut & in centesimo tricesimo septimo Psalmo, beatus di
citur qui tenet & allidit paruulos Babylonis ad petram, nec permittit sensum Babylonitũ crescere in se
metipso, & augeri: sed cum est in initijs, allidit eum & tenet ad petram, tunc enim facile perimitur. Sic
ergo ordo explanationis percurrat. Capite uulpes nobis pusillas, quæ uulpes exterminant uineas flo-
rentes. Quod autem dicit, nobis: hoc est mihi sponso & sponsæ: uel certe mihi et uobis qui estis sodales
mei. Potest autem & ita accipi: Capite nobis uulpes: & post distinctionem dici, pusillas exterminantes
uineas: ut pusillas non tam ad uulpes quàm ad uineas referamus: ut uideantur pusillæ quidem uineæ
exterminari posse: id est paruæ quæque animæ, & initia habentes, non firmæ & robustæ lædi posse à cõ
trarijs potestatibus: sicut in euangelio dicitur: Si quis scandalizauerit unum de pusillis istis: in quo osten
ditur quia scandalizari non potest grandis & perfecta, sed pusilla & rudis anima: sicut in psalmo dici-
tur: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Simili ergo exemplo potest uide-
ri, quod pusilla quæq; uinea, incipiẽs uidelicet anima, possit à uulpibus, id est malignis cogitationibus
uel prauis doctoribus lædi: perfecta uero & ualida non possit. Sed si capiantur à bonis doctoribus uul
pes istæ, & abijciantur ex anima, tunc proficiet in uirtutibus, & florebit in fide. Amen.

QVATVOR HOMILIARVM IN CAN-
TICA CANTICORVM
FINIS.

IN IOB

PROOEMIVM▸

IOB qui dolens uel magnus interpretatur, figuram Christi portauit, Amici uero eius figuram hæreticorum tenẽt, qui sub nomine Chri-
sti, Christum blasphemant & impugnant. Heliu uero & Balaam, ty-
pum præferunt philosophorũ, qui à foris, id est extra fidem positi,
insidiantur ecclesiæ dei. Isti enim preciosa nomina sibi imponunt
quasi ipsi sint aurum dei, uel præcipui speculatores eius. Eliphaz e-
nim in Latino dei mei aurum sonat. Baldad præcipuus uetusta secre
ta. Sophar speculator uel buccina. Hi enim elati pro eo quod per na
turæ bonum, aliqua sapienter prædicabant, apud se iactitant esse ueritatem, cum assertо-
res sint mendacij: quia de Christo non ut diuinitati eius, sed ut ipsorum impietati compe-
tit, sic loquuntur.

A COMMENTARII IN IOB
CAP. I

Vir erat in terra Huz nomine Iob. Et erat uir ille simplex & rectus ac timens, etc.] Huz & Buz filij fuerunt Nachor fratris Abrahæ filij Mel-
chę sororis Saræ: de cuius stirpe Iob descẽdit. Non sicut quidã falso suspicãtur de genere eum fuisse Esau. Nam Eliphaz nascitur de Ada uxore Esau, & regnauit in Theman, unde etiam Themanites dictus est. Theman, Idumæa, Seir, Daroma, Zebora, regio fuit Esau. Habitauit aũt Iob uir magnus in terra Huz, quæ interpretatur cõsiliatrix. Sed & Elchana, qui interpretatur possessio dei, pater sanctissimi Samuelis prophetæ, uir unus appellatur: non enim per diuersa nobilis atq; instabilis ferebat, sed firmus atq; incõcussus persistẽs, uir unus erat, & idcirco in mõte Ephraim fructifero morabat.
B In alta scilicet cõtemplatione uirtutũ, ut à nullis subiacentib. & circumlatrantibus uitiorũ agitationibus, mentis eius sublimitas deiceretur, uel unitas scinderet. Proinde hic uir magnus atque egregius Iob, in terra Huz habitasse perhibetur, quę consiliatrix interpretat. Non enim terra carnis eius, animũ ipsius superabat, sed imperantis animi cõsilio, cuncta faciebat, unde
b 31.d & ipse ait: Pepigi fœdus cũ oculis meis, ut ne cogitarẽ quidẽ de uirgine. Hoc ergo consiliũ & pactũ quõdam sibi inuicẽ inierunt, homo eius interior & exterior: ut terra, id est, caro eius, obediendo fieret consiliatrix spiritui: ne in ea dominaretur iniquitas. Et quia uir iuxta diuinum testimoniũ simplex erat, habitans in domo, quatuor his pollebat uir-
tutibus, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia. C
b ¶ *Offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint, etc.*] Pro filijs suis, quos ita regebat, ut non tam pro præsentibus criminibus: quàm pro occultis in corde peccatis quæ hominum quoq; fugere noticiã possunt, diuinã clementiam, assiduis sacrificijs exoraret. Primogeniturã uero offerẽdi primogenitis, uel maxime regibus debebatur pro excellẽtia uidelicet sapientiæ uel nobilitate generis. Et quia typũ Christi Iob ferre diximus, uideamus nunc quid terra Huz in Christo significet. Terrã hãc, assumptũ uerũ hominẽ ex Maria intelligimus, quæ ideo filio dei assumente eã, consiliatrix dicit, quod per diuinitatẽ assumẽtis habitant in ea thesauri diuinæ sapiẽtiæ & sciẽtiæ absconditi: quã sibi ita indissolubili cõnexione conũxit, ut ipse in trinitate unus sit filius dei. Septẽ uero filij, septiformẽ spiritus sancti gratiã, & tres filiæ, legẽ, & prophetiã & euangelium nobis uidẽt significare. Oues plebẽ Christi, propter innocentiã, quæ in baptismo sordes peccatorũ deposuerint nominat. In camelis uero, gentiũ prauitatẽ, cum onerib. criminũ & tortuosis sensib. ad Christum uenientiũ ostendit. In bobus qui mũda animalia sunt, Iudæorũ plebem. In asinis uero immũdum pecus, gentiũ populũ demonstrauit. Vnde Esaias ait: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, scilicet quod natiuitatem Christi in carne & Iudæi ex parte & gentes agnouerint, & in præsepi altaris domini, quasi munda animalia per baptismum accesserint. forte ad hoc respicit illud euangelij: Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue. In iugo Iudęos, Esa. 1.d D

IOB▸

VIR erat in terra Huz nomine Iob. Et erat uir ille simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septem filij, & tres filiæ. Et fuit possessio eius septem milia ouium, & tria milia camelorum, quingenta quoq; iuga boum, & quingentæ asinæ: ac familia multa nimis. Eratq; uir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos unusquisq; in die suo. Et mittentes uocabant tres sorores suas, ut comederent & biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent dies conuiuij mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensq; diluculo, offerẽbat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die cum uenissent filij dei ut assisterent coram domino: affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit dominus: Vnde uenis? Qui respondens ait: Circumiui terram, & perambulaui eam. Dixitq; dominus ad eum: Nũquid considerasti seruum meum Iob: quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo? Cui respondens satan ait. Nunquid frustra Iob timet deum? Nonne tu uallasti eum ac domũ eius uniuersamq; substantiam eius per circumitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad satan. Ecce uniuersa quæ habet, in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusq; est satan à facie domini. Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent uinum in domo fratris sui primogeniti, nuncius uenit ad Iob qui diceret: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntq; omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, uenit alter & dixit. Ignis dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerosq; consumpsit, & effugi ego solus ut nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente, uenit alius & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit & dixit. Filijs tuis & filiabus uescentibus & bibentibus uinum in domo fratris sui primogeniti repente uentus uehemens irruit à regione

A in asino, ad quem onus magis pertinet, gentes ut supra diximus significauit. Magnus, dicitur Christus inter omnes orientales, secundū illud: Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Numerus uero animalium in septem & tribus milibus, atq; in quingentis, sacratus est. Nam septē iuxta autoritatem scripturarum, plenitudinē quandam sacri mysterij significant: ut ibi, Septem spiritus, septē candelabra, septem ecclesiæ. In tribus uero milibus: anima & corpus & spiritus, uel triformis doctrinę scientia, in scripturis sanctis, siue sacramētum beatæ trinitatis potest intelligi: pro eo quod omnis multitudo credētium, trium dierum uiam ambulans, ad perfectionē æternitatis desiderat peruenire. Quingenti uero qui de quinq; consurgunt quinquiplicati, quinquagintaquinq; faciunt: peractis lubricę ętatis fragilitatibus in uirum perfectum hominem trāsisse significāt, & p
B decies qnos ad quinquaginta peruenisse, ita per decies quinquagenos ad quingentos ascendunt. Similiter ecclesiam totam, quæ columnam & firmamentū ueritatis Christi figurat: in qua sensus nostri, uel purificationē, uel remissionem peccatorū accipiunt: quia in isto numero non solum remissio peccatorum, sed etiā aduentus sancti spiritus declaratur. Filij uero dei, uel angeli, uel sancti intelligendi sunt, qui dono gratiæ spiritus sancti filij dei uocantur. Inter hos ergo diabolus astare dicit: quia ex permissione dei plerunq; sanctos audet tentare. Mirāda filiorum Iob tam fraterna concordia. Sed quia Iob typum Christi portare ostendimus: hos inferius per figuram septem gratias ecclesiæ esse dicimus, qui spirituali fungūtur sacramentorum conuiuio, legem, prophetiam, & euangelia: quasi tres sorores secum habentes, diuinorum eloquiorum intelligentiæ dapibus saturantur. In ruina uero domus quæ oppressit filios Iob, antiquorum principum, regnorum persecutionem uel sæuitiā contra ecclesiam ostendit. Qui uero solus permansit ut C
nūciaret, raritatem ipsorum persecutorum indicat. Sabæi interpretantur captiui, & Chaldæi quasi dæmonia: hi nempe captiui dæmonum impugnant ecclesiam: hi non solum ubi possunt abigunt greges dominicos, uerum etiam eos igne suo, quem cœli esse mentiuntur, hæresibus uel superstitionis prauitate cōsumunt. Præsentiæ etiam regū uenti uiolentissimi, similitudine uiolētiæ, quatuor euāgelijs ueluti angulis confirmatam, Christi domum concutiunt, ut prędicti septem filij, & tres filiæ pariter cum ipsa domo intereant. d

regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppresit liberos tuos, & mortui sunt, & effugi ego solus ut nunciarem tibi. Tūc surrexit Iob, & scidit uestimēta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. In ōmnibus his non peccauit Iob labijs suis, neq; stultum quid contra deum locutus est.

Cap. II

FActūm est autem cum quadam die uenissent filij dei & starent coram domino: uenisset quoq; satan inter eos, & staret in conspectu eius, ut diceret dominus ad satan: Vnde uenis? Qui respondens ait: Circumiui terram & perambulaui eam. Et ait dominus ad satan: Nunquid considerasti seruum meum Iob quod non sit ei similis in terra: uir simplex & rectus ac timens deum & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum ut affligerem eum frustra. Cui respondens satan ait: Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc uidebis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad satan: Ecce in manu tua est: ueruntamen animam illius serua. Egressus est igitur satan à facie domini: percussit Iob ulcere pessimo à planta pedis usq; ad uerticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua: benedic deo & morere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locuta es: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei: uenerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim ut pariter uenientes uisitarent eum & consolarentur. Cumq; eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt: scissisq; uestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum. Et sederūt cum eo in terra septē diebus & septem noctibus & nemo loquebatur ei uerbum. Videbant enim dolorem esse uehementem.

Cap. III

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo. Dies illa uertatur in tenebras. Nōn requirat eum deus desuper, & nōn illustretur lumine. Obscūrent eum tenebræ & umbra mortis. Occūpet eum caligo & inuoluatur amaritudine. Nōctem illam tenebrosus turbo possideat. Nōn computetur in diebus anni: nēc numeretur in mensib. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem & non uideat: nēc ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia uentris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis eius. Quare non in uulua mortuus sum? Quare egressus ex utero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ: qui ædificant sibi solitudines, aut cum principibus qui possident aurum, & replēt domos suas argento. Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem: uel qui concepti non uiderunt lucem. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi

CAP. III

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, etc.] Post hęc sicut ait scriptor huius historię: quē Moysen esse tradit opinio: Aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, dicens: Pereat dies in qua natus sū, & nox in qua dictū est: Conceptus est homo. Iob qui typum habuit saluatoris in se, humani generis mortalitatem defleuit: quæ propter peccatum ex dei iusta sententia, homini inflicta est. Pereat dies in qua natus sum: re-
B deat per Christū immortalitas: quam Adam reatu prævaricationis amisit, & abeat mors à me: quā alio delinquente cōtraxi. Et Hieremias: maledicta dies, in qua natus sum. Vnde nulli dubiū est, quod hi omnes prævaricationem Adæ detestentur. Spiritualiter ergo dies cum sua nocte, diabolus & mortalitas possunt intelligi: non quia dies sit, sed quia fuerit quando permanebat cum deo, à quo recedēs factus est nox: uel quia impijs ac peccatoribus, in hac prosperitate, & felicitate gaudentibus, dies esse uideatur. Vnde dicitur. Auferetur ab impijs lux sua. b ¶ *Non requirat eum deus desuper.*] Hoc est, ne fiat eius memoria ante deum in bonum. c ¶ *Non illustretur lumine.*] Recognitionis dei, uel pœnitētiæ. d ¶ *Obscurent eum tenebræ, etc.*] Tenebræ, peccata sunt & inuidia. e ¶ *Occupet eum caligo.*] Id est cæcitas cordis. f ¶ *Nocte illam tenebrosus, etc.*] Quia ad amaritudinem prouocat deum: sicut & cæteri satellites eius: furore iræ dei apprehensus, circūdetur omnibus malis, & inuoluatur. Nocte illam tenebrosus turbo possideat, id est diabolus, qui diem felicitatis homini abstulit, & noctem inquietæ uitæ turbulentus inuexit. g ¶ *Non computetur in diebus anni.*] Annus Christus intelligitur, qui in se cuncta reuoluit & continet. In huius ergo diebus anni, non computetur diabolus, id est sanctorum numero non coniugatur. h ¶ *Nec numeretur in mensibus.*] Menses hoc loco sanctos apostolos recte intelligimus, qui ut ligna paradisi, spirituales ecclesiæ afferunt fructus. i ¶ *Sit nox illa solitaria: nec laude digna.*] Apostolorum scilicet prædicatione, ubi dies salutis agnoscitur, quem Abraham uidit & lætatus est. k ¶ *Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare Leuiathan.*] & passionem non credūt, sed opprobrijs & humiliatione eius offensi, in blasphemiam erumpentes, fidem scindunt atq; à corporis unitate discedunt. Et puluerē mittentes super capita sua: terreno & mortuo sensu, corda sua operiunt atq; obruunt. Omni etiā tempore uitę suę quę in septem diebus ac noctibus continetur: indignū os suum cōfessione diuina, mutа infidelitatis improbitate condemnant: & obstruetur os loquentium iniqua.

& septem noctibus & nemo loquebatur ei uerbum. Videbant enim dolorem esse uehementem.

Cap. III

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo. Dies illa uertatur in tenebras. Nōn requirat eum deus desuper, & nōn illustretur lumine. Obscūrent eum tenebræ & umbra mortis. Occūpet eum caligo & inuoluatur amaritudine. Nōctem illam tenebrosus turbo possideat. Nōn computetur in diebus anni: nēc numeretur in mensib. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem & non uideat: nēc ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia uentris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis eius. Quare non in uulua mortuus sum? Quare egressus ex utero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ: qui ædificant sibi solitudines, aut cum principibus qui possident aurum, & replēt domos suas argento. Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem: uel qui concepti non uiderunt lucem. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi

Sancti utiq; diei prævaricationis mortis suæ cum detestatione maledicunt, qui non seruiendo uitijs, suscitant contra se draconem, fortissimum scilicet hostem. l ¶ *Obtenebrētur stellæ caligine eius.*] Peccatores scilicet, qui in nocte, seculi diuitijs & honore lucere se putant: cæcitatis caligine tenebrē tur & merito suo, euangelij lumen nō uideant. m ¶ *Expectet lucem & non uideat.*] Nec nox prævaricationis & mortis, in qua diabolus regnū tenet, potest lumen redemptoris Christi cognoscere: nec; illi qui in ea nascuntur, nisi eam per baptismum renati destruxerint. n ¶ *Nec ortum surgentis auroræ.*] Resurrectionem Christi significauit: unde in psalmo, uigilia matutina dicitur. o ¶ *Quia non conclusit ostia uentris qui portauit me, etc.*] Sub persona sua, humani generis plāgit miserias: quare iterum moritus, mala istius uitæ patiatur: quare mortalem ipsa mors non extinxerit in utero? p ¶ *Nunc enim dormiens*
D *silerem, & somno meo requiescerem, etc.*] Principes & reges & consules, & si in inferno squalores tartareos patiuntur: nunc tamen in corporibus suis tormenta non sentiunt: horum mortē mihi uenire hac conditione uoluissem. q ¶ *Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem: uel qui concepti non uiderunt lucem.*] Varijs modis & exemplis dicit, quod pœnas istas in quibus erat non debuerat pati. Quare non in uulua mortuus sum? Et deinceps ait: Nunc autem dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus. Forte exemplum contra eos est, qui dicunt non resurrecturos, nisi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint. Si enim concepti moriuntur in utero, necesse est, quia uiui fuerint, & quicquid moritur, haud dubie quia resurget. Ita quod in membris fuit & uixit, & natura minus dederit: hoc resurrectione in integrum reparabitur: sic enim humani generis instauratio in melius totum reddet, quod natura fraudauerat. Dicit etiam abortiua, quæ in natura humana degenerata sunt, à pœnis esse aliena, quæ sibi solitudines magis quàm domus ædificant. Habitat enim diabolus in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis: non habentes hospitem deum, & possident aurum, ut sunt philosophi, & alij sapientes huius mundi, fulgorem boni ingenij, splendoremq; eloquij. r ¶ *Ibi impij cessauerunt à tumultu.*] Procul dubio in inferno. Et sicut Septuaginta transtulerunt, ibi impij deposuerunt furorem suum, id est typhus & superbia, cum sæuitia in hoc seculo gloriantium, humiliata est in inferno. s ¶ *Et ibi requieuerunt fessi, etc.*] Sicut alia habet trāslatio, ibi requieuerunt fatigati corpore: ab oppressione utiq; et miseria:

A labore etiam istius mundi liberati. *a* ¶*Et quondam uincti pariter sine molestia.*] Vincientes & quondam uinctos in inferno, dicit pariter habitare, sine iniuria tamen & molestia uinculatorum: non ita ut istic ubi præter pœnas, captiuitate uel seruitute dura: diuersis etiam alijs calamitatibus, homines obligantur, dominatu & iniustitia iniquorum. *b* ¶*Non audierunt uocem exactoris.*] Iussa imperantium uel inique exigentium, non uerentur. *c* ¶*Paruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber à domino suo. Quare misero, etc.*] Cum sit ergo ut uideo in inferno æqualitas personarum: & nullus de alterius dominatione formidat: cur mihi misero data est lux ista & uita similis eis qui in amaritudine animæ suæ sunt, cum meliora sint inferorum ergastula, quàm istius mundi miserabilis uita, cruciatibus plena: ubi præangustijs homines mortẽ quærunt, & magno desiderio, ut ueniat, expe
B ctant. Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quasi effodientes thesaurum: quia nimirum utiq; gratulantur, cum optatam sibi inuenerint sepulturam. *d* ¶*Viro cuius abscondita est uita & circundedit, etc.*] De se dicit: sic itaq; incedebam in mãdatis dei, credens quod mihi fructus iustitiæ meæ responderet: sed absconditum est meritum uitæ meæ, & pro hoc pœnarum tenebris circundatus sum: ita ut illud bonum mihi subtractum sit, & hoc malum appositum. Quod autem pœnas tenebrarum nomine dixerit: audi quid sequitur. *e* ¶*Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, etc.*] Inter cæteros cruciatus, etiam hanc ei diabolus infirmitatem infixerat, quam infirmitatem medici bulimiodes appellant: quæ infirmitas talem habere dicitur pœnam, ut ante cibum torqueatur ægrotus, & sint ei post cibum indesinentes dolores. Vnde dicit: Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. *f* ¶*Quia timor quem timebam, etc.*] Timebam enim peccando lædere deum, & ille offensus, irã iustitiæ suæ in me exerceat. Sed quid profuit cauisse à peccatis, quandoquidem ut reus omniũ peccatorum discrucior? Sequitur. *g* ¶*Et quod uerebar, etc.*] Alijs uerbis ipsum repetit, quod superius dixerat. Pro conformatione dicti solent in scripturis talia iterari. Non arroganter hæc dicit, ut faciat deo iniuriam: sed conscientiæ merito libere loquitur. *h* ¶*Nonne dissimulaui?*] Non reddendo retribuentibus mihi mala. *i* ¶*Nonne siluit?*] Vt non delinquerẽ in lingua mea, posui ori meo custodiam. *k* *Nonne quieui?*] Sciens cum surrexerit in iudicio deus, quod saluos facturus C
sit omnes mansuetos terræ. *l* ¶*Et uenit super me indignatio.*] Indignationem hoc loco plagarum molem dicit, quam refert super se cecidisse, cuius pondere & doloribus se gemit obrutũ: cum ipse esset, ut superius ait, mor
bis castigatus: quas pœnas in consequen
tibus sagittas dicit, si
cut ait: Sagittæ domi
ni in me sunt: quarũ
indignatio ebibit spi
ritum suũ: siue ut alia
translatio habet, ebi
bit sanguinem meũ.
Et, pprie sagittæ, uer
mes possunt intelligi:
quia ab eis indesinen
tibus stimulis punge
bat̃ sicut ipse Iob ait:
Et qui me comede
runt, non dormiunt.
Quos diabolus ad co
medendũ eũ acriores
faciebat, & illi quasi
indignãtes & irascen
tes, ita carnẽ eius mor
sibus fodiebant, ut ue
lut sagittæ uiscerũ in
teriora penetrarent.
Explicit ubi Iob ma
ledixit diem natiuita
tis suæ. CAP. IIII

fessi robore, & quondam uincti pariter sine molestia. Nõn audierunt uocem exactoris. Pãruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber à domino suo. Quare misero data est lux, & uita his qui in amaritudine animę sunt? Qui expectant mortem & non uenit, quasi effodientes thesaurum: gaudentq; uehementer cum inuenerint sepulchrum. Virõ cuius abscondita est uia, & circundedit eum deus tenebris. Antẽquam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam uenit mihi: & quod uerebar accidit, nõnne dissimulaui? nõnne silui? nõnne quieui? Et uenit super me indignatio.

Caput IIII

RESpõndens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Eccẽ docuisti multos, & mãnus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti: Nunc autem uenit super te plaga & defecisti, tetigit te & conturbatus es. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarum tuarum? Recordare, obsecro te: quis enim unquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis & uox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris pẽrijt, eo quod non haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt. Porrò ad me dictum est uerbũ absc̃ditũ, & quasi furtiue suscepit auris mea
D
& hæc fecisses quæ dixi, nunc̃q; in hæc tanta mala ad exemplum mortalium incidisses: quia deum rerum omniũ conditorẽ bonum scimus & iustum. *p* ¶*Recordare, obsecro, etc.*] Ergo ignoras Abel in principio innocentẽ occisum, & Abraham patriarchã propter uxorem suam fuisse periclitatum, & hæc non discernens, generaliter das sententiã: & cum alij hominũ flagellentur à dño, ut emendentur: alij ut probent̃ de quibus iste est: cur huic uelut reo pœnam exprobras: quin potius eos qui operabantur iniquitatẽ flante deo perijsse, id est, ut iudicis sententia uelut uento uehemẽtissimo sublatos à spe æternæ uitæ. *q* ¶*Rugitus leonis, etc.*] In rugitu leonæ & uoce, sæuitiã deprædantis uoluit significare. *r* ¶*Tigris perijt, etc.*] In tigri uelocitatẽ eius ad spoliãdos homines, prædamq; ex eis capiendã describit: cuius etia catuli similes eius dissipati sunt & interẽpti. In alia editione, p tigri, myrmicoleon, id est, formica & leo: quem nos uerius diabolũ dixerimus: qui quando prædam agit, de sanctis tanquã de maioribus rebus, ut leo habendus est, qñ uero minima quærit auferre, formica dicendus est. Et quia sicut formica grana de area, ita ille cogitationes bonas aufert de cordibus hominũ. *s* ¶*Et quasi furtiue, etc.*] Id est, latenter ad aurẽ cordis mei, uirtus sentẽtiæ uelut quodam

A quodam spiramine penetrauit. *a* ¶*Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, etc.*] Dicitur quidem diabolo, qui quondam sanctus angelus fuit, quod in ueritate non steterit, & ab illa sublimitate angelica propria uoluntate deciderit: sed tamen non est continuo generale, ut sicut in illo, ita & in omnibus angelis inueniat̃ prauitas, quæ est peccatum. Omnis enim natura, sine dubio creata, capax peccati est: ut apparuit in angelo de quo dixi, quia in ueritate non stetit, tamen per donum & gratiam creatoris sui, ita in amorem charitatis illius transierũt: ut iam nec uelint peccare, nec possint. *b* ¶*Qui terrenum habent, etc.*] Si domus luteæ sunt corpora nostra, fundamentũ domorum nostrarũ, uitam hanc temporariã esse credendum est: qua subtracta, domus luteæ ruunt in mortem. *c* ¶*De mane usq;, etc.*] In uno die, totam uitam hominum monstrauit: quæ in mũdo uernat. In paruulis
B floret, in iuuenib. cõualescit, & roboratur matura ætate: in senioribus, tanquã in fructibus, & postremum in decrepita senectute conficitur, quã hic uesperam appellauit.
Psal. 89. b Vnde est illud in psalmo: Mane sicut herba trãseat, & reliqua: decidit in morte, induratur in cadauere.

CAP. V

VOca ergo, *etc. Vide studiũ firmus radice, etc.*] Stultum dicit, qui de suis meritis gloriatur. Sed hic pulchritudinem, nomine falsæ felicitatis appellat: quæ maledicenda est, & execranda est: quia eam sequit̃ interitus sempiternus. *e* ¶*Cuius messem famelicus, etc.*] Si tientes, famelici, & armati, diabolus & sui possunt intelligi, qui potestatem accipiunt à deo, ut uastent iniquos, uel sitientes hominum mortẽ, omne scilicet bonum naturæ, & quod nomine diuitiarũ dictum est, ab eis uelut hausturn poculũ absorbetur, uel homines iniqui, qui premunt subiectos. *f* ¶*Homo nascitur, etc.*] Id est, labor hominem mouet, ut ab omnib. uitijs castigatus incedat. *g* ¶*Qui facit magna, etc.*] Vt in filio C
dei homo Christus sit deus, & per eũ ecclesia. *h* ¶*Qui dissipat, etc.*] Iudæorum uidelicet, qui Christum putauerunt extinguere, & nomen eius delere de terra. Vel in martyribus persecutorum ecclesiæ aduersantium dissipauit cogitationes: sicut Herodis in Petro. Et aliter: Non implent manus eorum quo uolunt: quia alij eorum liberantur ad tempus: alij uero per ianuam mortis intro ducuntur ad uitã, & istos & illos saluabit deus. Illos aperte libẽrãdo, hos occulte coronando. *i* ¶*Qui apprehendit sapientes, etc.*] Philosophos scilicet, uel Iudæos doctrina apostolica cõuincens & ad nihilum errores eorum redigens. *k* ¶*Per diem incurrent tenebræ.*] Dies erat Iudæis, de regno sacerdotio, lege, unius etiã dei religione gloriantibus: sed nõ credentes in Christo, tenebras perfidiæ incurrerunt. *l* ¶*Et quasi in nocte, etc.*] Vtiq; prosperitatis suæ: quæ cũ D
solito circa felices seculi huius splendore uanæ gloriæ amplius fuerit, qua se longa securitate munitos, putabant eam usq; ad ætatis suæ uesperã possessuros: in tribulatione subita, quæ nostris nomine dicta est, stupore nimio, in angustijs coartati, mortis etiam timore perculsi, palpare dicuntur, perditi utiq; consilio quid facerent ignorantes. *m* ¶*Porrò saluum faciet.*] Christũ à blasphemijs Iudæorum: quia lingua eorum gladius acutus fuit, dicendo, crucifige eũ. *n* ¶*Et erit egeno spes.*] Resurrectionis Christi uirtutem ostendit. *o* ¶*De manu gladij.*] Sed uideamus ne forte gladium peccatum dicat, dimicans contra animam hominis, ut eam sibi acquiescẽtem prosternat. Quod peccatum gladij nomine dicitur per prophetã, ut ait: Speculator si uiderit gladium uenientem. *p* ¶*A flagello linguæ, etc.*] Si conuersus fueris ad deũ, interiora tua, gladij uerborum, per linguam iaculati nõ penetrant, & ca
Ezec. 33. b

mea uenas susurrij eius. In horrore uisionis nocturnæ quãdo solet sopor occupare homines: pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me præsente transiret, inhorruerũt pili carnis meę. Stetit quidam cuius non cognoscebam uultum, imago coram oculis meis, & uocem quasi auræ lenis audiui. Nunquid homo dei comparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit uir? Eccẽ qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, quorũ terrenum habent fundamentum, consumentur uelut à tinea. Dẽ mane usq; ad uesperam succidentur, & quia nullus intelligit in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis, morientur & non in sapientia.

Caput V

VOcã ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracũdia, & paruulum occidit inuidia. Ego uidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Longe fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. Cũius messẽ famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit, & de humo nõ egredietur dolor. Hõmo nascitur ad laborem, & auis ad uolatũ. Quamobrem ego deprecabor dominũ, & ad deum ponam eloquiũ meũ. Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. Qui dat pluuiã super faciem terræ, & irrigat aquis uniuersa. Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorum dissipat. Per diem incurrẽt tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porrò saluũm faciet egenum à gladio oris eorũ, & de manu uiolenti pauperem. Et erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse uulnerat & medet̃, percutit & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima nõ tanget te malũ. In fame eruet te de morte, & in bello dẽ manu gladij. A flagello linguę absconderis, & non timebis calamitatem cum uenerit. In

A lamitates uel mala quæ â deo irrogantur peccatoribus, non timebis. a ¶ *In uastitate, etc.*] Ridebis dixit, pro exultabis atq; gaudebis, & lætus eris, cum alios uideris fame affici, siue præsenti, siue etiam intellectuali. b ¶ *Et bestias terræ, etc.*] Hæc septima extremaq; tribulatio. Bestiæ terræ, possunt & istæ animantia, quæ sunt sine ratione intelligi: quibus ad deuorandũ homines dantur in potestatem, & homines mali, bestiæ appellant, mores habentes similes moribus bestiarum: cõtra quas pugnasse se Ephesi dicit Apostolus: Non formidabis ergo, inquit, hoc malum, cum correptus à dño, uiam emendationis intraueris. c ¶ *Sed cum lapidibus regionum, etc.*] Lapides per metaphorã, homines dixit stabiles & quietos, qui sunt utiq; iusti & sancti. hi namq; in modum lapidum firmi in deo sunt, per regiones uarias constituti: Cum his itaq; habebis pactum solidæ charitatis, ut abeis, nunquã te aliqua B tribulatio possit auellere. d ¶ *Bestiæ terræ, etc.*] Homines uidelicet quondã feri & mali, in innocentia ut oues effecti: nomen tamen pristinũ retinentes, sicut de Matthæo euangelista dicitur: Matthæus publicanus. *Matth. 9* e ¶ *Et scies quod pacem, etc.*] Ab istis omnibus quibus uelut ab hostibus expugnatur tabernaculum, uel habitatio, siue domus corporis tui. f ¶ *Et uisitans speciem tuam, etc.*] Hoc dicit: Hominis tui speciem ô Iob ut diuina uisitatione dignam exhibeas peto: ac habitationis & habitãtis, nomine totum integrum hominem signauit. g ¶ *Et scies quoniam multiplex, etc.*] Spiritualiter de omnibus sanctis dictum sentire possumus, quod filios in operibus bonis habeant. Isti tales filij cogitationũ semine concepti, pariũtur in opera, & sancti huius generationis multitudine gloriantur: quoniam talibus magis quàm carnalibus filijs deo placere uoluerunt. Potuit ergo Eliphaz, quasi consilium dans Iob, ita dicere: Si cõuersus ad deum fueris, ita ut te tuorũ operum antiquorũ pœnitear, cordis tui uirtutibus, uelut seminibus abundabis. De quibus opera bona, tanquã sanctitatis filios poteris procreare: ita ut progenies operũ tuorum, multitudini herbarũ uirescentium comparetur: quarum radices, si spe intus habeas in corde defixas: terra tua flores cum fructibus germinabit. h ¶ *Ingredieris in abundantia, etc.*] Consummatis annis proiectæ ætatis, plenusq; dierum in tumulũ positus requiescis, ut in tempore iusti iudicij dei, à sordibus peccatorum minimis & leuibus purgatus inueniaris: uelut triticũ quod coaceruaẽ in areã. i ¶ *Ecce hoc ut, etc.*] Hoc dicit, quæcunq; à me tibi dicta sunt, diligẽter inuestigata uera noueris: quæ ipse ad emendationẽ tuã, debes corde percipere.

CAP. VI

R *Espondens autem Iob, etc.*] Dicitis me peccatis meis faciẽtibus ista pati: propter quod uelim ut peccata contra calamitatẽ hanc quam patior pensarẽtur, & illico uideretis: quia hęc ipsa calamitas, uelut arena maris, supra horum peccatorũ merita ponderaret. l ¶ *Quia sagittæ domini, etc.*] Hic potest uideri, quod superius sagittarum nomine uermes dixerit: à quibus tum indesinẽter pungebatur, nec loqui permittebatur: non quod uermes talẽ sensum habuerint, ut hoc iudicio facerẽt, sed permissu dei, à potestate aduersaria, ut acriores essent, etiam ipsis motibus agebant: sicut locustæ, muscæ & ranæ in Aegypto. Quod autem dixit: terrores domini militant contra me: potest ipse diabolus cum suis intelligi: qui adhibitis cruciatibus, ut cederet Iob, & ut innocẽtiam sanctitatemq; amitteret, insuper terroribus minabat: quod etiã multi persecutores, ministri diaboli, sanctis martyribus facere uoluerunt. Obsederunt in gyro tabernaculũ meum. Ecce hic manifeste ostenditur, qđ uelut hostes inimiciq; D diaboli & sui acriter militarent: hi enim maligni spiritus, diuerso modo accipiunt potestatẽ: ad aliorum quidem damnationem, aliorũ uero emendationem, aliorum aũt probationẽ: qui de suis morib. uel ministerio, mali siue terrores, uel etiã latrones nuncupant. Omnia dedit in manib. eorũ, id est, prædonũ. Omnia utiq; quę habui, siue filios meos, siue substantiã: sicut & meipsum dedit deus in manibus diaboli, siue suorum satellitum. m ¶ *Nunquid rugiet, etc.*] Sicut enim illa cum abundant pabulis, nullã quasi querelarũ uocem emittunt, ut pabuli inopiã protestentur: simili modo, inquiẽs, & ego: si pacẽ & quietẽ potius quàm bellũ haberẽ in membris, & in anima mea: nullũ sermonẽ amarũ asperũue proferrẽ. n ¶ *Aut poterit comedi, etc.*] Quomodo ratio non sinit naturalis, ut quicquã insulsum comedi possit: ita ego nihil insulsum, nihil stultũ cõtra deum, nihil quod non fidei sale conditũ esset, operatus sum. o ¶ *Aut potest aliquis, etc.*] Sicut enim nemo mortiferũ aliquod comedit, ut uitæ suæ inimicus sit: ita ego peccatũ continere pertimescebã. p ¶ *Quæ prius, etc. nunc cibi mei sunt.*] Hoc est, uerbis nunc pascor asperis & amaris, quæ mihi immensitas pœnalis extorquet. Hæc enim timebam meo ore depromere, quando in sanctitate & iustitia cũ pace quiete uiuebã. Sed & prætereundum non est: quia hoc quoq; inter cæteras pœnas passus sit Iob: ut etiam cibi ei fœtidi uiderentur, sicut est odor leonis, feralis utiq; & nimium horridus: qui odor cum de eius uisceribus erumperet: escæ suæ ei id sapiebant, quod suarũ spirabant interna febriũ: quod ostendit ubi dicit: Interiora mea efferbuerũt absq; ulla requie, id est, iam decocta sunt & putrefacta. q ¶ *Et qui cœpit, etc.*] Hanc igit mortẽ potestati diuinæ, Iob solui exoptat: ut ab ea decidẽs cadat in hãc tẽporariã mortẽ quatenus præsentes pœnas possit euadere: cũ uelut arbor de hac uita succisus fuerit.

¶ *Quis*

A d ¶ *Quis det ut ueniat petitio mea, etc.*] Hæc mihi sit consolatio, ut finem pœnæ uel cruciatuum meorũ, remedia mortis obtineam. b ¶ *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea ænea est.*] Caro mea corrumpitur sanie ac putredine uulnerũ, quia est in me talis fortitudo, uelut lapidum, ut dolores non sentiam. c ¶ *Ecce non est auxiliũ mihi, etc.*] Tam ex sua q̃ ex persona Christi propheta hoc dicit. d ¶ *Qui tollit ab inimico, etc.*] Misericordia est, ad miserias eorũ qui tribulantur compatiẽdo mœrore cordis defectũ: hanc uos dum amico non impenditis, timorẽ domini derelinquitis. e ¶ *Qui timent pr. etc.*] Timebam peccata etiam minima perpetrare, ne pro eis dei in me ultio desæuiret: & ecce nũc ita punior, tãquam scelera immania cõmiserim. f ¶ *Et ut incaluerint, soluentur, etc.*] Vbi seruere cœperat nomen eius in populis, in gloriæ suæ loco non cõparuit, uelut nix cũ calore dissoluitur. g ¶ *Inuolutæ sunt semitæ gressuum, etc.*] Semitas uirtutes animi dixit, in quibus ut deo placeret, omni studio gradiebatur: has semitas malis quæ patiebat, inuolutas atq; implicitas esse dicit, dũ bonis uitæ suæ, supplicijs admiscerentur mala. h ¶ *Considerate semitas, etc.*] Id est, intuemini ad hæc loca quæ dixi, & ipso silentio cognoscetis uera esse quæ dixi. Respicite ad uias diuersorum regnorũ, per quas ad me omniũ gentiũ frequẽtiæ confluebant, & uidebitis eas raritate, imò solitudine hominum desolatas. i ¶ *Nunc uenistis, & modo uidentes plag. etc.*] Hoc dicit, quod & ipsi amici sui, exemplo eius ruinam sibi similem formidarẽt. Nõne quiexpecto tribuat mihi deus, & qui cœpit, ipse me conterat. Soluat manum suam & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicã sermonibus sancti? Quę est enim fortitudo mea ut sustineã, aut quis finis meus ut patienter agã? Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea, nec caro mea ænea est: Ecce non est auxiliũ mihi in me, & necessarij quoq; mei recesserunt à me. Qui tollit ab inimico suo misericordiã, timorẽ domini derelinquit. Fratres mei præterierũt me: sicut torrens qui raptim transit in cõuallibus. Qui timent pruinã, irruet super eos nix. Tempore quo fuerint dissipati peribũt: & ut incaluerint, soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuũ eorum: ambulabunt in uacuũ, & peribunt. Cõsiderate semitas Themã, itinera Saba, & expectate paulisper. Confusi sunt, quia speraui. Venerũt quoq; usq; ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc uenistis, & modo uidentes plagã meã timetis. Nunquid dixi: Afferte mihi, & de substantia uestra donate mihi, uel liberate me de manu hostis, & de manu robustorũ eruite me? Docete me, & ego tacebo, & si quid forte ignoraui, instruite me. Quare detraxistis sermonibus ueritatis, cum è uobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpandum tantũ eloquia concinnatis, & in uentũ uerba profertis. Sũper pupillũ irruitis, & subuertere nitimini amicũ uestrum. Veruntamen quod cœpistis, explete. Præbete aurẽ, & uidete an mentiar. Respõdete obsecro absq; contentione, & loquentes id quod iustũ est, iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personabit.

Caput VII.

M Llitiã est uita hominis super terrã, & sicut dies mercenarij dies eius. Sicũt ceruus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: sic & ego habui menses uacuos, & noctes laboriosas enumerauit mihi. Si dormiero, dicã quando consurgã: & rursum expectabo uesperã, & replebor doloribus usq; ad tenebras. Induta est caro mea putredine, & sordibũs pulueris cutis mea aruit & cõtracta est. Dies mei uelocius transierunt q̃ à texẽte tela succiditur, & cõsumpti sunt absq; ulla spe. Memento, quia uentus est uita mea, & nõ reuertetur oculus meus ut uideat bona, nec aspiciet me uisus hominis. Oculi tui in me, & nõ subsistã. Sicut consumitur nubes & pertrãsit: sic qui descẽdit ad inferos nõ ascẽdet, nec reuertet ultra in domũ suã, nec; cognoscet eũ amplius locus eius. Quapp̃ter & ego nõ parcã ori meo, loquar in tribulatiõe spiritus mei, cõfabulabor cũ amaritudine

Universidad de Sevilla Biblioteca

C ui, nonne dissimulaui, patientiã uidelicet aut uindictã malorum? Nonne silui, silentio cohibens linguã meã, ut non responderem exprobrãtibus mihi mala: uel ne in toto mihi domina reẽ iniquitas. His ergo ueritatis sermonibus detraxistis, quãdoquidem me in his non solum fallacem, uerumetiã in alijs rebus criminosum iudicastis, cũ uestrum nullus ita mũdus sit à peccato, ut quenq̃ posset libera conscientia increpare. k ¶ *Super pupillum, etc.*] Desolatum scilicet à parentib. & amicis. l ¶ *Respondete obsec. etc.*] Nõ fit contradicendi studium, quod contentionis generat morbum: & ita demũ animositatis caligine nõ perturbati, poteritis in me & uos quod iustum est iudicare.

Cap. VII.

M *Llitia est uita hominis super terrã.*] Dimicans contra inuisibiles aduersarios. D n ¶ *Sicut cer. etc.*] Similiter & ego cõsequi arbitrabar, sed pro umbra refrigerij incurri æstus pœnarũ, & pro mercede mei operis, uacuus dimissus sũ. o ¶ *Et sordibus puluer. etc.*] Hoc etiã ad tormentorum pertinebat dolorem, ut sani es quæ de putredine feruentium uulnerũ defluebat, sordibus infusa pulueris, cutem eius exiccaret ac que contraheret. p ¶ *Nec aspiciet me uisus hominis.*] In ea enim pace & gloria, dignitijs & honore ubi antea fui, iam non sum ab hominibus uidẽdus. q ¶ *Oculi tui in me, & non, etc.*] Quia oculi tui quasi iracũdia pleni in me, idcirco sunt intẽdẽtes, ut plagas grauiores inimici mei accumulẽt. r ¶ *Neq; cognoscet eum amp. etc.*] Id est, pristina mundi istius conuersatio, nõ erit in homine commutatio.

A c ¶ *Terrebis me per somnia.*] Hoc à deo Iob se pati dicebat quod à dæmonibus patiebatur: qui ad ista facienda, à deo acceperãt potestatẽ, qui ei toruis uultibus & minacibus sine dubio apparebant in somnis, stridẽtes etiam dentibus, & ad deuorandum cum quasi ora aperientes, ut insolitæ uisionis horrore excuteretur in lecto, & expergefactus somno aufugeret quo solent dolores nimij mitigari: & succederẽt iuges uigiliæ, ut indesinẽtibus cruciatibus torqueret. Siue uulnera quæ uigilans oculis suis uidebat quotidie putrisq; sanies uermiumq; multitudo discurrẽtium per uulnerum foueas, in somnis ei à dæmonibus demonstrabant. *b* ¶ *Quamobrem elegit suf. etc.*] Satius est inquit, & peccato multo tolerabilius: si uictus cruciatibus, de morte mea cogitẽ ꝯ tuæ maiestati irrogẽ blasphemiã. *c* ¶ *Desperaui, etc.*] Desperaui, loquẽdo hæc, quę dicere non debuerã.

B Pro hoc itaq; uerbo, quo se lapsum in peccatum deplorat, pœnitentiam illico profitẽt, dicens: *d* ¶ *Parce mihi domine, etc.*] Tanquã si diceret: in hoc tẽpore pœnitentẽ suscipe, & obsecrãti pro hoc delicto esto placabilis. *e* ¶ *Vsq; quo non pareis, etc.*] Id est, ab istis pœnis mihi instantibus non desistis. *f* ¶ *Nec dim. etc.*] Inter cætera mala dolorum & cruciatuũ, sy nanchẽ habuisse se perhibet, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur, & sæpe quasi laqueo strangulatus extinguitur. *g* ¶ *Peccaui, quid faciam, etc.*] Peccaui in his quæ dixi superius, quæ me dicere non decebat: quid possum facere tibi qui iustus es? *h* ¶ *Quare me posuisti contrarium tibi.*] Dedisti mihi copiam respõdendi, ut dicerem tibi: iusto homini non conueniunt pœnæ, quæ potius peccatoribus irrogantur, dum homo hæc dico deo, creatura creatori, plasma figulo. *i* ¶ *Et factus sum mihimetipsi grauis.*] Quia seruus domino meo tam querula uoce respondere non debui. *k* ¶ *Cur non tollis peccatum meum?*] Id est, aufers dolores meos, per quos qui eram hactenus iustus, nunc peccare compellor? *l* ¶ *Et si mane me quæsieris non subsistam.*] Post istius seculi noctẽ, in illius futuri seculi principio, quando erit felix resurrectio beatorum: cum requisitus fuero, non inueniar, quia nõ ita dignus ero qui sanctitatis merito, subsistam ante faciem tuam. Quod si abhinc peccator abiero, cui tu ante propiciatus non fueris: postea ante cõspectum tuum ubi sunt cæteri sancti, amplius non ero. C

Caput VIII.

Respondens autem, etc.] Offensus est Baldad in sermonibus sancti Iob. Primum quia temere locutus fuisset ad deũ, deinde quod diceret, quod in regno fuisset cæteris regib. præpollentior, & qđ hãc plagã innocẽspateretur: & notat eum ipse Baldad, qđ quasi non libera mẽte & sobria loqueret: sed nescio quo spiritu potius ageret. *n* ¶ *Num quid deus, etc.*] Hoc dicit, qa iustitia dei pateris, quæ mereris. *o* ¶ *Etiam si filij, etc.*] Si filij, inqt, tui faciẽtes mala, dimissi sũt à deo, ut potestas quæ propter iniquitatem eorũ in eos data est, interimẽdi eos haberet effectũ, tibi in nullo nocere poterit: si tamen ipse adhuc iacẽs in stultitiæ cæcitate, diluculo in agnitionem diuinæ iustitiæ, consurrexeris: & protuis erroribus & delictis, deũ qui omnia potest cõcedere, fueris deprecatus. Qui quasi dormire uidebatur, nõ audiendo te uidelicet, nec uidẽdo, confestim euigilabit ad te, & ad præparãdam felicitatẽ tuã instabit. Intantum ut si priora tua fuerint parua, nouissima tua multiplicẽtur nimis. Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebũt te. Loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Nũnquid uirere potest scirpus absq; humore: aut crescere carectum sine aquã? cum tudine animæ meæ. Nunquid mare ego sum aut cetus, quia circundedisti me carcere? Si dixero, consolabit me lectulus meus, & releuabor loquens mecum, in stratu meo terrebis me per somnia, & per uisiões horrore cõcuties me. Quãmobrẽ elegit suspendiũ anima mea, & mortem ossa mea. Dẽsperaui. Nequaquam ultra iam uiuam. Pãrce mihi domine, nihil em̃ sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illũ. Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiã saliuam meã? Pẽccaui. Quid faciam tibi ô custos hominũ? Quare me posuisti contrariũ tibi? Et factus sum mihimetipsi grauis. Cur nõ tollis peccatũ meũ, & quare non aufers iniquitatẽ meam? Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam.

Caput VIII.

Respõdes autem Baldad Suites, dixit: Vsquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui? Nũnquid deus supplantat iudiciũ, aut omnipotens subuertit quod iustũ est? Etiãm si filij tui peccauerũt ei: & dimisit eos in manu iniquitatis suæ: tu tamẽ si diluculo cõsurrexeris ad deum, & omnipotentẽ fueris deprecatus: si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculũ iustitiæ tuæ: intantũ ut si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebũt te. Loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Nũnquid uirere potest scirpus absq; humore: aut crescere carectum sine aquã? cum nas pateris: & per satisfactionem eum pro meritis tuis tibi ualde iratum reconciliare uolueris, tantã eius gratiam continuo possidebis, ut ad comparationem nouissimorum bonorum tuorum, quę tibi subito poterit compensare, priora satis parua & minima deputẽtur. Quos peccatores filius ille iunior in Euangelio figurauit: qui cũ bonũ naturæ, tanquã diuitias cum meretricibus: id est, uoluptatibus uiuẽdo, prodigus dissipasset, pœnitẽtiã occidit uitulus Christus, anulus quoq; fidei, qua cũcta promissa certa impressione signant, in manu ei tribuit: & gressuũ suorũ accepit munimenta, ut super serpentes & scorpios securus incedat: stola etiam æterna immortalitatis datur. *p* ¶ *Interroga enim, etc.*] Hoc est dicere, quia nos hesterni sumus, interroga antiquos, & inuenies alios in diluuio, alios in Sodoma, siue in diuersis locis pro peccatis suis diuersas accepisse sententias. *q* ¶ *Nunquid uirere potest scirpus absq; hu. etc.*] Hoc est dicere: sicut scirpus uel carectum sine aqua uiuere non potest, ita tu sine fomento atq; humore iustitiæ, nequaq; permanere in pristina felicitate potuisti.

¶ *Cum*

A *a* ¶ *Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.*] Dicit sanctum Iob, uelut herbæ similitudine floruisse, qui antequam ad maturitatem fundatæ gloriæ peruenireti, in tanta mala præcipitatus sit, ne in tẽpore suo, quasi in plenitudine dierũ cõsummato cõpletoq; florentissimo regno, manu potestatis dei, in qua omnia regna cõsistũt, auferret à seculo. Ergo quia non ita egisti ut in pace, cõpleto tempore tuo conferreris in sepulchrũ tuũ: idcirco ante oẽs herbas, id est, ante oẽs peccatores, q herbarũ uocabulo sæpe dicunt: solis ardore siccatus es, id est cũ infidelibus tribulatiõibus corde cessisti. Quod aũt ait, ante herbas oẽs arescit: quisquis hominum multarũ est iniquitatũ, sicut tu es: præ põdere criminũ, ante incipit pœnas luere ꝯ cæteri peccatores. *b* ¶ *Et spes hyp. etc.*] Hypocritæ simulantis sanctimoniã uitæ: hic autem secundum dei testimoniũ simplex fuit, rectus & innocens, sicut ipse ait: Si ambulaui in uanitate. *c* ¶ *Non ei placebit, etc.*] Grandis reuera uecordia est & amentia, ficte & simulate agere ante deum, quod eis in prosperũ non proceder, cum ille scrutator sit cordis & renis. Tales in euangelijs arguuntur, qui sunt ornati deforis quasi specie sanctitatis, & intus peccati putredine pleni sunt, ut sepulchra mortuorum. *d* ¶ *Vnitetur super domum, etc.*] Confidendo in seipso, & confirmãdo carnem brachij sui, stare non poterit, sed magis cadet superbia. Quia omnis caro fœnum est. *e* ¶ *Fulciet eam & non, etc.*] Conatur proprijs uiribus se erigere, sed ne quaquam consurgere poterit, quia non est dñs fortitudo eius. In quem incumbentes firmissime continẽtur. *f* ¶ *Humectus uidetur antequam ueniat sol.*] Felicitatem prosperantis hominis dicit, qui cum æstu tribulatiõis percussus fuerit, aduersitatibus frangitur: & omnis uiror pristinæ eius lætitiæ, consumptus tristitia exiccatur. *g* ¶ *Et in ortu suo germen eius egredietur.*] In principio, inquit, felicitatis suæ peccator prospere agere uidetur, sed non permanebit, uirentis herbæ similis: hæc est repentina fœcunditas, sicut in psalmo: Cum exorti fuerint peccatores ut fœnũ, & apparuerint: id est, uelut herbæ in uirorem lætitiæ præsentis emerserint: mox aduenientẽ caumate peribunt. Iustus uero non ita ut fœnum florebit: cui, ut dixi, peccatorum gloria cõparatur: sed sicut palma florebit, inquit propheta. Quæ ita in profundũ est radicibus stabilita, ut nec tempestatem metuat, nec solis ardorẽ formidet. Et cum sub sacrato numero ad centũ usq; nodos peruenerit, quibus altitudo eius solide continetur: tunc fructus afferet dulcissimos charitatis, in summo scilicet pfectiõis fastigio, quo se per incremẽta uirtutum, quasi per plurimorũ quasdam ætates annorum ascendisse gloriatur. *h* ¶ *Super aceruum petrarum radices eius densabuntur.*] Quoniam radices eius in terra bona solidatæ ut fructus patientiæ afferrent nõ figẽrentur, sed super aceruum magis petrarũ coartabunt, non habendo illic uitæ humorem: moriturus utiq; prius ariditate siccabitur. *i* ¶ *Et inter lapides commorabitur.*] Metaphoricos, lapides, infideles & duri cordis hoc loco possunt intelligi, inter quos quisq; peccator commorabitur uitæ similitudine coequalis, q deũ ut stolida metalla nõ sentiũt. Aut certe lapides peccata nominauit. Vnde propheta ait: Tollite lapides de uia: id est, de uia sanctę cõuersationis auferte peccata. *k* ¶ *Si absorbuerit eum de loco suo, etc.*] Cũ de hac uita ad loca squalida inferorũ transferẽdus absorptus fuerit, indignus utiq; cõspectu dei esse negabit. Locus hominis dici potest qualitas conuersationis, ubi uel uitæ genere, uel mente cõsistit, id est, disciplina, uel gratia quam accepit, aut elegit sectari. *l* ¶ *Hæc est enim lætitia uiæ eius.*] Ironicos dicit: hæc est lætitia eius, uelut si diceret: Sic in bonis operibus deoq; placentibus ambulauit dum uiueret, ut ad ærũnas perpetuo perueniret. *m* ¶ *Vt rursum de terra alij, etc.*] Facit utiq; deus ut iustus iudex, dum Iudæos incredulos à promissionibus quæ in Christo sunt propter perfidiã exclusit, & gentes propter obedientiam intromisit. Sic ue in loco Iuda Matthiam constituens, iusta iudicia suæ declarauit. *n* ¶ *Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis.*] Id dicit, non iuuat ut faueatur operantibus iniquitatem, & tamen porriget manũ pietatis suæ, ut peccatores ad pœnitentiam conuertat. *o* ¶ *Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.*] In risu, lætitiã cordis intellige. In iubilo, uocem exaltantis aduerte. *p* ¶ *Qui oderunt te, etc.*] Cum utiq; talis fueris, qualem dixi superius, qui oderunt te, merito confundentur. *q* ¶ *Et tabern. etc.*] De Iob quidã hoc dicit, sed fallit. Nam manifestũ est tabernaculũ impiorũ periturũ in æternũ: id est, diabolũ & ministros eius, uel etiã præsens seculũ.

Caput IX.

Et respondens Iob, etc.] Noli ergo de me ita existimare quod ego saltem cogitare hoc audeam, quum sciam quia creatura creatori suo in nullo possit penitus comparari. *s* ¶ *Quis restitit ei, etc.*] Quis contra deum agens non sibi bellum iræ eius commouit, sicut Dathan & cæteri. *t* ¶ *Qui transtulit montes, & ne. etc.*] Metaphoricos: montes homines siue angeli intelligendi sunt, quorum elatio mentis, intantum intumuit, ut excelsis montibus comparentur. *u* ¶ *Et columnæ, etc.*] Colũnas hoc loco, p stabilitate terrę intelligamus, quã deus super semetipsam immobilissima mole fundauit. *x* ¶ *Qui præc.*] Per uicissitudines diei & noctis, dispositiõe dei gubernãtis omnia quotidie fieri ita uidemus.

¶ *Qui*

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Qui facit arcturum & oriona, etc.*] In his ſtellarum ſignis, quæ ſunt in firmamento cœli pene omnibus ſtellis noctorū militiam aſtrorū dicit ad regimen dei pertinere, quæ magna & mirabilia homines ignorāt. Vnde ipſe dñs ait: Nunquid noſti ordinem cœli, & ponis

Iob 38.d rationem ipſius in terra? Moraliter: Qui cōmoues terrā de loco ſuo. Hominē deus de loco uitæ prioris cōmouit, & delectabiles conuictiones, ſed noxias quibus quaſi columnis incubans ac regeſcens in eis ſuſtinebatur, concuſſit & infirmauit, ut eum ad ſanctitatem uitæ cōmutaret. Qui præcepit ſoli, & nō oritur. Peccatoribus cordis cæcitate percuſſis, non ſol oriē iuſtitiæ Chriſtus, ſiue ſtellarū: id eſt ſanctorū merita, quibus alij ab alijs diſtabunt in claritate, q dum hic latent quaſi claudūtur ſub ſignaculo. Qui extēdit cœlos ſuos. Apoſtolos & cęteros ſanctos, cœlos effectos, ubique prędicatione diffun-

B dit: ſiue eis ſcripturas quæ cœlorum nomine plerunq; ſignificātur reuelādo eorum cordibus patefacit, ſi

Pſal.8.a cut ait: Quoniā uidebo cœlos opera digitorum tuorum: Egredit ſuper fluctus maris. Super ſeculi utiq; iſtius homines inquietos, & elatos & turbidos, ut ad manſuetudinem & placabilitatem tumore depoſito conculcent. Qui facit arcturū: id eſt, primos in reſurrectione eccleſiæ, ut ſint glorioſi, ſplendentes uelut meridies calore charitatis dei accēſi, & fidei lumine illuſtrati. b ¶ *Qui facit magna & incomp. etc.*] Magnum eſt quod facit deus, ut uas fragile hominem morti obnoxium per Chriſtū in ſpem beatę reſurrectionis conſtituat. Et interiora auſtri. Vbi candelabrum cum lucernis, ſeptiformis ſpiritus gratia uidelicet & intelligentiæ relucentibus, collocatur. c ¶ *Si uenerit ad me, etc.*] Plus dicit, quod uenientis dei præſentia ſit, quando homini innoteſcit, & quādo occulit, quaſi abeūtis abſentia indicatur. d ¶ *Sub quo curuantur qui portant orbem.*] Portantes orbem, ſancti recte intelliguntur, qui gloria meritorum ſuorum, magni & potentes ſunt apud deum. Hi ergo cordis humilitate ad interueniendum pro peccatoribus in conſpectu eius ſunt incuruati. Ita ſancti portant mundū, dum eum ne ruat ac pereat, orationum fortitudine ſuſtinēt. Columnæ cœli intremiſcunt ac pauent ad nutum eius. Apoſtoli, prophetæ, omneſq; Apoſtolici uiri ſancti

Gal.2.b quoque & cæteri fideles intelligendi ſunt: de quibus eſt Petrus, Iacobus & Ioannes, qui uidebantur eſſe columnę: ſiue ſancti ante deum incuruati & procidētes adorant, qui portant orbem, id eſt, totū hominē ſuum, quem docti minorē mundū appellant, perfectioni crucis imponūt: & ne per mundi uanitates cogitationibus ſoluatur ac defiectat, intra ſe cum cōſtringendo per dei gratiam regūt & continēt. e ¶ *Et cum inuoc. etc.*] Qui me etiā inculpabili ſtudentē uitæ, impugnantium permittit iniuriæ. Exauditus eſt in hoc, ut dei bona mereat. Nō ſe autem exauditum credit, eo quod mala patiat. f ¶ *In turbine enim conteret me.*] Turbo diabolus poteſt intelligi, qui uelut turbo incubuit in Iob, ut eum uaſtaret. g ¶ *Non concedit.*] Aſthmaticō ſe dicebat effectum: infirmitas enim eſt quæ in pulmonibus generatur. Obſtruuntur aditus quidam pulmonū, quos Græci poros appellant, & ita conſtringunt atq; cōcludunt in pulmonib. ut dicunt medici, ut reddere ſiue recipere ſpiritū pulmones co D angustati nō ſufficiant, nimio etiā dolore cū feſtinato ſuſpirio repetit, & cōciſus flatus emittit. h ¶ *Et implet me.*] Plagis omnibus atq; infirmitatibus circūdata atq; obſeſſa repleta fellis atq; blaſphemiæ, & amaritudine anima mea. Ita ut durū uerbū & aſperū os meū dicere cōpellat: Et tædebit me uitæ meæ. Ego tamen hoc ſolum noui quod malis uitæ præſentis punior. i ¶ *Si flag. etc.*] Dure hic ſatis locutus eſt contra deū. In toto quidē libro hoc, nullus eſt locus aſperior iſto, & altero ſuperius poſito, ubi ait: quāobrē elegit ſuſpendiū anima mea, & mortē oſſa mea: de quibus ſermonibus reſpōdit ad deū in fine libri: unum locutus ſum, quod utinā non dixiſſem, & alterū quibus ultra nihil addā. Tota altercatio Iob cū amicis hic eſt, quod ille ſe iuſtū, illi eum impiū pronūciabant. k ¶ *Terra data, etc.*] Caro Chriſti in poteſtatē Herodis ſiue Pilati, uel ipſe Iob in poteſtatē diaboli. l ¶ *Vultum iudicū.*] Vultum hoc loco mentis iudiciū, quod dei iuſto iudicio eſt opertum appellat. Excæcāda corda ſatellitū impij diaboli, quos iſtic iudices nominauit, ut ſanctū Iob crudelitate acrius cruciarent. m ¶ *Cum dixero, etc.*] Ne quaquam ita ait: hoc eſt quādo compellente cruciatu, aſpera cōtra deum loquor & dura: eodem puncto reſipiſcēs definio me deo ita loqui nō oportere. n ¶ *Commuto fa.*] Id eſt, præ doloris nimietate cōtraho atq; cōtriſtor, & in ipſo definitiōis meæ momēto, ſubitis ac repētinis dolorū aculeis ita uexor atq; diſcrucior ut rurſum ama-

A amaritudinis & ſellis uerba depromam. a ¶ *Si lotus fuero, etc.*] In ablutione ergo aquarū niuis, candor mentis oſtenditur: & in manu, mundicia fructus ſanctorū operū demonſtratur: Et recte poteſt niui baptiſmus cō parari. In pluuia ergo & imbre affluente, ſermonem doctrinæ legislator uoluit indicare. In rore uero et in niue, ſensū cū illuminatione ſui, interiora uiſcerū penetrātē. b ¶ *Et abominabuntur, etc.*] Tantū enim malorū mihi illatū eſt, ut ſqualorē uulneris & putredinis ſi dici poteſt, etiam quę inſenſibilia ſunt deteſtentur. c ¶ *Non eſt qui, etc.*] Id eſt, quis eſt qui Deū poteſt iniuſitiæ, quaſi iniquū arguere, niſi temerarius & blaſphemus: quis poteſt uelut in reum iniquitatis cum extenſione manus dare ſentētiā: Iob uero iuxta dei teſtimoniū quo fuerat collaudatus, eo q innocēs eſſet, ſibi cōſcius uere dixit, q

B non eſſet ullus eorū, cū quibus altercabatur, qui eū recte poſſit arguere: qa ille iudicare alterum iuſtiſſime audet, cuius rea cōſcientia de his quę in alterū iudicat, nō tenetur. d ¶ *Manuum ſuarum, etc.*] Securus, inquit, & cōſtanter tūc potero reſpondere, ſi hæc duo amoueat à me, potentiæ uidelicet ſuæ magnitudinem, & horū cruciatuum pœnas.

Cap. X.

Tædet animā meam uitæ meæ, &c. Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu, etc.] Quod autem dicit totum ſe in circuitu factum, contra hæreticos locutus eſt qui dicunt animam ab alio deo factam, & corpus ab altero plaſmatum. f ¶ *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*] Ipſa anima eſt uita hic appellata, non uita animæ, quia poſſunt & actus animæ, uita nuncupari. g ¶ *Non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. Et prop. etc.*] Id eſt, contractus dolore & tormentis uiſcerū: caput ad ima depoſitū eleuare non poſſum, C ſiue confuſione & mœrore repletus. h ¶ *Quaſi leænam capies me.*] Huic ergo beſtiæ, ait Iob, aſſimilas me hominem humilem & abiectum. i ¶ *Reuerſuſq; mirabiliter.*] Deum dicebat ad ſe reuerti, quando cum antiquis nouas pœnas & recētiores in ſuo corpore ſentiebat mirabiliter. k ¶ *Inſtauras teſtes tuos contra me.*] Hoc dicit, quia caſtigatiōes & pœnæ noſtræ, teſtes ſunt diuinæ iuſtitiæ. Siue cruciatus illius, ideirco dictos teſtes exiſtimo, quia exiulante eo & rugiente, quaſi teſtimoniū deo tormenta reddebant. l ¶ *Multiplicaſti iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me. Quare de uulua eduxiſti me, qui utinam conſumptus eſſem ne oculus me uideret: Fuiſſem quaſi non eſſem de utero translatus ad tumulum. Nunquid, etc.*] Poteſt ira dei diabolus intelligi, cuius miniſterio Iob acerbos dolores patiebatur. Pœnæ D autem militantes dicuntur, quia per quēdam malorum ordinem ſuccedentes, officium commiſſæ ſibi crudelitatis exercent. m ¶ *Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum.*] Id eſt, requiem ab iſtis cruciatibus mihi concede, ut plangam aliquantulum dolorem pœnarum mearum, quem in corpore meo ſuſtineo, ſiue quem futurum in inferno perhorreſco.

n ¶ *Antequam uadam & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, etc.*] Quod terram inferorum deſcripſerit, nulli dubium eſt: nullus ordo ibi eſt uitæ, tenebroſa eſt, ut dixi, procul dubio uelut carcer, in quem peccatores & impij qui lucē o-

Sic impius ſum, quare fruſtra laboraui? Si lotus fuero quaſi aquis niuis: & fulſerint uelut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me ueſtimēta mea. Neq; enim uiro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſsit audiri. Non eſt qui utrunq; ualeat arguere, & ponere mānum ſuam in ambobus. Auferat à me uirgam ſuā, & pauor eius nō me terreat. Loquar & non timebo eū. Nec enim poſſum metuens reſpondere.

Caput X.

Tædet animam meam uitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquiū meū. Loquar in amaritudine animæ meę, dicā deo: Noli me condēnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nūquid bonū tibi uidetur, ſi calumnieris me & opprimas me opus manuū tuarū, & conſiliū impiorū adiuues? Nūquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut uidet homo, & tu uidebis? Nūquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tēpora, ut quæras iniquitatē meam, & peccatū meū ſcruteris? Et ſcias quia nihil impiū fecerim, cū ſit nemo qui de manu tua poſsit eruere. Mānus tuæ dñe fecerunt me, & plaſmauerunt me totū in circuitu, et ſic repente præcipitas me? Memēto quę ſo quod ſicut lutū feceris me, & in puluerē reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeū me coagulaſti? Pelle & carnibus ueſtiſti me, oſſibus & neruis cōpegiſti me. Vitā & miſericordiā tribuiſti mihi, & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū meū. Licet hæc cæles in corde tuo, tamē ſcio quia uniuerſorū memineris. Si peccaui, & ad horam pepercīſti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris? Et ſi impius ſuero, uæ mihi eſt: & ſi iuſtus, nō leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. Et propter ſuperbiā, quaſi leænam capies me: reuerſuſq; mirabiliter me crucias. Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicaſti iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me. Quare de uulua eduxiſti me, qui utinam conſumptus eſſem ne oculus me uideret: Fuiſſem quaſi nō eſſem de utero translatus ad tumulū. Nunquid non paucitas dierū meorū finietur breui? Dimittē ergo me ut plangā paululū dolorē meū ântequā uadā & non reuertar ad terrā tenebroſā, et operta mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarū, ubi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitans.

Reſpondio habuerūt, ut tenebrarū filij, cōtrudentur. Quæ terra caligine mortis operta eſt, ut clauſi in nocte æterna, nullum pœnitētiæ lumen aliquādo aſpiciāt: Vbi eſt miſeris umbra mortis, quæ in hoc loco pœnæ intelligēdæ ſunt:

A ſum, quia ſicut umbræ corporũ non ſunt lõge à corpo
ribus, ſic nec iſti umbras: ita pœnæ non longe à morte
ſunt, qui timuerũt mortẽ. Nõ reuertar ad hãc mortalita
tem, ubi tanta mala patior. Spiritus diuinus, qui eſt in
naribus meis. Quia eum dolorũ anguſtijs anhelãtem,
conſolationũ robore
urgebat. Quis mihi
tribuat ut in inferno
protegas me & abſcõ
das donec pertrãſeat
ira tua, & conſtituas
mihi tẽpus in quo re
corderis mei. Furor
iræ dei pertrãſiit, quẽ
Adam peccãdo pro
meruit, quãdo chiro
graphũ in mortem fi
liorũ eius cõſcriptũ,
Chriſti deleuit aduẽ
tus. Nemini ergo de
ſanctis mirũ uideat,
qui aduentu domini
ſunt abſoluti ab infe
ris, & reſurrectionis
Chriſti exẽplo in ſpe
beatæ reſurrectionis
ſuæ ſunt conſtituti.

Cap. XI.

Eſpondens autem Sophar Naamathites, etc.] Veluti ſi dixiſſet: Nunquid poteſt uir uerboſus admirationi haberi,
B aut præconio laudis efferri, cum ſit oſtenſione nimiæ uerboſitatis odioſus, ſed potius audire debet quę meretur, ne uanitate elatus, ſolum ſe exiſtimet ſapientem. *b* ¶ *Tibi ſoli, etc.*] Non ſunt hæc amicorum ſolatia, ſed hoſtium tela. Ita ut nunc dicamus de uobis: Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ.
c ¶ *Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.*] Non ita dixit quod purus eſſet & mundus: id eſt, quod cogitationibus & uerbis ante deum immaculatus exiſteret: ſed dixit, nihil impium feci. *d* ¶ *Atque utinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi.*] Dixit quaſi iudicio Iob debuerit condemnari. In loquendo enim uocem dei, cuius ſonum aures ſuſcipiunt, ut arbitror uoluit indicare. In aperiendis uero labijs, uocis intelligentiam demonſtrauit. *e* ¶ *Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, etc.*] Cordis eius abdita & remota iudicia, in quibus multiplex & imperſcrutabilis eſt, cognoſceres.
f ¶ *Et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, etc.*] Hoc eſt, plura pati debes tormenta, quam te ſuſtinere proclamas. *g* ¶ *Forſitan ueſtigia dei comprehendes, etc.*] Veſtigia dei illa ſunt, quando dignatione ſui hominibus innoteſcit. Et ideo tunc eum ueſtigamus, quando ſe nobis aliquantulum manifeſtare dignatur. Hæc ſunt ergo ueſtigia dei, cum incomprehenſibilem intellexeris & credideris. *h* ¶ *Excelſior cœlo eſt, & quid faciesſ Profundior inferno, & unde cognoſcesſ*] Credimus quod ubiq; eſt deus, & intra eũ omnia quæ ab eo creata ſunt, continentur. *i* ¶ *Ipſe enim nouit hominum uanitatem, & uidens iniquitatem nonne conſiderat.*] Ipſe enim nouit operã iniquorum, & uidens iniuſta non negligit, quia iniquos & impios uindicat. *k* ¶ *Vir uanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.*] Dicit eum pullo onagri ſimilem, effreno ſcilicet animali & uago, eo quod ita exiſtimet de ſe Iob, qui ad nullum debeat pertinere. *l* ¶ *Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.*] Firmaſti cor tuum, aut: non ut ſatisfaceres deo p pœnitẽtiam, ut auferret plagam hanc peſſimã in tuis carnibus ſœuientem. Expandiſti ad eum manus tuas, id eſt, falſa operũ merita, ore uanilo
quo dilataſti, qa multis locis, nomine manuũ, opera deſignantur. *m* ¶ *Si iniquitatem quæ eſt in manu, etc.*] Cum exprobratione arguit Iob, dicens: Si iniquitas quæ in manu operis tui & iniuſtitia in tabernaculo cordis tui non manſerit. *n* ¶ *Tunc leuare poteris faciem, etc.*] Sanctã uidelicet poſſidens conſcientiã, & liberam ad deprecandum deũ erigies faciẽ tuam. Cain enim fratricida in terra Naid habitauit: id eſt, inſtabilis factus eſt. Ne ergo & Iob ob huiuſmodi ſupplicium, ſuper morte ſua perpetuum timorem incurreret: Sophar hortatur eum, dicẽs: Si hæc feceris, quę ſupra diximus, eris ſtabilis. Hoc ſane ſciendum, quia eſt cõmotio, in qua peccator permanens in facinoribus ſuis, ante faciem non cõſiſtit. Facies tua tanquam aquæ puræ, & ſpoliaberis ſorde, & non timebis. Qui eſt ſynceræ & purificatæ mentis, & mundus ab omni ſorde, pertimet uitia, quibus uelut exuuijs expoliatus, tanquam é tenebris eductus fulgebit. Homo faciem mentis ſuæ candoris puritate præferens radiantem, populum ſignificat Iudæorum, qui Chriſtum patrem quodammodo ſuũ occidit. *o* ¶ *Miſeriæ quoq; obliuiſceris, & quaſi aquarũ quæ præterierunt non recordaberis.*] In tranſitu itaq; aquarum, Sophar hoc uult intelligere, quod tam cito poſſint diſcedere ab eo dolores, ſi tamen Iob ſe emendare uoluerit, quemadmodum aquæ intra momentum ad loca alia dilabuntur: & ita omnino abſtergi ab eo poſſe plagæ huius miſeriam, ut prorſus tenui memoria recorde
tur eius quaſi quæ non fuerit. *p* ¶ *Et quaſi meridiem, etc.*] Spiritualiter ſic intelligi poteſt, conſurget tibi ad ueſperam: id eſt, in conſummatione laborum malorum tuorum, conſolatio ſola iuſtitiæ tibi Chriſtus aduenietſ ſiue poſt mortem reſurges in gloriã. Item aliter, etiam in hoc interitu tuo quo quotidie tanta putredine cõtabeſcis & defluis, ut iam omnino conſumptũ te arbitreris: ſi feceris quæ iam dixi, ex nihilo omnino penitusq; cõſumpto, repẽte orieris ut lucifer, qui p occultas curſus ſui metas polũ circuiens: poſt biennũ in ipſius aurorę rutilo dicit apparere. Ita ergo & tibi poſt noctẽ & tenebras dẽſiores, diutinæ tẽtatiõis iſtius, ſi culpas tuas cognoueris

Caput XI.

REſpõndẽs aũt Sophar Naamathites, dixit: Nũquid qui multa loquitur, non audiet: aut uir uerboſus iuſtificabitur? Tibi ſoli tãcebũt homines, & cũ cæteros irriſeris, à nullo cõfutaberis? Dixiſti ẽnim: Purus eſt ſermo meus, & mũdus ſum in conſpectu tuo. Atq; utinã Deus loqueretur tecũ, & aperiret labia ſua tibi, ũt oſtenderet tibi ſecreta ſapiẽtiæ, & quod multiplex eſſet lex eius, & intelligeres quod multo minora exigaris ab eo q̃ meretur iniquitas tua. Fõrſitan ueſtigia dei cõprehendes, & uſq; ad perfectũ omnipotentẽ reperies. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & unde cognoſces? Lõgior terra menſura eius, & latior mari. Si ſubuerterit omnia, uel in unum coartauerit, quis contradicet ei? uel quis dicere ei poteſt, cur ita facis? Ipſe ẽnim nouit hominũ uanitatẽ, & uidens iniquitatẽ nonne conſiderat? Vir uãnus in ſuperbiã erigitur, & tanq̃ pullũ onagri ſe liberũ natum putat. Tũ autẽ firmaſti cor tuũ, & expandiſti ad eũ manus tuas. Si iniq̃itatẽ quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & nõ manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tũc leuare poteris faciẽ tuam abſq; macula, & eris ſtabilis & non timebis. Miſeriæ qũoq; obliuiſceris, & quaſi aquarum quæ præterierunt non recordaberis, & q̃aſi meridianus fulgor conſurget tibi ad ueſperam. Et habebis fiduciã, ꝓpoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, & nõ erit qui te exterreat. Et deprecabunt faciẽ tuã plurimi. Oculi aũtẽ impiorum deficiẽt: & effugiũ peribit ab eis: & ſpes illorũ abominatio animæ.

quum te conſumptum putaueris, orieris ut lucifer: & habebis

A gnoueris poterit euenire. *a* ¶ *Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, etc.*] Habebis hanc fiduciam, ut defoſſus in morte, certusq; de reſurrectione effectus, ſecurus dormias, requieſcas in inferno, in ſpe certę fidei cõſtitutus: & nõ erit illic ullus tortor aduerſarius inimicus, qui te exterreat, & tibi pœnas infernales infligat, ſed potius quicũque ſunt, preces tibi ſupplices fundent: ut eis tartarei cruciatus tuis orationibus temperentur. *b* ¶ *Oculi autem impiorum deficient, etc.*] Id eſt, expectatio hominum impiorum hoc fine concludetur: ut in tẽpore alienæ gloriæ, ipſi nõ abſolutione, ſed abominatiõe digni inueniant. Cap. XII.

Eſpondens autem Iob dixit: Ergo uos ſoli eſtis homines etc.] Hoc eſt dicere, quid uos tantum dicitis ſapientes: & putatis quod poſt uos nullus erit ſapiens?
d ¶ *Lampas contempta apud, etc.*] Lampadẽ ſe contemptam à diuitibus dicit: utiq; ſuperbos eos denotãs,
B eo quod deſpicerent eum afflictum cruciatibus, & deſpectione propinquorũ: qui tamen magnæ fidei & bonorum operũ oleo intrinſecus fulgebat. Siue etiam lampas contempta à diuitibus, Chriſtus à Iudæis: qui ſurgens à mortuis, ſplendore gratiæ ſuæ illuminauit uniuerſum mundũ. Diuites uero ideo Iudæi dicti ſunt, quia acceperunt eloquia dei. *e* ¶ *Nimirum interrogatis iumenta, & docebit, etc.*] Quod omnia ad dei prouidentiam & gubernationem pertineant, etiam quæ irrationabilia atque inſenſibilia ſunt, quadam ratione ueritatis interrogata reſpondẽt. Secundum myſticum intellectum poſſunt homines in conditi & irrationabiles moribus, iumẽta intelligi. Volatilia uero intelligũtur dæmones, ſiue leues & elati homines ac ſuperbi: aut certe aſtrologi. Terra, uoluptuoſi homines & carnales qui terrena ſapiunt. Piſces, philoſophi & eorum ſimiles, qui in rebus mũdi & eius qualitatibus inquirendis nimij ſunt. Aliter: Iumenta equi boni ſunt, quæ animalia in hæreditate domini habitabunt: quibus pluuia uoluntaria euangelij ab incredulis ſegregata eſt. Volucres uero ſunt qui ſurſum corda habent & cœleſtia concupiſcunt: uel qui obuiam Chriſto in aera ex mortuis ituri ſunt: caro ſanctorum rectiſſime intelligitur, quæ regnante domino exultabit. Piſces uero qui inter fluctus mundi iſtius tempeſtates q̃ natantes, tuta ſibi loca æternitatis & quieta proſpiciũt. Vel illi piſces intelligendi ſunt, qui per aquam uitã accipiunt: qui confeſtim de fonte baptiſmi migrãt ad Chriſtum: ſiue ad deum, ut alij dicunt. *f* ¶ *Si deſtruxerit nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit, etc.*] Manifeſtũ eſt quicquid ſapientiæ ſuę iudicio diſſipare uoluerit ac deſtruere: ne habẽbis fiduciã, ꝓpoſita tibi ſpe: & defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, & nõ erit qui te exterreat. Et deprecabunt faciẽ tuã plurimi. Oculi aũtẽ impiorum deficiẽt: & effugiũ peribit ab eis: & ſpes illorũ abominatio animæ.

Caput XII.

REſpõdens aũt Iob, dixit: Ergo uos eſtis ſoli homines, & uobiſcũ morietur ſapiẽtia? Et mihi eſt cor, ſicut & uobis: nec inferior ueſtri ſum. Quis enim hęc quę noſtis, ignorat? Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, in uocabit deum, & exaudiet eũ. Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lãmpas contẽpta apud cogitationes diuitũ: parata ad tempus ſtatutũ. Abundãt tabernacula prædonũ, & audacter prouocant deũ: cum ipſe dederit omnia in manus eorũ. Nimirũm interroga iumẽta, & docebũt te: & uolatilia cœli, & indicabũt tibi. Loquere terræ: & reſpondebit tibi: & narrabũt piſces maris. Quis ignorat q̃d omnia hæc manus domini fecerit? In cuius manu anima omnis uiuẽtis: & ſpiritus uniuerſæ carnis hominis. Nonne auris uerba dijudicat: & fauces comedentis ſaporẽ? In antiquis eſt ſapiẽtia: & in multo tempore prudentia. Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo: & ipſe habet conſilium & intelligentiam. Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi inclũſerit hominẽ, nullus eſt qui aperiat: ſi cõtinuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram. Apũd ipſum eſt fortitudo & ſapientia. Ipſe mo poterit fortitudini illius uelut potẽs reſiſtere. Sicut deſtruxit turrẽ & regna multarũ gẽtium, uel etiã Hieruſalẽ: ubi præcepta ipſa legalia tanq̃ lapides ſcripti ſunt, ſub præſentia gratiæ ſuæ diſſoluẽda eſſe prænunciauit. Sic itaq; & ſecundum Iob prophetationẽ, paries inimicitiarũ, lex utiq; præceptorum, per Chriſtum deſtructa eſt, ut duos conderet in ſemetipſo in unum nouum hominem pacẽ faciẽs. Deſtruxit atq; reſeruauit deus Chriſtus clauſtra inferni: & diabolum habentẽ poteſtatẽ mortis, regno dominationis depoſuit. Deſtruxit deus Chriſtus igitur mortem, dum ipſam ut in ea mori dignaret, ſuſcepit: & dũ in cruce deſtruxit corpus peccati, ueterem hominem noſtrũ illic interficientẽ peremit: ut uitã nobis in æternum reſtitueret. Sic itaque deſtruxit mortẽ, & illuminauit uitam perſequẽtium eccleſiã, deſtruxit cõſilia molientiũ ut nomen eius effoderent de ſub cœlo, ludęi ſicut & gentes. Deſtruxit dogmata & diuerſos errores hæreticorũ ab eccleſia: indiſſolubili rectæ fidei ædificio: de quibus Salomon: Ciuitates fortium aſcendit ſapiẽs, & deſtruxit munitiones eius: deſtruxit & omnem cultum idolorum.
g ¶ *Si incluſerit hominem, nullus eſt, etc.*] Incluſit deus Noe in diluuio, Lot in Segor, Ionam in uentre ceti: Hieremiam & Baruch ne inuenirentur. Includit & illos de quibus dicitur: Immittet angelum ſuum in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Siue ſub ſententia mortis iudicio dei poſitum hominem quis poteſt reuocare? Incluſus eſt Pharao in medijs aquis, incluſi ſunt Dathan & Abiron uiui in inferno: populus Iſrael in eremo per quadraginta annos incluſus eſt. Includit deus hominẽ tribulationibus excoquendum: aut certe correptionibus flagellandum peccatorem cingit ut emẽdet. Quis eſt qui copiam declinandi ueluti quendam aditũ aperiat, ut euadat, ſicut ipſe Iob, qui ait: Concluſit me deus apud iniquum, & manibus impiorum tradidit me. Poteſt homo hoc loco diabolus intelligi: q cũ incluſus fuerit in inferno, nec ſeipſe liberabit, qui ſe contra deũ fortiſſimum deteſtabiliter arbitratur. *h* ¶ *Si continuerit aquas, omnia, etc.*] Quod factũ ſub Noe, ſecundũ ſcripturarum fidem, minime dubitamus. Modo uero ſpiritualiter aquæ doctrinarum, in Iudæorum populis continẽtur, ut ſint eis legis flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: & habeant ut iſtæ aquæ terrenas cupiditates atq; luxurias: & diſperdantur ac demoliãtur, in terra eccleſiæ rationabilis, relicta imagine terreni hominis in ſpiritualem uitam ſe conuertendo proficiant. *i* ¶ *Apud ip. etc.*] Hoc eſt filius cũ patre, et ſpiritus ſanctus.

Pſal. 33. 6

Universidad de Deusto Biblioteca

A a ¶ *Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur.*] Nouerat Balaam, Achab, Aenam falsum surrecturū prophetā, Aenā nouit, sed per hæc meritū populi peccatoris ostē dit: ut in perditionē eius falsa uaticinādo denūciet: & hi qui nolūt audire deum & prophetas uera dicētes: pseu doprophetarū falsis uaticinationibus illu dant. Filij quoq; Israel sicut in libro Iudicū legimus, æquissimo dei iudicio decepti sunt. Et cū iusta causa propter uxorē leuitis cōtra Beniaminitas cōgregati fuissent, ut scelus adulterij puniretur: in ipsis prius est sacrilegij crimen uindicatū: quia prius ipsi emendari debuerāt: uel certe eos, qui idola iniuriā dei adorabant interimere: quibus magis fuit fratris iniuria cū dei, & ob id prius in illis uindicatū est. Nouit autē dominus & decipientem & deceptū per præscientiam: quod etiā de Abel & Cain, & Dalila & Sāson, qui gratiā spiritus sancti in septē cri
B nibus mystice possidebat, intelligi potest. Nouerat utique hęc omnia deus ante cū fierēt prescius futurorū: sed permisit ut homo qui libero utebat arbitrio, præcepto dei inobediēs, in super & deū posse se fieri credens, per iustitiā dei pœnā inobediētiæ dignissime sustineret. Hi oēs typū Christi habuerūt.

Iudic. 20.c

Ipse nouit & decipiēntē, & eum qui decipitur. Adducit cōsiliarios in stultū finem: & iudices in stupore. Bālteū regū dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Dūcit sacerdotes inglorios: & optimātes supplantat. Cōmutans labium ueracium, & doctrinam senū auferens. Effundit despectionē super principes, & eos qui oppressi fuerāt, releuat. Qui reuelat profunda de tenebris: & producit in lucem umbrā mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terræ & decipit eos, ut frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, et nō in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

Caput XII.

ECce omnia hæc uidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Secundū scientiā uestram, & ego noui: nec inferior uestri sum. Sed tamē ad omnipotentē loquar, & disputare cū deo cupio, prius uos ostendēs fabricatores mēdacij, & cultores peruersorū dogmatū. Atq; utinam taceretis ut putaremini esse sapiētes. Audite ergo correctiones meas, & iudiciū labiorū meorum attēdite. Nunquid dēus indiget uestro mēdacio: ut pro illo loquamini dolos? Nūquid faciē eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quē cælare nihil potest? Aut decipiet ut homo uestris fraudulentijs? Ipse uos arguet: quoniā in abscōdito faciem eius accipitis. Statim ut se cōmouerit, turbabit uos, & terror eius irruet super uos. Memoria uestra cōparabit cineri, & redigētur in lutū ceruices uestræ. Tacete paulisper: ut loquar quodcūq; mihi mens suggesserit. Qūare lacero carnes meas dēub. meis, et ām meā porto in manib. meis. Etiā si occiderit me: in ipso sperabo. Verūtamen uias meas in conspe-

ibid. 15.d

In Sāson uero qui leonē tenuit & occidit, & in ore mortui leonis fauum mellis inuenit: significatū est quod in superbis in quorum ore putor fuerat blasphemiæ, esset postmodum dulcedo laudis & gratiæ dei. Et ut ille Sāson sitiēs de molari dente asini inuocato deo aquā eduxit ut biberet: ita & Christus de immundo & duro gentiū populo fide credentiū, tancp refrigerij poculo saturatus est. Maxilla quoq; eiusdem asini de cuius molari aquæ copiosæ effluxerant, occidit mille uiros. In maxillis & dentibus, oris eloquium intelligitur. Doctrina igitur eorum qui ex gentibus crediderūt perfecto quodā numero finitur. Samson uero hostes suos atq; aduersarios tribus modis interfecit & occidit: dum alij non credendo pereunt: alij uero credendo fidei, moriūtur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellat. Ita enim doctrina & prædicatio euāgelij magnificata est super omnem terram, ut eam omnes gentes ubiq; eleuatā miren tur. In illis ergo uulpibus figuratum est: ut per dolosos & sanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis est, pars post tergum relicta, pars circa fructus Christo

aduersantiū uastaretur. b ¶ *Adducit consiliarios in stultum finem.*] Vt fecit contra Aegyptiorum magos, qui dicebant Pharaoni: regem Chaldæorū non esse uenturū ad uastandam Aegyptum: siue ipsum Nabuchodonosor in amentiā uertens, uel Balthasar timore cōcutiens. C

Hier. 4 & 46

c ¶ *Balteum regum dissoluit, etc.*] In balteo, regnantis gloria intelligitur: in fune, ignominia regno deposita: sicut Sedechiæ & Manassæ contigit deo iubente. Siue populum Iudæorū qui per infidelitatē suā, à Christi regno distinctus est. Sed & nunc renati in Christo reges, sunt omnes in adoptionem filiorum æterni regis uocati. Vere ab illa honoris sublimitate merito distinguntur, quicūq; ea quæ pœnitentiæ fructibus digna sunt perpetrarunt. Sicut ait propheta: Pro zona reste cingeris. d

Esa. 3.d

¶ *Ducit sac. etc.*] Vt filios Eli, uel plures alios eiusdem gentis.

e ¶ *Et optimates supplantat.*] Non dolo supplantat deus, in quo non est iniquitas, sed hoc modo dicit supplantare: dum iniustum amouet & iniquū, & in locū quem tenere uidetur quisq; indignus, bonū homine & iustū substituit, ut Dauid in locū Saulis. f ¶ *Commutans labium, etc.*] Cū propter peccata remotis promissionibus æternæ uitæ: gehennæ flammas adoptatis dare compellitur. g ¶ *Qui reuelat profunda de tenebris: & producit in lucem, etc.*] Vmbra mortis ipse diabolus est: qui nō protegit homines, sed premit in mortem, hic producitur in lucem: quādo ab anima fideli separatur.

D

Caput XIII.

ECce omnia hæc uidit oculus meus, &c. h ¶ *Num quid deus indiget uestro mendacio: ut pro illo loquamini dolos?*] Doli erant in illis, quia sub uerbis consolatorijs inimico cum corde pulsabant. i ¶ *Ipse uos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.*] Vt à deo arguamini, digni estis: absconditè, id est quasi eo ignorante personam eius in uobis ad me damnandum suscipitis: tanquām eum latere possit aliquid ut ita ei subrepere uelitis. k ¶ *Quare lacero carnes meas.*] Torquentibus eum nimijs cruciatibus: manus uel labia sua dentibus lacerabat. l ¶ *Et animam meam porto in manibus meis.*] Ipsam uitam suam quæ solet animæ uocabulo dici: portare se ait in manibus suis: hoc est iam nunc in tormentis deficiente anima & exeunte uelut ef-

ferendam

A ferendam porto in manibus. a ¶ *Scelera mea & delicta mea ostende mihi.*] Vt scire possim, quam ob causam ita me crucias. b ¶ *Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum.*] Dum ita puniri me permittis, quem uelut inimicum existimas, dolet mihi, eo quod ipse optime noueris, quia illi potius qui tibi restiterit nocetur.

Cap. XIIII.

HOmo natus de muliere breui ui. etc. Quasi flos egredi tur, etc.] In flore hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus, non fragrantem odoris pulchritudinem & decorē.

d ¶ *Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos.*] Hoc est, dignū ducis ut propter humanum genus, unigenitum tuum hominem nasci uelis. Siue aliter, me quoque permittis fabulari tecum, & euoluere miserias meas.

e ¶ *Recede ergo paululum, etc.*] Hoc est amoue à me flagellum tum, neq; me diutius
B permittas taliter tentari. f ¶ *Lignum habet spem. Si præcisum fuerit, rursum uiresc it, & rami eius pullulant.*] Rationabile lignum credendum est, de quo dicitur: Est enim arbori spes. Hoc itaq; lignum præcisum fuit per inobedientiam: quādo habitabat in medio lignorum paradisi, prius quàm dei sententia morere tur: à quo in baptismate uetustas præciditur, ut in Iesu Christi noui hominis uita, per resurrectionem fidei reuiuiscat, & rami eius uirtutibus pullulent, id est opera eius sancte uiuendo proficiant. g ¶ *Homo uero cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quæso est?*] Homo autem non habens spem in Christo, sicut gentes quæ ignorant deum, cū mortuus fuerit, non renatus per baptismum, uita etiam destitutus ac præsenti delectatione nudatus, sine dubio sententiā æternæ damnationis excipiet. b ¶ *Quo modo si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus aresc at.*] Si fieri potest ait, ut aquæ salutarium præceptorum dei, de sanctarum scripturarum mari desināt recedere, aut perenni abundantia non deficiunt: & si potest fieri ut fluuius sacri baptismatis, quadam inopia diuinæ misericordiæ exiccetur, & non plenus sit gratia dei, sancti quoq; spiritus donis non redūdet: ita poterit fieri ut homo cū mortuus fuerit non resurgat. i ¶ *Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram.*] Vocabūtur omnes mortui in nouissimo seculorum, & in uoce archangeli atq; in tuba dei de tumulis excitabuntur: respondebunt; uniuersi hoc modo cum ad uerbum maiestatis eius atq; potētiæ, cineres ac fauillæ humanorum corporū uiuificabuntur, & exurgēt ex mortuis incorrupti. k ¶ *Tu quidem gressus meos dinumerasti.*] Cogitationes & opera iuuentutis meæ. l ¶ *Signasti quasi in sacculo delicta mea.*] Saccus significanuo nomine quasi tota massa peccatrix generationis Adæ di

C

Hier. to. 7

D

ctus uideri potest: in quo quasi sub signaculo imaginis eius, genuit Adam ad imaginem & similitudinem suam, totam sobolem illius in ipso præuaricatricem esse ctam: quam per multa secula deus clausam tenuit sub peccato, & tamen in nouissimis seculorum temporibus, uulnera delictorum sua redemptione curauit. Si autem de semetipso Iob hoc dixisse uidetur, ut arbitror, iste est intellectus. Si qua igitur ait ad deum per totum seculum uitæ meæ peccata commisi, in unum omnia per diuersa temporum spacia congrega

Mons

sti, ut secundum rigorem iustitiæ tuæ pro cunctis simul

A mihi retribueres. *a* ¶ *Mons cadens defluit & saxum transfertur de loco suo, etc.*] Montem ergo istum, diabolum siue superbiæ hominem sentire debemus qui contra deum ut mons elatione mentis tumescit, & ita se erigēdo, cadit in præceps ut defluat, & solutus in puluerē ad nihilum deducitur. Saxo uero illos assimulari puto, qui cum in naturæ bono debuerant tanq; lapides solidi simili fortitudine permanere: cōmutati sunt uoluntate propria in stoliditatem quandam ac duriciā cordis, & ideo detestationis suæ habitaculo quod se habere, quasi de suis meritis præsumebāt, deiciēdi sunt ad digna sibi loca. Aquæ autē istæ quæ semper inferiora petūt, per quas etiam quōdam uenit interitus: aduersarias significāt potestates & procellas ac turbines mūdi. Hæ ergo aquę inquam eos homines qui sibi fortissimi ac solidi sunt de se præsumentes & confidētes in uirtute sua,

B unde & lapidibus cōparant, indefinēti lapsu atterunt. Terram uero illos esse existimo, qui tētationes & pericula nō ferēdes: se dimittūt labefactari. Homines ergo simiIiter perdes, id est sanctos tuos qui imaginē tuā in se custodiunt. *b* ¶ *Roborasti eum, etc.*] Hoc est in uita ista non permisisti sanctos tentationibus superari. *c* ¶ *Immutabis faciem, etc.*] Id est, cum mortale hoc immortalitatem induerit & incorruptionē. Siue aliter, faciem animā intelligimus, quæ cum naturalem receperit serenitatem, contēplatur gloriam diuinæ maiestatis, quæ cū corpore suo simul fuerit gratulata, nulla perturbatione cuiuslibet uitij sauciabit. *d* ¶ *Siue nobiles, etc.*] Hoc est nō filij carnis, sed filij mentis, id est opera uirtutū. Non intelligunt ergo sancti in hac uita ante iudicij diē, quales pro certo filios habeant: utrū deo placēres, an non placētes. Roborasti eū paululū ut in perpetuū trāsiret, secundum formam serui quam assumpsit. Hæc Christo deo non aptari posse arbitror. Nam cū ex ea parte qua homo est infirmaretur proximus passioni, euangelista

Luc. 22. c ait: Apparuit autē angelus domini de cœlo cōfortans eum: Hic ergo ad breue tempus administrata redēptio ne nostra in perpetuum illud seculum cœlos penetrās transiuit. Immutabis faciem eius, hoc est cum totus homo in deum transit: salua tamen utriusq; substātiæ proprietate in unitate personæ. *e* ¶ *Attamen caro, etc.*] Ita ueram carnē saluator noster assumpsit ut potuerit do-

Matt. 26. d lorem sentire. Vel anima eius doluit cum ait: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Siue ecclesia quæ caro eius est, dolet cum pressuris premitur seculi: quia ipsa ecclesia filia est in eo: qui per fidem baptismi initiat̄ in Christo. Et rursum mater est, cum ille qui membris Christi incorporatus est, suscipit ministerium baptizandi.

Caput XV.

R*Espondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid sapiens respon, etc.*] Hoc sensu uidetur cœpisse: quisquam ne sapiens & disciplinæ philosophicæ studiosus, ita furore rapitur atq; insania possidetur, ut sine ullo timoris dei uel religionis intuitu, sic loquatur ut aurę fiatui simile sit uentoq; quod loquitur. Ob hoc igitur Eliphaz sanctum Iob ueluti spiritu superbiæ uētoq; tumidum redarguere ausus est. *g* ¶ *Et implebit ardore, etc.*] Nomine ardoris, exanhelā tem felle iracūdiæ animū eius uoluit indicare, qui aduersum deū tanq; coęqualē fibi irasci præsumpserit. Alia interpretatio ita habet. Et implebit dolore uentrē suum. Ventrē capacem quē dam sinū animæ dictum intelligamus: quia quemadmodū receptaculū aliquod est corporis quo uiscerum uitalia continentur, & hoc uētris nomine appellamus ita uirtutem quandā exercitationibus animæ capabilē illa trāslatione per demutationem nominis dixit, quæ eo modo cogitationibus repleatur, quo uēter hominis escis repletur. Increpatur ergo Iob ab Eliphaz qđ huiuscemodi uentrem dolore repleuerit, id est ea cogitet quæ animam eius discrucient uel unde dolores corporis merito patiatur. *h* ¶ *Arguis uerbis, etc.*] Quem ita dicendo: uelut rebellem deoq; cōtrarium notat. Ob hoc forsitan quia in præcedēti sermone dixerit Iob ad deum inter cætera: Et arbitraris me inimicum tuum. *i* ¶ *Quantum in te est, euacuasti, etc.*] Tam elatus, inquit, effectus es ut timore diuino omnino sis uacuus, & deum iam nec deprecari digneris, propter quod ait: & tulisti preces coram deo, id est quasi tibi non necessarias à te abstulisti. *k* ¶ *Docuit enim iniquitas tua, etc.*] Malum igitur mentis tuæ, os tuum didicit loqui, & ideireo imitator & discipulus es illorum qui linguam ad blasphemā dum deum semper habent paratam. *l* ¶ *Condemnabit te os tuum, etc.*] Id est, merita sermonum tuorū recipies. *m* ¶ *Nunquid primus homo tu natus es & ante omnes, etc.*] Ergo antequam generatio humana existeret, esse cœpisti, donans tibi plurimum, quod præ cæteris hominibus sapias: ubi sermone subsannatorio potuit primū Adā dixisse, quem utiq; sapientissimum à deo nouimus factum. Ita ergo in sanctum Iob inuehitur ut diceret, nunquid tu ante patrem hnmani generis & ante conditionem angelorum esse cœpisti? *n* ¶ *Numquid consilium dei audisti, etc.*] Subinde nimium & iactantem arguit uero deo placentem, & uehementer increpat dicens: quod non solum nosse putet dei consilium: uerū etiam & inferior sit illo eius sapientia. Apparet ergo plenum liuore animum, exprobrationum iacula, in hominem iustum sine causa dirigere, ut conuiciis obrueret innocētem. *o* ¶ *Quid nosti quod ignoremus, etc.*] Plurimum plane. In primis ipsum deum magis nouerat: deinde reuelanda in Christo mysteria spiritu peruidebat. *p* ¶ *Senes & antiqui sunt in nobis, etc.*] Senes & antiqui nobiscum positi, qui iam ipsa longæuitate plurimū eruditionis

A nis atq; scientiæ consecuti sunt: nihil temere contra deū ut tu facis, dicere præsumpserunt. *a* ¶ *Numquid grande est, ut consoletur, etc.*] Manifestum. nec grande est omni potenti, nec difficile misericordiæ dei, hominem consolari: ut inuocantē exaudiat, & à pressura tribulationis eripiat, sed tu blasphemias ructādo, exacerbas magis deum in pœnā tuā, quem poteras humilitate & satisfactione placare. *b* ¶ *Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, etc.*] Cor, oculi, spiritus: totam hominis animam significāt: sed in corde hominis, sapientiā cognoscamus. In oculis, perspicuitatē intelligentiæ. In spiritu uero illius animæ motum, quo cogitationibus incessabiliter agitur ad quæcunq; facienda. In eleuatione ergo cordis & attonitis oculis, tumore etiā spiritus: superbū ualde cōtra deum & inflatum nimiū sanctum Iob Eliphaz amicus eius exprobrat. Illis etenim sermonib. offensus fuerat, quos beatus Iob ad deū superius narrauit: Si iudicatus fuero, scio quod iustus inueniar: & cōtra, isto sermone loquitur, Quid est homo ut immaculatus appareat? *c* ¶ *Ostendam tibi, etc.*] Expertā rem loquor: quā cognouisse & uidisse me noueris. *d* ¶ *Sapientes confitentur, etc.*] Ita uult eum diuersis modis atq; exemplis, quasi ad pœnitentiam coartare atq; constringere, ut cōfiteatur plagam illam pœnarū quam sustinebat ob merita sustinere. Vel ita: nō defendēdo seipsos suosq; patres similes sui, uel quos imitando parētes habere cœperunt: peccata sua siue parentū nō cooperiūt, nec abscōdunt. Siue non cælant patres suos, id est seniores uel sacerdotes suos quibus peccata salubre est cōfiteri. *e* ¶ *Quibus solis, etc.*] Frequēter deus propter peccata tradit terram iniquorū aliis gentibus. De cōuersationis igitur introitu & ingressu Sophar ad Iob loquit. In amaritudine sua uadent & ueniēt super eū horribiles, id est, quasi iracundia felliū commoti, & ueneno inuidiæ in amaritudinē furorēq; cōuersi: circa te, inquit, tugiter morabunt̄. Siue moraliter. Sapiētes illi in Christo sunt, & in seculo stulti, qui satisfactione pœnitentiæ, peccata sua uel errores hæreseos conuertēdo se ad deū fideliter confitentur, & autores uel criminū suorū uel dogmatum manifestant: ut terrā corporis sui soli possideant id est, non ei uitia uel hostiles nequitiæ dominentur. Alienusq; per eum nō transeat, id est diabolus in eum nō habeat potestatē. Qui uere alienus dicēdus est, quia se à deo & angelorum consortio fecit alienum. *f* ¶ *Cunctis diebus suis, etc.*] In personam quidem Iob hæc Eliphaz uidetur inuehere, quæ usque ad calcem sermonis huius perduxit. Ego uero existimo quod afflatus spiritu prophetiæ, cuncta hæc in quemlibet impium, siue in ipsum diabolum uel eius socios dixerit. *g* ¶ *So-*

nitus terroris semper in auribus illius.] Sicut Aegyptij passi sunt. *h* ¶ *Et cum pax sit: ille semper, etc.*] Perseuerat impius in scelere semper de conscientiæ malo: nouit enim secundum iustum iudicium dei, quæ impijs retributio sit separata. *i* ¶ *Non credit.*] Frustra errore deceptus, quod aliquo precio redimēdus sit. Hic impius in profundum peccatorum deueniens: uitam se posse cōsequi desperauit. Et idcirco nō credit qđ reuerti possit ad pœnitentiæ lucem de tenebris peccatorum. Huius aūt diffidentię causam enarrat dicens. *k Circumspectans: undiq;, etc.*] Id est hinc inde: siue præstolans mortē. Diximus diabolum in escam datū spirituū immundorū: quia eius malitia uiuunt: uultures uero, homines peccatores & immundi intelliguntur. Cum ergo hic conuersi fuerint, tunc inimicū deuorātem se, uersa uice habebūt in escā, quia ipse est draco qui datus est à deo in escā populis Aethiopum: qui quōdam propter nigredinem peccatorū

B patres tui. Nūquid grandē est, ut cōsoletur te deus? Sed uerba tua praua hoc prohibent. Quid tē eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spiritus tuus: ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius, nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatē? Ostendām tibi audi me, quod uidi narrabo tibi. Sāpientes confitentur, & non abscōdunt patres suos. Qūibus solis data est terra, & nō transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrānidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Non crēdit quod reuerti posit de tenebris ad lucem: circunspectās undique gladium. Cūm se mouerit ad quærendū panem: nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eūm tribulatio, & angustia uallabit eū sicut regē, qui præparatur ad prælių. Tetendit enim āduersus deū manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cūcurrit aduersus eum erecto collo: & pingui ceruice arma

Aethiopes: nunc autem per fidem lux facti in domino, hunc impium siue draconem consumunt ac deuorāt: dum omne corpus eius, qui sunt utiq; peccatores, per fidem intromittunt in corpus, id est in ecclesiam: secundum hoc, quod dictum est Petro: Surge occide & manduca. Hinc etiam Moyses filios Israel uitulum comminutum bibere compulit, ut sicut ab eo fuerant absorpti in errore, ita ille in corpore populi dei relicto errore transiret. *l* ¶ *Cum se mouerit ad quærendum, etc.*] Motus animorum, est inchoatio cogitationis. Cum ergo hic recordatus fuerit reus sibi semper male cōscius, quem admodum possit uiuere: nihil ei occurrit aliud quam tempus illud iudicij dei horribile, quo pœnas perpetuas irrogandas expauescit. *m* ¶ *Terrebit eum tr. etc.*] Antequam dies prædictus aduenias, malo formidinis cruciabitur: pressuris quoq; & angustijs septus undiq; coartabitur: ueluti rex profecturus ad prælių. Sub nomine regis, impium hominem siue diabolum significari existimo, qui contra deum bella quotidie blasphemias contentionesq;, siue pugnas parat uitiorum. *n* ¶ *Tetendit enim aduersus deum manum suam, etc.*] In elatione siue expansione manus, resistētem deo demonstrat, quem mentis etiam tumidæ contumacia robustum dicit. *o* ¶ *Cucurrit aduersus eum erecto collo.*] Abruptam ac præcipitem superbi indicat mentem: quia contra deum possessus insanus in audacia resistendo nō lentis gressibus processit. *p* ¶ *Et pingui ceruice armatus est.*] Pinguedinem nominando ceruicis, superabundantem, & quasi nimium effluentem superbiam indicauit. Quemadmodum propheta ait: cum de eadem hominum superbia loquitur dicēs: Prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum: hoc testimoniū noua additio aper-

A tius dicit. Processerunt à pinguedine oculi eorũ, id est sensus siue cogitationes nimiũ superborũ, in blasphemiam proruperunt. *a* ¶ *Operuit crassitudo faciem eius.*] Facies plerunq; ipsa mens animæ intelligitur, ut ait Apostolus: Nos autẽ reuelata facie gloriam domini speculamur. Hanc diabolus siue impius homo sanctitate seu humilitate, serenam nõ habet siue perspicuã, sed crassitudine operiam superbiæ, quę ęco corde fit & obtuso. Alia æditio: Operuit faciem eius tanq; in adipe suo: tãquàm diceret: superbia uidelicet atra, autor omnium uitiorum: non tenui & perlucida humilitatis uirtute uelut preciosо amictu se uestiuit, sed de seipsa fecit ei quodãmodo derisum & uestimentum obscurum, quo superbiam crassa cæcitate cordis obtunderet. *b* ¶ *Et de lateribus eius, etc.*] Possunt latera eius, ministri siue sodales intelligi, qui eius similes extiterunt. Non absurde etiam aures intelliguntur, quæ utiq; in audientia impinguantur, unde nimia surditas contumacibus generatur, secundum illud: Incrassatũ est cor populi huius. Alia æditio: Fecit capitapulum super fœmora. Videtur mihi iste uersiculus sensum huiusce modi continere, quod in hoc impio increpetur, quia frenũ disciplinæ, quo ad uirtutes retineri poterat, habere noluerit, sed ad quandam se potius dissolutionem, deposito animi rigore delecerit, ut quasi loro laxato ad uoluptatẽ & luxuriam deduceret. *c* ¶ *Habitauit in ciuitatibus desolatis, etc.*] Habitationem ergo bestiarũ & auium immundarum, spiritus immũdos dicit: qui habitant in hominibus, quos deus deseruit. Hic enim habitat in hominibus derelictis à deo, & ob hoc sepulchra facti sunt mortuorũ. Et si peccata in scripturis mortui aliquando dicunt, necessario peccatores & impij tumuli sunt mortuorũ. Igit̃ in ciuitatibus, potest generale nomẽ esse omniũ peccatorũ. In domibus uero speciale, uniuscuiusq; peccatoris & impij. *d* ¶ *Non dabitur, etc.*] Substantia hic non rerũ diuitiæ intelligendæ sunt, sed peccata, de quibus ait sanctus spiritus in Apocalypsi Ioannis. Cecidit, cecidit Babylon ciuitas magna, & facta est habitaculũ dæmoniorũ, & custodia omnis spiritus immũdi. Quod aũt ait, nõ ditabit, hoc dixisse mihi uidet, nõ longũ tẽpus erit, quo uita eius in diuitijs facinorũ decrassẽt, cum etiã collecta uitiorũ eius substantia, nõ erit permansura. *e* ¶ *Nec mittet, etc.*] Id est, quia tanquàm arbor euulsa sit moriturus: ideo in terra uiuentium stabilitatem æternam siue eorum consortium non habebit: eo quod hic prius spem uel radicem fidei non præmiserit: aurũ etiam salutis ut sub umbra uiuat refrigerij non habebit. *f* ¶ *Non recedet de tenebris.*] Alij dixerunt, non effugiet tenebras: id est pœnas æternas subibit & tenebras non euadet. Non recedet autem de tenebris, intelligimus de tenebris infidelitatis. Homo hic impius ad lumen pœnitentiæ uenire detrectat. *g* ¶ *Ramos arefaciet flamma.*] In ramis, operum malorum fructus intelligamus, sicut Salomon ait: Fructus impiorum peccata: hos uero uelut ligna, fœnum, stipulam gehennæ ignis absumet. *h* ¶ *Et auferetur spiritu oris sui.*] Quia ergo furor contra deum animus eius est C quo etiam & blasphemias in eum spirare non desinit: oris sui, ait, iudicio condemnatur. Secundum antiquã ergo æditionem in stirpe siue fronde, originem uitæ impij significari existimo, quam spiritus dei sententia iudicij, ut incubans uẽtus percutit, ut uelut arbor arefactus impius illico moriatur, & ita omnis flos honoris eius & gloriæ defluat. *i* ¶ *Non credat frustra errore, etc.*] Hoc igit̃ ait: putat fortassis diabolus & homo impius cordis duritia in impietate persistens, quod deus ei pro suis meritis non retribuat: dum deus nequaquam ei parcit, etsi uerbis hoc potentibus atque compositis ut obtineat deprecetur, cum iam secundum dei iustum iudiciũ, sempiternis addictus sit cruciatibus. *k* ¶ *An tequam dies, etc.*] Tunc dies uniuscuiusq; impleri dicitur: cum bonorum hominũ ac malorum retributio uenerit: Hic ergo homo siue diabolus ante perspicuæ sentẽtiæ diem, quã eis dominus in iudicio daturus est, præscijt in prædestinatione. *l* ¶ *Et manus eius, etc.*] Nullũ utiq; boni operis fructum in se habens. *m* ¶ *Lætabitur quasi uinea, etc.*] In botro nulli dubium quod fructus D operis intelligatur prædictus. Igitur florem gaudij temporalis, ad maturitatẽ fructus perpetui perducere non ualebit: eo quod in spe ipsa mendacis gloriæ, calido uẽto superbiæ dissipabitur. Siue frigore charitatis dei, uelut à pruina lædetur, sicut eodem sensu in sequentibus arbitror dictum. Et quasi oliua proijciens florẽ suum. Oliua enim in scripturis diuinis & uinea, aliquãdo homo tantũ significat: aliquando populus seu bonus seu malus. Quod aũt dixit uastabitur siue euertetur, ita intelligendũ, sicut in Apocalypsi habetur. Qui fecerint mãdata domini: nõ lædetur à morte secunda. Vinea ergo & oliua, plebs Iudæorum potest intelligi. Hæc igitur uinea perdet siue amittet fructum sanctitatis atq; iustitiæ: quia Christũ primum florẽ & optimũ sanctorũ omniũ *Cant. 2.c* in agro legis habere noluit. Ipse enim dicit: Ego flos cãpi. Sed ut infidelis atq; incredula, ne illi fides Christi fulgaret: proiecit eũ à semetipsa, & dum proijcit extra uineam & à se excutit uelut florem, ipsa à patriarcharum radice euulsa est, & Christo fructu nostræ salutis excussa. *n* ¶ *Congregatio hyp. etc.*] Raptorẽ & uiolentum simulatorem sanctum Iob his sermonibus denotat, & dicit quod & ei non proderũt diuitiæ ex iniquitate collectæ: ita enim aduersum Iob & in primo sermone locutus est, ubi etiam leoni & leænæ leonumq; catulo & tigri comparauit. Sed deo magis credẽdum est qui eum laudans non simulatorẽ effectum dixit: sed innocẽtem & simplicẽ prædicauit. Quod aũt ait Eliphaz. *o* ¶ *Et ignis deuorauit, etc.*] In sanctũ Iob cadere nõ potest. Quia ipse ut iam dixi secundũ dei testimoniũ de seipso ita locutus est: Et si in manibus meis adhæsit macula, cũ de muneribus loqueretur. Ignem uero nominando, gehennã puto significauit: qua tabernacula, id est corpora iniquorũ sunt cõsumẽda. De hoc igne & Sophar in cõsequentibus ait: Deuorabit eũ, id est impiũ ignis qui nõ succẽditur. *p* ¶ *Concepit dolorem, etc.*] Dauid quoq; postmo-

A postmodum dẽ huiusmodi ita dixit: Ecce parturit iniu
Psal. 7.d stitiã, concepit dolorem, peperit iniquitatẽ. Dolor ergo est iniustitia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit qđ cõceperat, & tamen uterus cordis eius: dolos præparare nõ desinit. Quos tunc edit: quãdo opera in factũ procedunt. In conspectu itaq; iniqua cogitatio intelligit, sicut in partu effectus malæ cogitationis agnoscit. Ad uersum Iob hæc uniuersa Eliphaz locutus est, sed iã superius diximus qđ submini strationẽ pphetię per personã Iob diabolo uel cuilibet homini impio dicta hæc uideri possunt, sicut & alia quæ amici eius locuti sunt. CAP. XVI

R *Espondens, etc.*] *b* ¶ *Atq; utinam, etc.*] Si uos, inquit, hæc quæ sustineo patremini: non ita circa uos agerẽ ut uos erga me agere nõ cessatis. *c* ¶ *Cõsolarer, etc.*] Blãdimẽto utiq; sermonũ meorũ uos potius cohortarer: mẽtes etiã uestras tribulationibus acerbis
B exasperatas, ne in lapsum blasphemiæ caderent: leui sermone & placido sustinerẽ. *d* ¶ *Sed quid agã, etc.*] Id est, siue loquar ista nunc uobis: siue etiã taceã, hoc solũ me nosse confiteor, quod incessabili dolore discrucior. *e* ¶ *Nunc oppressit me, etc.*] Hoc etiã de Christo intelligendũ est. *f* ¶ *Rugæ meæ, etc.*] Contractio cutis quã exiccante cadẽ sanie pãtior, quodãmodo manifestatione sui dat aduersum me testimoniũ & quasi loquitur, quantos dolores, siue cruciatus sustineã. *g* ¶ *Et fuscitatur falsiloquus, etc.*] Hic aut ipsum Eliphaz falsiloquum dicit, quia exprobrat sancto Iob, quod hæc ob peccatorũ merita sustineret: aut diabolũ qui eum dixerat peccatorẽ. Aliter: falsiloquus Iudas uel populus Iudæorũ intelligendi sunt qui contra Christũ falsum dederunt testimoniũ. *h* ¶ *Et commi- Matth. 27 nans, etc.*] Ore amicorum contra sanctum Iob disputantium, diabolus minabat: siue Iudæi infremuerunt contra saluatorẽ. Alia editio. Sagittæ piratarũ super me ceciderunt. Piratę isti diaboli sunt ministri, siue homines siue dæmones: qui tunc piratæ in scripturis uocant: quãdo seculũ istud mare appellatur. Sagittæ uero dolores uel cruciatus intelligẽdi, quos patiebat ut ab eis transfossus blasphemia moreretur. Et ita demũ aurum atq; argentũ sapientiæ eius & scientiæ, uestes quoq; preciosas uirtutum spei atq; fidei in deum auferent ab eo, & grandi precio comparata monilia. *i* ¶ *Hostis meus, etc.*] In oculis terribilibus: animũ sauciãtis in se describit inuisibilis inimici: qui sibi per uisiones nocturnas, siue per amicorũ uultũ terribilẽ, minas intẽderet: sicq; dum Iob amici eius sancto, nephãda responderũt, nutibusq; etiã cũ irrisione deterrerẽt: de Christo intelligendũ. *k* ¶ *Aperuerunt super me, etc.*] Igit̃ in maxilla, generis est nobilitas, siue honor quidam manifestus. Et sicut alij dixe C runt, acriter est percussus in genis, intantum ut ab honore & nobilitate & diuitijs fieret alienus, quando maxillam fidei suæ collidendam diabolo fortiter præbuit: quam ille perturbare cædendo conatus est: quasi quandam ianuam diuinæ cõfessionis effringẽs, siue cum falsum testimonium cõtra Christum dixerunt, siue illud, crucifige eum. *l* ¶ *Conclusit me deus, etc. impiorum, etc.*] Id est, diabolo & angelis eius. Siue de Christo intelligendum qñ tradidus est in manibus Iudæorum. *m* ¶ *Ego ille quondam, etc.*] Id est, de diuite factus pauper. Vel Christus, de deo homo natus. *n* ¶ *Circundedit me lanceis, etc.*] Lanceæ hoc loco nominatæ, dolorũ compunctiones quas Iob patiebatur significanter intelligunt: siue de Christo blasphemiæ quas passus est à Iudæis intelligendæ sunt. Iob uero nõ solũ deforis toto corpore cõputruerat: uerumetiã putoris sanie D liquescebat: ita ut ipse Iob diceret: halitum meũ exhorruit uxor mea. Omnia circa lũbos eius putruerunt.

CAPVT XVI

Respondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia. Consolatores onerosi omnes uos estis: Nũquid habebunt finem uerba uentosa: aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Poterã & ego similia uestri loqui. Atq; utinãm esset anima uestra pro anima mea. Cõsolarer & ego uos sermonibus, & mouerem caput meum super uos. Roborarem uos ore meo, & mouerem labia mea, quasi parcens uobis. Sed quid agã? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus, & si tacuero, nõ recedet à me. Nũc aũtem oppressit me dolor meus: & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Rũgæ meæ testimoniũ dicunt cõtra me: & suscitatur falsiloquus adũersus faciem meam, contradicens mihi. Collegit furorem suũ in me: & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Hostis mẽus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua: & exprobrantes percusserunt maxillam meã: satiati sunt pœnis meis. Cõclusit me deus apud iniquũ: & manibus impiorum me tradidit. Egõ ille quondam opulentus repente contritus sum. Tenuit ceruicem meã: confregit me: & posuit me sibi quasi in signum. Circũndedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos. Nõ pepercit, & effudit in terra uiscera mea. Cõscidit mẽ uulnere super uulnus: irruit in me quasi gigas. Sãccum consui super cutem meã: & operui cinere carnẽ meam. Facies

Siue de Christo intelligendum, cõuulneraũit lumbos meos. Quia Iudæi usq; ad hoc persecuti sunt apostolos, qui quasi de lumbis doctrinæ suæ nati fuerant: ut eos uulnere infidelitatis Christũ negando sauciarent: Dum *Mat. 26* Petrus dicit: nescio hominem. Et tenuit ceruicem meã: siue ut alij dixerunt: tenens cõmam meã diuellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac uirtute iustum uirum commouerit atq; concusserit siue confregerit: ut etiam cõmam capillorum eius simul apprehensam, sit conatus euellere. Siue de Christo ita intelligendum, tempore passionis ex suo permissu tenuit aduersarius: & usq; ad mortis dormitationem inclinauit: quem iam uerberibus & affixione clauorum confregerat, & signum salutis in contrariam partem posuerunt. *o* ¶ *Conscidit me uulnere super uulnus: etc.*] Dum langoribus meis atq; uulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus resolutus atq; comminuor, ita ut nullum in me membrorum reliduum sit quod aliqua soliditate subsistat. De Christo etiam sic intelligendum: Cum Iudas letali apostasiæ uulnere peremptus est, non pepercit: in tanta nanq; sæuitia debacchatus est: ut scelus quod mente conceperat, etiam ore publicaret: uel super uulnera crucis, clauorum uulnera addiderunt. *p* ¶ *Saccum consui super, etc.*] Quod similiter dictum, ad humiliationem regni eius pertinere mihi uidetur. Cornu autem, regnũ in scripturis uocatur, iuxta illud: Exal *Psal. 148* tabit cornu Christi sui. Christus uero ipsam gentem de qua oriundus erat, saccum appellauit. Cinere uero operuit principes Iudæorum: cum ab eis regnum pro nega

Universidad de Navarra Biblioteca

A tionis sacrilegio transtulit ad gentes. *a* ¶ *Facies mea intumuit, etc.*] Fletus siue lachrymæ, in homine de dolori-bus siue de tristicia generantur, sed lachrymæ aliquando per genas cum silentio defluunt: fletus uerò cum habeant lachrymas, non sine uoce & commotione corpo-

CAP. XVII C

Spiritus meus attenuabitur, etc.] Hoc dicit, quod in breuitate uitæ suæ, spiritus eius sensim attenuatus defecerit. *k* ¶ *Et solum mihi supereſt sepulchrum.*] Quia mors est finis omnium tormentorum. *l* ¶ *Non peccaui, & in, etc.*] Verum est, quod deo placitus nõ peccaui. Et licet possit hic locus ita intelligi, quod in deo quidem non peccauerit, & tamẽ quasi in ipso peccauerit, pœnas blasphemantium patiatur. Et forte quoniam à deo in præsenti laudatur, non peccauerat: sed in præteritis adolescentiæ temporibus peccasse non negat. *m* ¶ *Libera me, & pone me iuxta te, etc.*] Sub scuto igitur protectionis dei latere optat: quo munitus atque defensus, sæuienti hostẽ nõ timeat. *n* ¶ *Cor eorum longe fecisti à disciplina: etc.*] Quia ad deum hęc loquitur Iob: de diabolo utiq; & satellitibus eius præcesserunt peccata: quippe pro quibus pœnam obdurationis acceperũt. Causa igitur de quibus loquimur, qua elongati sunt, ut non apprehenderent disciplinam: quia exaltationem bonæ naturæ suæ debitam, uoluntate propria perdiderunt. *o* ¶ *Prædam pollicetur socijs: etc.*] Socij siue filij diaboli, idem sunt ministri eius: sed socij dicuntur propter contubernium cõspirationis aduersus deum. Filij, propter imitationem ipsius diaboli. His igitur dæmonibus beatum Iob in prædam dandũ, pater eorum & rebellionis caput diabolus promittebat: dum eum per tantos dolores ad blasphemiam impellendum, & à deo ob hoc relinquendum esse credebat: siue quando eum omni gloria domus & filiorum spoliauit. *p* ¶ *Caligauit ad indignationem, etc.*] Iuxta illud euangelij: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Hunc igitur oculũ Iob sibi caligasse conqueritur illa indignatione, qua ipsum sanctitatis suæ merita conseruabant: eo quod bona conscientia, pœnas pateretur indebitas. *q* ¶ *Stupebunt iusti super hoc.*] Admirantes de iustis dei iudicijs, quomodo iustus & sine crimine pœnis affligatur. *r* ¶ *Et innocens contra hypocritam, etc.*] Hypocrita est ipse diabolus: qui cum sit tenebrarum, id est delicti inuentor: ipse recedendo à uero lumine est tenebrosus effectus. Quasi luciferi posuit in cœlo sedem suam: & transfiguravit se in angelum lucis: aut certe unumquemq; amicorum suorum Iob hypocritam dixit: quia sub uerbis consolatorijs dolos ei dolose loquebantur. *s* ¶ *Et tenebit iustus uiã suam, etc.*] In quas profecto uirtutes se magis crescere manifestat. *t* ¶ *Igitur uos omnes conuertimini & uenite: & non inueniam in uobis ullum, etc.*] Conuertimini ait à prauitate sententiæ, qua me condemnare summo studio non desistitis. Venite: sermo inuitantis est, ad melioris uitę profectũ, quod est: ô uos hypocritę, & nõ ueri, nec fideles

Matth. 6

Fãcies mea intumuit à fletu: & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc pãssus sum absq; iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad deum preces. Tẽrra ne operias sanguinem meum, neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Eccẽ enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Vẽrbosi amici mei, ad dẽum stillat oculus meus. Atq; ũtinam sic iudicaretur uir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Eccẽ enim breues anni transeunt, & semitam per quam nõ reuertar ambulo.

Caput XVII

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, & solum mihi supereſt sepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Liberã me & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet cõtra me. Cor eorum longe fecisti à disciplina: propterea non exaltabuntur. Prædãm pollicetur socijs, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium uulgi, & exemplum suum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus: & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc: & innocens contra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus uiam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. Igitur omnes uos conuertimini, & uenite, & non inueniam in uobis ullum sapientem. Dies mei transierunt: cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem uerterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinũero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum: Pũtredini dixi pater meus es, mater mea & soror mea uermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meã quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia. Pũtas ne saltem ibi erit requies mihi?

Caput XVIII

REspondens autem Baldad Suites, dixit: Vsq; ad quẽ finem uerba iactabis? Intellige prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumẽta, & sorduimus coram te? Quid perdis animam meam in furore tuo? Nũn quid propter te derelinquetur terra: & transferentur rupes de loco suo? Nonnẽ lux impij extinguetur: nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est, extinguetur. Arctabũntur gressus uirtutis eius: & præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescit contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super

A fideles amici, ad agnitionem ueritatis accedite: quam uos habere minime noueritis. *a* ¶ *Dies mei, etc.*] Dies hi præteritæ felicitatis possunt intelligi, in quibus polleus uirtutibus ujuebat beatus Iob. Hos igitur dies à se non sine gemitu loquitur præterisse, quando multis miseriis circũdatus est, & plaga intolerabili dolorum patiebatur. *b* ¶ *Cogitationes meæ dissipatæ, etc.*] Cum in unius iugiter contemplationis intentione positus essem: & cogitationes meas haberem semper intentas ad deũ: plagæ huius superuenientis mihi miseriæ: easdem cogitationes meas à sua unica soliditate in me uideo dissipatas, & ob hoc excruciat cor meum: eo quod earũ dilaceratione torquetur, uidens me mala simplicitati meæ incõuenientia sustinere. *c* ¶ *Si sustinuero, etc.*] Pœnis corporis cogitationumq; stimulis, sicut ait, indesinenti tẽpore agebatur, & idcirco pœnas inferorum, iam se pati clamabat. Aut forte seB paratio illa qua ab hominibus factus est alienus extra ciuitatem, sedens in sterquilinio, tenebræ dictæ sunt: quia lucem humani solatij non haberent. *d* ¶ *Putredini dixi, pater, etc.*] Tam longo, inquit, tempore computresco: ut ipsam putredinẽ, & uermes nascentes in eius sanie parentes appellem: ac per hoc quemadmodum quispiam mortaliũ sine parentib. non potest existere: ita & ego sactus sum: quasi sine putredine & uermibus esse nõ possem. Qui ita in carne mea uelut in natura sua sunt: tanquã si ex eis ipse subsisterẽ: cum illi in me de carnis meæ sanie potius generentur, non ego ex illis. Vbi magis mortalitatem per peccatum factã significauit: cui inest corruptio, & corruptioni putredo. Patrem uero appellauit ipsum ortum humani generis in Adam: qui corruptione factus est putrescibilis. Matrem uero naturã humanam dixit corruptione uitiatã. Sororem uero omnem posteritatem Adæ dixit: quæ de corruptione mortalitatis, uelut de sanie putredinis nascitur: quod & Baldad dixit: Homo putredo, & filius hominis uermis. *e* ¶ *Vbi est ergo, etc.*] Quod ait, & patientiam meã quis considerat: aperte fortẽ se in illis cruciatibus manifestat: pro quibus quasi queritur, quod ad retributionem tanti laboris sui, non potuerit peruenire. *f* ¶ *In profundissimũ, etc.*] Alij dixerunt, omnia bona mea. Bona sua dicit ad inferos descensura, quod est anima mea, uel ipse pro illis sum descensurus. Vere non credimus de iustitia, quod tantus ac talis uir pro sanctis operibus suis frustrari potuerit. Quod autem ait. *g* ¶ *Putás ne saltem ibi erit requies mihi?*] Istud est: si in hac uita pœnas patior infernorum, putás ne in locis pœnarum erit aliqua requies mihi? Hoc autem grauatus miserijs loquitur potius quàm uictus diffidẽtia: quia alijs locis ait ad domi-

num: Scio quia in inferno protegas me: donec pertranC seat furor tuus.

CAP. XVIII

REspondens autem Baldad, etc.] Id est, quis finis erit huius uerbositatis, quasi non sit sincerus: uel solus Iob à Baldad uerbosus arguitur: uel quasi spiritu nescio quo, instigatus loqui nõ desinat. *i* ¶ *Quare reputati sumus ut iumẽta, etc.*] Hoc dicit quod tanquam bruta animantia eos sanctus Iob despexerit, & uilissimos & indignissimos colloqo existimauerit: & ita iracũdia possessos, ut phreneſim pati uiderentur. *k* ¶ *Quid perdis animam meam, etc.*] Loquendo contra diuinam iustitiam, furoris amentia concitatus: animæ tuæ necesse est inferas mortem. *l* ¶ *Nunquid propter te derelinquetur terra, etc.*] Tanquam si diceret: nunquid propter te mundus ad rectorem suum nõ pertinebit, ut si quos peccatores inuenerit sicut & teipsum, nõ puniat. Terræ uero & rupium nomine, metaphoricõs uniuersa multitudo populorum: & excelsi quiq; D mundi & superbi, ac potẽtes, possunt intelligi. Possunt rupes & animæ hominum, ut terra, caro humana intelligi. Sed & angeli propter celsitudinem naturæ suæ, eminentemq; honorem: rupes dici possunt. *m* ¶ *Nonne lux impij, etc.*] Luce felicitatem præsentem quã sanctus Iob gloriosus agebat, significauit, sicut & Salomon ait: Lumen uero impiorum extinguetur. Hanc igitur extinctam dixit: quando Iob destitutus est omni felicitate præsenti. Quod autem ait: nec splendebit flamma ignis eius, id est non rediet ad pristinam felicitatem. *n* ¶ *Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, etc.*] Non solum, inquit, præsentem felicitatem amittit: sed etiam lux recordationis dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius obtenebrabitur, ut ei deus scilicet in memoriam non ascendat, & pro merito lucerna protectionis diuinæ, quæ super eũ fuerat, extinguetur. *o* ¶ *Arctabuntur gressus uirtutis eius, & præcipitabit, etc.*] Vt superbus confidens in uirtute sua, qua recte incedere arbitratur, concludetur tribulationum angustijs & pressuris: ut inde omnino exire non possit. *p* ¶ *Immisit enim in rete pedes suos: & in maculis, etc.*] Retis nomine atq; macularum eius: ineuitabile malum significatur: quod uolens quisq; exuere, ipso conamine impeditur, atq; implicatur ut corruat. *q* ¶ *Tenebitur planta illius laqueo, etc.*] Laqueus hic ipse diabolus nõ absurde sentitur, qui ad supplantandum calcaneum, peccatores obseruat, & ipse nihilominus sitis nomine appellatur: eo quod uelut in aliquo bono æstuans sitiat hominis mortem. *r* ¶ *Abscondita est in terra pedica eius: & decipula illius, etc.*] Latet illum quibus insidijs perditus sit: siue in semetipso pedicam, qua præpedit pedes suos, habet absconditam: id est obligationem peccati;

Prou. 22. c

& in

A & in sæuitia conuersationis suæ, qua se recte putat incedere, erroris istius latet decipula. *a* ¶ *Vndiq; terrebunt eum formidines.*] Siue dolores. Superbus scilicet terrore uenturæ calamitatis semper terrebit. Possunt etiam formidines, hoc loco non affectiones cordis intelligi: sed ipsi potius ministri diaboli. Hi igit multis modis terrere sanctū Iob ut eis cederet insticerunt. *b* ¶ *Attenuetur fame robur eius, etc.*] Potest fames & ipse diabolus intelligi: q huiusmodi fame pati tur, qua nūquam de necibus hominum saturetur. Siue & ipse famem patitur: quia uerbum quod procedit de ore dei accipere non meretur. Et id circo sub nomine costarum, thoracis munimenta significantur: quibus se uelut quadam obduratione construxit: ut eum cibus diuini eloquij non adeat. Siue etiam impiorum plagā describit. *c* ¶ *Deuoret pulchritudinem cutis, etc.*] Pulchritudinem cutis, id est ornamenta
B uirtutum, & brachia, fortitudinem regni eius, cōfecit diabolus: qui ideo primogenita mors appellatus est, quia per ipsum primū intrauit mors in orbem terrarum, & ipse est suæ mortis inuentor. *d* ¶ *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, etc.*] Hunc igitur interitum diabolum esse dixit: qui est rex super omnes filios superbiæ: sed super sanctum Iob, ut eum prosterneret, calcare nō potuit. *e* ¶ *Habitent in tabernaculo illius socij, etc.*] Socij sodales, siue filij, ut supra dictum est, ministri diaboli sunt qui hoc loco non esse dicitur, & cum sit naturæ suæ proprietate subsistens: tamen non est ut dixi: quia præuaricatione factus est alienus à deo. *f* ¶ *Aspergatur in tabernaculo, etc.*] Vt sumum hic sentiat gehennarū. *g* ¶ *Deorsum radices eius siccentur, etc.*] Messis opera possunt intelligi, quæ foras in publicum ex interioribus erumpentia, de fidei radice consurgunt. Aliter: Deorsum radices eius siccentur, id est opera quæ in hoc seculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuisq; ariditate simi lia. Sursum autem atteratur messis eius: in futuro utiq; mercedem laboris sui minime consequatur. *h* ¶ *Memoria illius pereat de terra.*] Id est, nihil memoria sua, dignum operetur, uel etiam memoria eius pereat de terra uiuentium. *i* ¶ *Non celebretur nomen, etc.*] In platea sedebant reges, inter quos optat eum famā iustitiæ non mereri. Plateæ uirtutes intelliguntur: in quibus sapientia fiducialiter agit, & circumit ciuitatem dei Hierusalem: in qua sacramentis diuinis atq; mysterijs latum est scripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis ludent senes & anus & infantes. *k* ¶ *Et expellet eum de luce in tenebras.*] De hac utiq; luce temporaria mittetur in æternas tenebras inferorum: siue etiam de parte sortis sanctorū retrudendus in tenebras tormētorū. *l* ¶ *Non erit semen, etc.*] Hoc dicit, quod posteritatem indignam memoria gentis suæ, uel patriæ derelinquat: secundum illud psalmistæ: Generatio rectorū benedicetur. Talem igitur generationem in populo suo noluit procreare: unde in hac gente spirituali gloriaretur & patria. *m* ¶ *Nec ullæ reliquiæ, etc.*] Manifestum est quod sancto Iob nihil remanserit. Spiritualiter aūt sic intelligēdum: nullas reliquias generationis suæ habebit impius in futuro. *n* ¶ *In die eius stupebūt, etc.*] Id est in tempore damnationis eius. *o* ¶ *Et primos, etc.*] Id est, infimi & proceres terrebuntur: quod est reges potentes & magni. Siue nouissimi et primi, homines, & angeli, sancti quoque & peccatores nō absurde intelliguntur. *p* ¶ *Hæc sunt ergo, etc.*] Enarrantis maledictionis sententiā uidetur dare, & dicit: ubi huiusmodi superbus scilicet, impiusq; habitaturus sit: sed Iob iniquus nō est, quem rectum & innocētem deus appellat.

CAP. XIX

Psal. 111

Apoc. 7

RESpondens autem Iob dixit: *Vsq; quo affligitis, etc.*] Manifestum est: quia responsionibus amicorum suorum attritus sit, & afflictus siue fatigatus sit, & destructus. *r* ¶ *En decies confunditis me, etc.*] Dies decē, pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero in Apocalypsi maior numerus temporis intelligitur: ita & in hac eadem summa numeri minus significatur, ut hoc solido numero & perfecto manente pro diuersitate locorum in scripturis diuinis, nunc maiorem numerum, nunc minorem significari nouerimus. *s* ¶ *Nempe & si ignorauī, etc.*] Putatis me, inquit, ignorare deum, sicut & dicitis. Nunquid amicos decet insultare oppressis: à quibus magis tribulantes solatia præstolantur? Non est hoc opus amicorum fidelium, sed est potius subsannatio irridentium. *t* ¶ *Saltem nunc intelligite, etc.*] Ille dicebat se inique sustinere molestias tormētorum: illi uero utpote iniquū pati suo merito loquebantur. Et putant quod in hoc articulo istius sensus errauerit, & ideo postmodum dicat ad deum: Insipienter locutus sum, & quæ ultra modū excederent scientiā meam. *u* ¶ *Semitam meam circumsepsit, etc.*] Qua rectus utiq;, atq; illibatus proficiscebar ad gloriam meritorum meorū. Hanc igitur ignominiam passionis huius circumsepsit atq; intercluſit: ut ad illam gloriam peruenire non possim. *x* ¶ *Et in calle meo, etc.*] Id est, in tramite, hoc est castigatæ uiæ meæ, qua uelut per arctum & angustum certa spe ad iustū retributorem pergebam: tenebras in eo miseriæ

A miseriæ huius & calamitatis inueni. *a* ¶ *Spoliauit me, etc.*] Gloria me regni priuauit: fidei quoq; fiduciā abstulit: quam de ipso apice mentis meæ, qui est naturæ rationalis caput: uelut honoris coronā detraxit. *b* ¶ *Destruxit, etc.*] Domo, regno, familia, filijs, amicis, sanitate corporis mei destitutus sum: ita his omnibus ablatis, perire me uideo, cuius etiā spes uitæ meæ uelut effossa arbor ablata est. *c* ¶ *Iratus est, etc.*] Furor dei hoc loco pōt diabolus ipse intelligi, q beatum Iob diuersis modis, id est blasphemijs, & carnis eius cruciatibus insectabatur. *d* ¶ *Simul uenerūt, etc.*] Furor dei diabolus est: latrones uero ministri eius sunt: hoc est quod ait, & fecerūt sibi uiā per me: quando eum, uel facultatibus mundi, uel sanitate corporis spoliauerūt. Vnde pulchre dictum est. *e* ¶ *Et obsedit in, etc.*] Id est, foris insidiati sunt. Siue circundederūt in gyro tabernaculū eius, hoc est, in corpore e-
B ius tormenta posuerunt. Animā uero inclinare ad peccatum non potuerunt. *f* ¶ *Halitū meum exhorruit etc.*] Ita totus intrinsecus putrui, inquit, ut halitus fœtorē nec uxor mea sustinere potuerit: ubi potuit fieri, quod apostema habuerit in uisceribus, quod totū uentris eius sinū tenuerit, & inde loquēdo odorem fœtidum de purulentia profundi uulneris expuerit. *g* ¶ *Et orabam, etc.*] In scripturis diuinis, filij appellantur etiam pronepotes & illi qui longiore serie nati sunt. Proinde quando filios uteri sui dixit, in se quasi ad fontē & ad originē posteritatis suæ respexit: unde ei cognatiōnū familiæ uelut riuuli manauerūt. Potuit & illos uteri sui filios dicere, quos doctrina sapiētiæ suæ, tanq; semine de utero cordis sui formauerat, habēs in se per gratiā dei formā gratiæ & disciplinā naturalis legis in ueritate. *h* ¶ *Et cum ab, etc.*] Hoc forte uult intelligi se in eorū oblitionē uenisse & ab eorū affectib. & cordib. recessisse. *i* ¶ *Pelli meæ, etc.*] Ad tantā ariditatē caro eius deuenerat, ut nihil in eo humoris remāserit, & ob hoc adglutinata quodammodo fuerit pellis eius ossibus suis. hanc infirmitatē marasmon dicunt medici. *k* ¶ *Et derelicta sunt, etc.*] Ad hoc eīm diabolus cōsumptis carnib. sancti Iob, labia eius integra dereliquit, ut haberet positus in tormentis, quib. posset facile blasphemare, quasi cordis blasphemia nō sit, p qua ipse Iob sicut pro cæteris peccatis holocausta deo, p filijs suis die septimo offerebat: sed ideo diabolus linguam reseruauit, ut intelli C gere posset, si Iob ob cordis simplicitatem, blasphemiā proferret in labijs. *l* ¶ *Miseremini, etc. quia manus domini tetigit me.*] Manum ergo domini appellauit ipsam plagā quam patiebatur, quæ facta est domini potestate. Tetigit, pro affixit intelligēdū est. *m* ¶ *Quare persequimini me sicut deus, & carnibus, etc.*] Fecit deus circa me in iudicio cui soli licet, omnia in opere suo: uos quare præsumitis sicut deus, ut affligatis innoxiū: quod ipsi tantum pro dispēsatione sua competit: aut quasi defensione uestra indigeat deus? *n* ¶ *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi, etc.*] Quoniam à nullo homine potuit inuenire solatium, conuertit se ad deum & resurrectionem futurā prophetat in spiritu ubi pro his malis præmiū sit recepturus, & hæc duris insculpta lapidibus optat inscribi, ut sermones prophetiæ in ætates seculorum prolixiores permaneant. *o* ¶ *Scio enim quod redemptor meus uiuit, etc.*] Hoc igitur clypeo ecclesia quæ incarnationem unigeniti dei ueram confitetur, & resurrectionē mortuorum uerisime credit futuram, se munit, & protegit, & inimicos suos cōuincit, atq; debellat. Vbi sunt illi, qui dicunt nos in resurrectione D

Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stilo ferreo, & plumbi lamina, uel celti sculpantur in silice? Sciō enim quod redemptor meus uiuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum. Quē uisurus sum ego ipse, & ōculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis: persequamur eum: & rādicem uerbi inueniamus contra eum? Fugiet ergo à facie glādij: quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote

impressione mea gladium iustæ sententiæ dei poteritis euadere. Gladius est enim lingua regis, & nō carnalis, ut Salomon dicit. *a* ¶ *Et scitote esse iudicium.*] Quo iudicio iusti iudicis dei, potero de subiannatoribus iudicari.

CAP. XX

¶ *Respondens autē Sophar, etc.*] Ideo, inquit, æstuo & cogitatione conturbor: quia dicis te hæc mala sine causa à deo iudicē sustinere, cum de deo nihil siniſtrū debeat suspicari. *c* ¶ *Doctrinam qua, etc.*] Audiā quidem te increpantem ac redarguentem me: quia forte in doloribus positū obiurgare nō debeā: mihi de deo, quod est iustissimū respōdere cōuenit: quia nō possēs ab eo ita puniri, nisi esses malorum conscius, & multorū criminum reus. *d* ¶ *Hoc scio: à principio, etc.*] Iā nunc cœpit in sanctū Iob maledictis inuehi: quem impiū aperte asserit, & hypocritam: eo quod simulauerit se iustū, & nunc in deū rebellis extiterit. *e* ¶ *Si ascenderit, etc.*] Manifesta & certa hyperbole: hominem elatū nimis, & tumidū dicit. *f* ¶ *Quasi sterquilinio in fine, etc.*] Cui sterquilinio assimilatus es per omnia, & ipse te nunc conspicis putrefactum. Et qui quondā uiderant te regnantem in gloria: nunc inquiunt insultanti uoce: Vbi est ille sapientissimus hominū, & potentissimus regum? *g* ¶ *Velut somnium, etc.*] Manifestum est sicut ait: Defecit uelut somniū surgentis. *h* ¶ *Oculus qui, etc. non uidebit, etc.*] Id est, honor impij non poterit reparari. *i* ¶ *Filij eius atterentur, etc.*] Siue ergo carnales filij eius, siue opera quæ aliquando filiorū nomine appellantur: siue illi qui eum tanquā patrem fuerint imitati: per dei sententiā ad nihilum redigentur: quod iam in filijs tuis carnalibus, operib. quoque tuis ex parte uides esse completū. *k* ¶ *Et manus illius, etc.*] Hoc enī operatus est, unde malū uindictæ, operante dei iustitia, recipere merēt. *l* ¶ *Ossa eius, etc.*] Hoc ait, quod à iuuentute sua, ex qua grauiora peccata committere cœperit: in eisdē peccatis suis usq; in senectā permanserit: pro quibus nunq; uoluerit pœnitere. Et idcir co sequitur. *m* ¶ *Et cum eo, etc.*] Id est, post mortē uitiorū quæ est in anima: siue usq; ad mortē, quæ fit per resolutionē corporis huius. Ossa ergo hoc loco ipsam senectutē nō est absurdū intellexisse: quib. ueternositas annorū, & duricies senij iā præmatura significet. Siue ossa eius implebunt uitijs adolescētiæ, &c. Si quæ igit uirtutes sunt animi in impio homine naturales, ab adolescētia eius uitijs inolescūt & resoluūt, ac defluūt, ut nihil in eis solidū & forte maneat: quia iā eisdē uitijs tanq; carnibus fluidis uidelicet rebus operiunt, & obtegūt: ubi magis deberent uirtutes, uelut ossa solida, & firmissima, tanq; carnes fluidas & solutas uitia refringere, continere, & regere: & ideo in carnis eius puluere dormiant: quia repugnantibus uitijs atq; uincentibus, rigorem bonæ suæ naturæ amittēt. *n* ¶ *Cum enim dulce, etc.*] Dulcia mala sunt impio: blasphemia & cætera oris peccata. Abscondet sub lingua sua, dicens: ubi est ei labor & dolor, & defendet atque cælabit, ut ait scriptura: Qui contegit iniquitatem suā, non prosperabitur. *o* ¶ *Parcet illi & non, etc.*] Id est, palpat, fouet, & nutrit malum suum, & delectans se in illo, nunquam pœnitet ut ab eo discedat. *p* ¶ *Et cælabit eū, etc.*] Illud dicere mihi uidetur, quod semper sit ad blasphemādum paratus, & non prius saltem per altquam morā cogitat quid dicturus est: qa iam paratā habet blasphemiā quā cum maledictione cordis effundat. *q* ¶ *Panis eius in utero illius, etc.*] Panis, scilicet tota uita huiusmodi hominis, est delectatio peccatorū, dulcedo illecebrarum, & suauitas, quæ amara illi & mortifera postmodum erit. Quod autem dixit in uentre eius, hoc ait, quod etiā in corde suo pro iniquitatibus suis, amaros dolores, acerbos & nimios conscientia torquente patiatur. *r* ¶ *Diuitias quas deuorauit, etc.*] Quod inique & uiolenter rapuit & inuasit: merito ei deus pœnas illatis criminibus eius reddidit, & ita extorquebitur ab iniquo quod iniuste abstulerat. Angelus uero ille qui centū octoginta quinq; milia occidit, uidet bonus angelus fuisse: quia angeli messores sunt, zizania ignibus æternis exurenda. *s* ¶ *Non uidebit riuulos, etc.*] Amœnitatem siue delicias paradisi, affluentiam quoq; eius his nominibus significari nouerimus: & reges hi qui non aduersarij erant ueritati, quod ipsi sint illi impetus fluminis, qui lætificant ciuitatē non absurde intelligitur, manantes scilicet de fonte, siue de flumine scripturarū: siue eosdē apostolos hos impetus recte sentimus, exeuntes de fonte euangelij ad irrigandas terras steriles populorum: quos etiam torrentes propter uelociter effusam super omnes doctrinā eorum, intellige re debemus: quæ doctrina diuina, melli propter eloquiorū dei dulcedinē & butyro propter simplicē & innocentem eundem cibum doctrinæ ueritissime comparatur: qui etiā in psalmo hanc dulcedinem impiū non dicit habiturum. *t* ¶ *Luet quæ fecit omnia: nec, etc.*] Illud est, quia gehenna quædam perpetua incorruptio, & æterna perseuerantia tormentorum est. *u* ¶ *Iuxta multitudinem adinuentionū, etc.*] Iuxta illud quod propheta dicit ad deum quoniā tu reddes unicuiq; secundum opera sua.

scitōte esse iudicium Cap. XX

RESpōndens autem Sophar Naamathites, dixit: Id circo cogitationes meæ uariæ succedūt sibi, & mēs in diuersa rapitur. Dōctrinam qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hōc scio à principio: ex quo positus est homo super terrā: quod laus impiorum breuis sit: & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usq; ad cœlum superbia eius: & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum uiderant, dicent: ubi est? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut uisio nocturna. Oculus qui eum uiderat, non uidebit: neque ultra intuebitur eum locus suus. Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ eius: & cūm eo in puluere dormient. Cūm enim dulce fuerit in ore eius malum: abscondet illud sub lingua sua. Pārcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit in gutture suo. Panis eius in utero illius uertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit euomet, & de uentre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget: & occidet eum lingua uiperæ. Nōn uideat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Luet quæ fecit omnia: nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit: quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit & non ædificauit eam: nec est satiatus

¶ *Respondens autē Sophar, etc.*] Ideo, inquit, æstuo & cogitatione conturbor: quia dicis te hæc mala sine causa à deo iudicē sustinere, cum de deo nihil siniſtrū debeat suspicari. *c* ¶ *Doctrinam qua, etc.*] Audiā quidem te increpantem ac redarguentem me: quia forte in doloribus positū obiurgare nō debeā: mihi de deo, quod est iustissimū respōdere cōuenit: quia nō possēs ab eo ita puniri, nisi esses malorum conscius, & multorū criminum reus. *d* ¶ *Hoc scio: à principio, etc.*] Iā nunc cœpit in sanctū Iob maledictis inuehi: quem impiū aperte asserit, & hypocritam: eo quod simulauerit se iustū, & nunc in deū rebellis extiterit. *e* ¶ *Si ascenderit, etc.*] Manifesta & certa hyperbole: hominem elatū nimis, & tumidū dicit. *f* ¶ *Quasi sterquilinio in fine, etc.*] Cui sterquilinio assimilatus es per omnia, & ipse te nunc conspicis putrefactum. Et qui quondā uiderant te regnantem in gloria: nunc inquiunt insultanti uoce: Vbi est ille sapientissimus hominū, & potentissimus regum? *g* ¶ *Velut somnium, etc.*] Manifestum est sicut ait: Defecit uelut somniū surgentis. *h* ¶ *Oculus qui, etc. non uidebit, etc.*] Id est, honor impij non poterit reparari. *i* ¶ *Filij eius atterentur, etc.*] Siue ergo carnales filij eius, siue opera quæ aliquando filiorū nomine appellantur: siue illi qui eum tanquā patrem fuerint imitati: per dei sententiā ad nihilum redigentur: quod iam in filijs tuis carnalibus, operib. quoque tuis ex parte uides esse completū. *k* ¶ *Et manus illius, etc.*] Hoc enī operatus est, unde malū uindictæ, operante dei iustitia, recipere merēt. *l* ¶ *Ossa eius, etc.*] Hoc ait, quod à iuuentute sua, ex qua grauiora peccata committere cœperit: in eisdē peccatis suis usq; in senectā permanserit: pro quibus nunq; uoluerit pœnitere. Et idcir co sequitur. *m* ¶ *Et cum eo, etc.*] Id est, post mortē uitiorū quæ est in anima: siue usq; ad mortē, quæ fit per resolutionē corporis huius. Ossa ergo hoc loco ipsam senectutē nō est absurdū intellexisse: quib. ueternositas annorū, & duricies senij iā præmatura significet. Siue ossa eius implebunt uitijs adolescētiæ, &c. Si quæ igit uirtutes sunt animi in impio homine naturales, ab adolescētia eius uitijs inolescūt & resoluūt, ac defluūt, ut nihil in eis solidū & forte maneat: quia iā eisdē uitijs tanq; carnibus fluidis uidelicet rebus operiunt, & obtegūt: ubi magis deberent uirtutes, uelut ossa solida, & firmissima, tanq; carnes fluidas & solutas uitia refringere, continere, & regere: & ideo in carnis eius puluere dormiant: quia repugnantibus uitijs atq; uincentibus, rigorem bonæ suæ naturæ amittēt. *n* ¶ *Cum enim dulce, etc.*] Dulcia mala sunt impio: blasphemia & cætera oris peccata. Abscondet sub lingua sua, dicens: ubi est ei labor & dolor, & defendet atque cælabit, ut ait scriptura: Qui contegit iniquitatem suā, non prosperabitur. *o* ¶ *Parcet illi & non, etc.*] Id est, palpat, fouet, & nutrit malum suum, & delectans se in illo, nunquam pœnitet ut ab eo discedat. *p* ¶ *Et cælabit eū, etc.*] Illud dicere mihi uidetur, quod semper sit ad blasphemādum paratus, & non prius saltem per altquam morā cogitat quid dicturus est: qa iam paratā habet blasphemiā quā cum maledictione cordis effundat. *q* ¶ *Panis eius in utero illius, etc.*] Panis, scilicet tota uita huiusmodi hominis, est delectatio peccatorū, dulcedo illecebrarum, & suauitas, quæ amara illi & mortifera postmodum erit. Quod autem dixit in uentre eius, hoc ait, quod etiā in corde suo pro iniquitatibus suis, amaros dolores, acerbos & nimios conscientia torquente patiatur. *r* ¶ *Diuitias quas deuorauit, etc.*] Quod inique & uiolenter rapuit & inuasit: merito ei deus pœnas illatis criminibus eius reddidit, & ita extorquebitur ab iniquo quod iniuste abstulerat. Angelus uero ille qui centū octoginta quinq; milia occidit, uidet bonus angelus fuisse: quia angeli messores sunt, zizania ignibus æternis exurenda. *s* ¶ *Non uidebit riuulos, etc.*] Amœnitatem siue delicias paradisi, affluentiam quoq; eius his nominibus significari nouerimus: & reges hi qui non aduersarij erant ueritati, quod ipsi sint illi impetus fluminis, qui lætificant ciuitatē non absurde intelligitur, manantes scilicet de fonte, siue de flumine scripturarū: siue eosdē apostolos hos impetus recte sentimus, exeuntes de fonte euangelij ad irrigandas terras steriles populorum: quos etiam torrentes propter uelociter effusam super omnes doctrinā eorum, intellige re debemus: quæ doctrina diuina, melli propter eloquiorū dei dulcedinē & butyro propter simplicē & innocentem eundem cibum doctrinæ ueritissime comparatur: qui etiā in psalmo hanc dulcedinem impiū non dicit habiturum. *t* ¶ *Luet quæ fecit omnia: nec, etc.*] Illud est, quia gehenna quædam perpetua incorruptio, & æterna perseuerantia tormentorum est. *u* ¶ *Iuxta multitudinem adinuentionū, etc.*] Iuxta illud quod propheta dicit ad deum quoniā tu reddes unicuiq; secundum opera sua.

Nec

a ¶ *Nec est satiat. etc.*] Ventrem hic appellari puto quod dam receptaculum animæ, ubi cogitationes eius, quasi escæ ciborū reconditæ continent, quē inexplicabilē dicit. *b* ¶ *Et cum habuerit, etc.*] Quemadmodū & tu ipse, qui iusto dei iudicio omne patrimoniū perdidisti. *c* ¶ *Non remāsit, etc.*] Inhumanitatis ei notā inurit, eo q; de abundantia mēsæ suæ nulli peregrino, uel hospiti refectionem præbuerit, sed fallitur Sophar, qa sanctus Iob dicit: Si comedi buccellā meā solus. Non remanebit de cibis eius, quia nō florebūt bona sua. *d* ¶ *Cum satiatus fuerit, etc.*] Cū diuitijs scilicet et rerū omniū abundātia refertus fuerit, subitus ei interitus ueniet: coartatus miseria irruēte atq; cōclusus, calamitatū cladib. æstuabit. *e* ¶ *Vtinā implea tur, etc.*] Quandā capacitatē, uel sinū spacioſum uentrē animę superius intellexi mus. Hoc ergo dicit, quia iā cogitationib. iniquissimis plenus est: ut usq; ad summū oris sui blasphemia cumuletur, siue irā furoris ipsius diaboli animū non absurde sentimus, per quē probant sancti. *f* ¶ *Et pluat super illum, etc.*] Bellum præ multitudine sua, possunt intelligi aduersarię potestates. Istæ igitur bellū deo inferūt, qā sanctos eius oppugnāt. Quod aūt ait: Pluat super eū abūde, in eū calamitatis miser: iā precat effundi, siue homo impius q bellū blasphemiæ infert deo, recipiet opus suū. *g* ¶ *Fugiet arma ferrea, etc.*] Tanq; si diceret: Quādo putauerit se leuiores calamitates posse fugere, in atrociores incurret. Siue aliter: Si socios & ministros diaboli fugiat, incurret in ipsum principē tenebrarū: & cum sint illi rebelles in malicia, fortes & duricordes tanq; arma ferrea, in peiorē tñ autorē totius mali, uelut in arcū æneū impinget: quē puto ideo hoc loco arcū nominatū, quia uel maxime in insidijs & dolo homines inopinantes interimere nō desinit. Arcu enī inopinātib. plerūq; tela iaciunt. Et nō liberabit de manu gladij. Hoc dicit, quia nō euadet diabolus mortē perpetuā. *h* ¶ *Gladius eductus, etc.*] Quia diximus arcū, trāslato nomine diabolū posse intelligi, q dū inobedientia trāsgredit terminos, & in superbia elatus metas sanctæ humilitatis trāscendit: quasi de uagina beatæ habitationis iusto dei iudicio eductus atq; expulsus est. Siue eductū de uagina, paratū semp ad interimēdū fugientē se significatū esse nouerimus. Vulnerabit eū sagitta ænea. Aes diutinū est, huic metallo diabolus cōparat: eo q; ad interimendū nunq; deficiat, nec senectute aliqua consumat, q etiā fulgurat, hoc est trāsfigurat se in angelū lucis. *i* ¶ *Vadent et uenient, etc.*] Id est, socij eius. *k* ¶ *Omnes tenebræ, etc.*] Tenebrę in hoc loco intelligenda sunt peccata, siue ea quę cōmissa ab impio sunt, siue committenda in corde eius & affectu & cogitationibus latēt: quæ ideo in secretis mentis eius absondita dicunt esse: quia illis fauet, eisq; plurimū delectatur. *l* ¶ *Deuorabit eum, etc.*] Hunc ignē non absurde intelligimus esse gehennā, qui nō materijs quibusdā & pabulis uiuit ut ardeat: sed per seipsum ut creatus est uigēs, cuncta quæ ei iniecta fuerint cōcremat. Ergo iste ignis deuorabit impiū: qui tanq; rationabilis ita eū glutiet atque absorbebit, ut in eo æternis cruciatib. torqueat. *m* ¶ *Affligetur, etc.*] Ob impietatē uidelicet suā iniquus derelinqueī à deo, ut in tabernaculo corporis sui pœnis ꝑpetuis crucieī. *n* ¶ *Reuelabunt, etc.*] In testimoniū utiq; erāt angeli & sancti homines, ut nouerint q; pœnas iustissime patiatur. *o* ¶ *Apertum, etc.*] In iudicio dei, qñ impius cōdēnandus est, non solū oēs cogitationes cordis eius, uerū etiā principia interfectarū cogitationū, deo pandenda sunt, atq; clarius luce manifestanda. *p* ¶ *Detrahetur, etc.*] In die iudicij mittet in tenebras exteriores. Potuit & dies impia fuisse Iob, quādo plaga percussus est, & cōclusit elocutionē suam, ut diceret: *q* ¶ *Hæc est pars, etc.*] Hic quasi ex abrupto ostendit, q; in sanctū Iob uniuersa hæc dixerit. Quod aūt sequitur: *r* ¶ *Et hæreditas, etc.*] Id est, operū retributio, alij ita uerterunt: Et hæreditas uerborum eius ab episcopo: quia quemadmodum dominus à dominatione rerum omniū scitur: ita episcopus eo quod superintendat in omnem creaturā, ueritissime dicit. Non enim deus perturbata mente cōmotusq; puniturus est peccatores, cum sit incōmutabilis, sicut ait ad Moysen: Ego sum q sum: non solum sempiternus, uerum etiā æternaliter mitis. Deinde ista de deo anthropopathos dici intelligamus, nō proprie secundū inconuertibilē substantiā eius, sed translatis nominibus passibilis creaturę ad creaturam nō conditā nec creatā: sed potius omnium conditricē.

CAP. XXI

¶ *Respondens aūt Iob, etc.*] Post tanta conuitia nō est commotus, ut acerbe responderet: quin potius deprecans eos alloquit, & ait: ut audientiā præbeant sermonibus eius: quibus perceptis & cognitis, nouerint se super tanta oris sui amaritudine pœnitere debere. *t* ¶ *Nunquid contra hominē, etc.*] Primū mihi illud est oneri & ualde molestū, atq; horribile: quia non cū homine, sed cū deo mihi loquēdū est: cui castificatā iustitiā exhibebam, ut mercedē huius operis repensaret. Ecce nunc tanq; reus criminū, omnibus affligor miserijs. Hinc dicit se tristari, quia scit deū nihil iniuste operari. *u* ¶ *Attende me, etc.*] Quod sit istud secretum, ut deus bonus et iustus erga me taliter operetur: præsertim cum eius testimonium de me bonum habeam. *x* ¶ *Et ego quando recordatus fuero, etc.*] Cum enim plagam hanc cogito, quam iuste uiuēs sustineo, deiq; iudiciū qui neminem

A insontem affligit, recordor, nimium pertimesco: hoc ip-
sum opto me scio, nullus patitur malũ aliquod, nisi ipse
permiserit. Nemini infert malum, nisi inferre ei ipse iu-
stissimũ iudicauerit. Sed hęc Iob contigerũt, ut appareret
foris hominibus quod intrinsecus erat ante deum.

a ¶ *Quare ergo, etc.*] Et alius ita dixit: Quare impiorum prospe-
ratur uita? Et alius dixit: Quare non respicis ad iniqua agentes?
Respondete mihi, ob-
secro: Si ego impius,
& immemor bonorũ
operum secundũ iu-
stitiam, sicut uos affir-
matis, hæc patior:
quare impij uiuũt &
subleuati sunt, cõfor-
tatiq; diuitijs? Hoc er
go, inquam, obsecro
respondete: Nũquid
uos qui deum cõtra
me iustum defendi-
tis, in hoc loco iniu-
stũ notatis: ut in me
iniquus ultor sit, et in
mei similib. clemens.
Horum igitur de qui
bus nunc loquitur, fi
nis & interitus erit
mors ęterna, & perdi
tio inferorũ. b ¶ *Ve-
runtamen quia non, etc.*]
B Quia pro hac gloria
sua & temporario flo
re, perpetua ignomi-
nia coram angelis in
ducntur. c ¶ *Quo-
ties lucerna, etc.*] Lux
uero iusti semper: qa
in hac nocte seculi, lu
cerna fidei nullo uen
to tentationis extin-
guitur, & illic ad glo-
riã sempiterni lumi-
nis pręparaẽ. Lumen
uero peccatoris intra
breue tẽpus uitæ ex-
tinguitur. Quoniam
transiturus est sicut umbra. Non erit & ueniet impijs, si
cut Iob ait: inundatio, id est, abundantia tormẽtorum.
Quibusq; dolores diuidit furoris sui. Proculdubio de
us dolores diuidit, dixit, pro hoc quod pœnas unicui
que retribuet ut meretur. d ¶ *Deus seruabit, etc.*] Dia-
bolo seruat supplicium gehennarũ, ut cum eo illi quos
sibi exemplo maliciæ suę filios fecit, pariter puniantur:
quod deo reddente, pater eorum diabolus tunc sciet,
id est, tunc sentiet: quando cum filijs pœnas patietur
æternas. e ¶ *Videbunt oculi, etc.*] Siue necem suam, ut
alij dixerunt. Duplex enim tormentum est uidere pœ-
nas quas sustineas. f ¶ *Et de furore, etc.*] Ipse est calix
aureus domini in manu Babylonis. g ¶ *Quid enim
ad eum pertinet, etc.*] De eodem diabolo dicit, de quo Sa-
Prou. 18.a lomon ait: Impius cum uenerit in profundum malorũ
suorum & criminũ, desperatione contemnit. Iam enim
nouit se cum suis, qui sunt domus & regnum eius, per-
petuo esse damnandum: quia nulla est eius uoluntas
agendæ pœnitentiæ. h ¶ *Nunquid deum docebit, etc.*]
Qui enim de excelsis atq; sublimibus potestatibus an- C
gelorum habet iustum iudicium: quemadmodũ à quo Hier. 1.6
quã doceri poterit, ut in his quæ suprà diximus, possit
eius iudiciũ reprehendi? i ¶ *Iste moritur robustus, etc.*]
Beatorum in hoc mundo, & infeliciũ in hac uita, com-
munem dicit esse con
ditionẽ. Viscera siue
intestina eius, ut alij
dixerunt, plena sunt
adipe, & medullis os-
sa illius irrigãt. Alius
uero moritur in amari
tudine animæ absq; ani
mæ ullis opibus: & tamẽ
simul in puluere dor
mient, & uermes ope
riẽt eos. In hac igitur
continẽtia sermonis
huius, iste sensus est:
quod in hoc mundo
iusti & peccatores in
differenter uiuãt, sed
hæc diuersitas cõmu
tanda sit in futuro: si-
cut in illo diuite factũ
est, & in Lazaro pau-
pere. k ¶ *Certe noui, etc.*] Ergo recte defi-
nio, inquit, quod & perspicitis: qa una sit
in hoc seculo, & pec-
catori moriẽdi condi
tio & sancto: qui ta-
mẽ postea diffungen
di, ut ad præmiũ mu- D
tentur iusti, peccato-
res uero ad supplicii
rapiant. Vos uero in
insontẽ iniquam da-
tis sententiã. l ¶ *Di-
citis, etc.*] Insultãtes mi
hi, mecq; irridentes.
m ¶ *Vbi est domus, etc.*]
Quia ergo de me ita
sentitis, cp damnatio-
nis meæ nunc tẽpus
aduenerit: non ita est
quod definisse uos
arbitramini, qa hæc
dei castigatio tempo-
ralis, non est æterna damnatio. n ¶ *Malus enim ad diem
furoris duc. etc.*] Qui & ad diem furoris dei ducẽdus est,
ut excipiat sententiam mortis æternæ. Sancti enim om
nes recte uiatores esse dicuntur, quia ut expediti, & ala
cres prætereundo seculum uitali animo calcant terram
suam, & festinanter proficiscentes ad beatam patriam,
mundi huius iter laboriosum conficiunt. Hi ergo qui
ascendunt ad populum peregrinum siue succinctum
fidei utique cingulo, contra dissolutionem uitiorum
lumbos mentis accingunt. o ¶ *Quis arguet coram
eo uias eius, & quæ fecit, quis reddet illi? etc.*] Videtur mihi,
quod Iob proprie de diabolo dixerit: licet & generali-
ter de omnibus peccatoribus possit intelligi. Quis ho
minum eum potest arguere, propter uiam eius pollu-
tissimã, per quã totum mundũ ingredi fecit, aut redde
re ei quæ creatura poterit, quod meretur, nisi ille solus
agnus dei qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus
est in ore eius. p ¶ *Ipse ad sepulchra, etc.*] Ad mortem
uidelicet tormentorũ: quam ipse hominibus intulit in
Adam

A Adam, & ipse ad inferos ducẽdus, ut illic perpetuo pu-
niatur. a ¶ *Et in congerie mortuorum, etc.*] Et licet dãnan
dus ad pœnas ducendus sit: sed tamẽ morte hominum
gaudens, ad influendũ eorundẽ mortuorũ congeriem,
omni alacritatis instantia, in eorũ interitu uigilabit, uel
certe semper uiuet in
mortem. b ¶ *Dulcis
fuit glarea, etc.*] Cocy-
tum inferorũ fluuiũ
esse dicũt. Nos aũt in
scripturis diuinis ẽ-
undẽ fluuiũ, torren-
tem, pureũ, caminũ,
ignẽ æternũ, lacũ, sta-
gnum, legimus & ge
hennam. Glarearum
uero nomine ipsa of-
ficia tartarorũ, mini-
stros quoq; pœnarũ
infernalium uinctos
tormentorũ locis exi
stimo significari: & di
ctũ est quasi per iro-
niam, eo quod desi-
derẽt illum, atq; exo-
ptent habitatores in-
ferorũ, ut puniant, &
de eius interitu satu-
rentur. Vel certe dul-
cis fuit morti, quia tã
innumeros ei popu-
los acquisiuit. c ¶ *Et
post se omnem, etc.*] Qui
imitatione exemplũ
B eius sequuntur, siue
post se omnem homi
nem trahit, secũdum
præuaricationem hu
mani generis in Adã.
d ¶ *Et ante se innum. etc.*] Quos deceperit, & eos secutu-
rus præmittit ad pœnas. e ¶ *Quomodo igitur, etc.*] In
hoc uersiculo omnem altercationem disputationis sue
conclusit: & amicos suos, quod sine causa contra eũ de
prædicta ratione decertent, conuincit: cum illi diffidũt
impios & peccatores in hoc mundo puniri, inter quos
& ipsum condemnãt: ille conuincit eos, cp uel maxime
in seculo glorienẽ: qui sunt ad damnationis iudiciũ de
ducendi. CAP. XXII

RESpondens autem, etc.] In suggillationẽ igitur Iob ista
dicũtur: qui sibi omnino arroget hæc se propria
cordis sui sapientia loqui. g ¶ *Quid prodest deo,
etc.*] Nemo iustitia sua & sanctitate deum fecit melio-
rem: quoniam omnis boni fons atq; origo, nullius bo
no egẽt, secundum prophetam qui ait: Quoniam bo-
norũm meorum non eges. h ¶ *Nunquid timens, etc.*]
Nunquid causa mortis dei hæc est, ut timeat te deus?
forte ipse potens aliquando efficiaris: & coæqualis fa-
cius ipse resistas ei? Quę risorie potius, & subsannantis
sensu dicũtur. i ¶ *Et non propter, etc.*] Non hoc timẽs
arguit te, inquit, grauis plagæ huius correptionib. sed
propter omnia mala tua, quibus studiũ cõmodabas.
Quia ergo principale malum, id est, maliciam Iob plu
rimam habeat, unde cætera mala quasi in botro depen
deant: subiungit & narrat ea quasi per species singulas,
ita dicens: k ¶ *Abstulisti enim pignus, etc.*] Hoc dicit, cp
uiolẽter & hostili more aliena rapuerit, uel pignora in
iuste extorserit, siue per speciẽ iustitiæ per calũniã expo
liauerit: & prægrauat crimẽ, quãdo dicit, quod nec san
guini suo pepercerit. l ¶ *Et nudos spoliasti uestibus, etc.*]
Quid uestitis feceris, hinc apparet: apud quem nec nu C
dus à rapinis tuis immunis inuẽtus est. m ¶ *Aquã lasso
non dedisti, etc.*] Manifestũ est. n ¶ *Et esurienti subtraxisti pa
nem.*] Graue est non dedisse, grauius subtraxisse. Gran
de ergo peccatũ, hospitalitatẽ in necessitate positis non
præbere. Aperte autẽ
Eliphas mentitum sci
mus, cum infertus le
gamus quanta bona
Iob fuerit operatus.
o ¶ *In fortitudine brachij
tui possidebas terrã.*] Ar
guit nihilominus eũ
tanquã superbum &
tyrannũ, qui non iu-
stitia & æquitate re-
gni sui populos rege
ret, sed truculẽtus mo
ribus tanquã uirtute
brachij, duro eos ser
uitutis onere subiu-
garet, & nullus pro-
pter imperiũ suũ du-
rissimũ, nisi cõditiõi
suæ subditus uiueret.
p ¶ *Viduas dimisisti ua-
cuas.*] Qui eas destitu
tas, & tribulationib.
affectas, atq; humilia
tas, ad subueniendũ
audire noluisti: unã-
quanq; earum uacuã
dimisisti: quando id
quod à te postulabat
nõ potuit imperare. D
q ¶ *Et lacertos pupillorũ
cõminuisti.*] Si quid ui
riũ habuerunt, unde
sustentari possent, tu
listi: & eorum animas uitæ desperatione fregisti: uel nõ
defendendo eos à malis hominibus, uirtutem spei eo-
rum, qua ad te respiciebant, comminuisti, dum eos
passus es opprimi. r ¶ *Propterea circumdatus es laqueis.*]
Hoc dicebat Eliphas, quod ipse beatus Iob malæ con-
scientiæ formidine turbaretur: & eadem formidine si-
bi subito ueniẽte, usquequaq; consternatus consilium
patientiæ perdiderit contra aduersa. s ¶ *Et putabas te
tenebras non uisurum, etc.*] In tanta securitate in iniquitati-
bus potens agebas: ut hæc mala meritorum tuorum
reciproca tibi uenire non crediderís. Quibus tenebris
miseriæ utique & calamitatis, tanquam impetu aqua-
rum inundantium repente depressus es, ut obscurato
corde non uideas, quod rectum esse patientia perdo-
cet. Multis modis in scripturis diuinis tenebræ appẽ-
lantur, peccata, ignorãtia, siue tribulatio: uel etiam ob-
scuritas diuinorum uoluminum nomine tenebrarum
ponitur. t ¶ *An cogitas quod deus, etc.*] Primum ergo
Eliphas sanctum criminatur: quod in deum asserat ig-
norantiam cadere, & multa sint in creaturis suis quæ
nesciat. Deinde quod iudicium eius affirmet incertum
esse & dubium. Et ideirco per caliginem, id est, quasi ue
risimile quid iudicat. u ¶ *Nubes latibulum eius, nec nostra
considerat, & circa cardines cæli perambulat, etc.*] Ideirco au-
tem hæc omnia quasi ex sensibus beati Iob esse confin-
git: ut eum nõ solum blasphemum, uerum etiam quod
ignorantem dicat deum, locisq; eum asserat contineri,
quod utique grande sacrilegium est sentire de deo.
x ¶ *Numquid semitam seculorum custodire cupis, quam cale. etc.*]
Custodire cupis pro obseruare dixit: hoc est, nunquid

Universidad de Navarra Biblioteca

A actus & uitam perditã cõsequi concupiscis, eorũ qui in Gilgalo & Sodomis, & eremo perierũt: uel eorũ qui non credunt deũ humana curare. *a* ¶ *Qui sublati sunt ante, etc.*] Vt Dathan & Abiron: uel illi qui subita morte perierunt. *b* ¶ *Et fluuius subuertit, etc.*] Imminente in se ira dei, tanquã fluuij impetus, stabilitas præsentis uitæ eorum subuersa est: siue quasi fluuius superueniente pressura, fundamentum corporeum eorum demolitũ est, ut uitæ eorum parietes corruerent. *c* ¶ *Qui dicebãt deo, etc.*] Propter apostasiã ergo damnati sunt. At non talis est Iob, qui
Iob. 31.b dicit: Etiam si occidat me, in ipsum sperabo. *d* ¶ *Et quasi nihil possit facere omnipotens, etc.*] Non timuerunt ergo impij, ne propter peccatum, offensam dei: & bona quæ ipse præstiterat, uindictam suppliciorũ incurrerent. *e* ¶ *Quorum sententia procul sit à me.*] Et sanctum blasphematorum in numero ponit, quẽ ita
B ut eosdem detestaẽ. *f* ¶ *Videbunt iusti & lætabuntur.*] Siue ut alij dixerunt, ridebunt, de abiectione infidelis populi loquitur. *g* ¶ *Et innocens subsannabit eos, etc.*] Quomodo hoc & de sanctis eius non potest dici: quando uident peccatores iusto dei iudicio condemnari, uidebunt & lætabuntur. Placet enim illis dei iustitia, sicut & ipsi deo. Sed Eliphaz cum hic fortasis recte dixerit, male opinatus est, ut beatũ Iob impijs & peccatoribus comparet. *h* ¶ *Nonne succisa est erectio eorũ.*] Superbia utiq; illorum & contumacia supradictis pœnarũ exemplis succisa est, & perpetuæ perditioni tradita. *i* ¶ *Et reliquias eorum deuorauit ignis.*] Reliquias etiã dixit, extrema quæq; peccantium in die iudicij puniẽda, quia in hoc sæculo nulla pœna grauissimos peccatores ita ut digni sunt damnat. Siue reliquias posteritatẽ malorũ hominum intelligere possumus, quæ imitando eos tanq̃ patres eorum reliquiæ appellentur. Siue in bonã par-
Psal. 75.b tem reliquiæ ponuntur, secundum illud: Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festũ agent tibi, ut cogitatio hominis ad cõfessionem pertineat peccatorũ: reliquiæ uero sunt ipsius confessionis æterna remuneratio: quia indultis sibi peccatis, uelut in die festo spirituali lætitia perfruaẽ. Possunt
Psal. 36.g reliquiæ & nouissima intelligi, iuxta illud: Reliquiæ impiorum peribunt. *k* ¶ *Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos, etc.*] Hortatur sanctum Iob, ut se iam cogitet emendare, & dat consilium non quærenti, ut per patientiam cõuertatur ad deum. Et ita post bellum instantis sibi horribilis plagæ, posset habere incolumitatis pacem. *l* ¶ *Suscipe ex ore illius legem.*] Siue dictum, id est, audi quæ præcepit, & conserua. *m* ¶ *Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis.*] Si te factorum tuorũ pœniteat, ædificaberis: id est, quo tidie uallatus diuina custodia munieris. Dissimulantibus agere pœnitentiam: hoc exemplum egregium proponendum est: necessaria enim hæc cohortatio est, qua possunt peccatores gloriam perditam reparare. *n* ¶ *Et longe facies iniquitatem, etc.*] Si te emendare uolueris atq; corrigere, tibi ascribet deus, quod lõge facias à te iniquitatẽ tuam: cum eam à te potius ipse elonget. Siue ipse diabolus iniquitas dicitur, hoc est, qui te in potestatem accipit elongabit. *o* ¶ *Dabit pro terra silicem, etc.*] Hoc dicit, ep si propiciatio eum dei in preceptis eius firmissimis stabilierit, nõ terrenis rebus & carnis uoluptatibus operã dabit: sed magis ad fortitudinem uirtutũ proficiet, per quã possit ad affluentes cœlestiũ diuitias peruenire: hoc enim metaphoricõs Eliphaz ad sanctum Iob dicit, quod si in saxo fortitudinis bonæ conscientiæ tuæ positus fueris: sensus diuinæ sapientiæ tibi ueluttorrens aureus abundabit. *p* ¶ *Eritq; omnipotens cõtra hostes tuos.*] Cum feceris, inquit, uoluntatem eius, habebis eum defensorem tui. *q* ¶ *Et argentum coacernabitur tibi.*] Diximus aurum pro sensu accipi, & argentum pro eloquio iustificationis. Ergo & mandata dei atq; iudicia, ipsa sunt diuina eloquia. Cum ergo cõuersus, in his fueris meditatione assidua cõmoratus, intelligentias diuersorum sensuum differendo, multiplex & copiose abundans eloquium coacernabitur tibi. *r* ¶ *Tunc super omnipotentem, etc.*] Delicijs utiq; spiritualibus supradictis repleberis, cum petitiones cordis tui gratia spiritus uideris, & in gaudio mentis tuæ senseris adimpleri. *s* ¶ *Et eleuabis ad deum, etc.*] Liberã frontem ad deprecandum deum attolles, siue iam non ream neq; incuruatam deorsum mala conscientia eriges ad deum animam tuam. *t* ¶ *Rogabis eum, & exaudiet te, etc.*] Peccatorem te non potest exaudire, nisi eum prius pro peccatis tuis deprecatus fueris. *u* ¶ *Decernes rem, etc*] Rem duntaxat iustam, sanctam, atq; honestam, quam à deo petieris obtinebis. *x* ¶ *Et in uijs tuis splendebit lumen.*] Viæ tuæ actus tui boni erunt, & lumen tibi erit dei notitia, deiq; uisitatio, atq; protectio: quo actus uiarũ tuarum correcti illuminentur: ne forte per errorem insciti æ in montes tenebrosos offendas. *y* ¶ *Qui enim humiliatus fuerit, etc.*] Et dñs in euangelio: Qui se humiliat, exaltabit. *z* ¶ *Saluabitur innocẽs, etc.*] Id est gratia bonorũ operũ uel nitore. Antiqui ita dixerũt: ue innocentẽ, & saluaberis immũdicia manuũ tuarũ: ubi retributionẽ uidet sonare, quod ait: uerue innocẽtẽ ut saluari possis innocẽtia manuũ tuarũ. *Ca.* XXIII

Luc. 14.c

Respondens autem Iob ait: Nunc quoq; etc.] Relictis infidelibus

Cap. XXIII

Respondens aũt Iob ait: Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ

A libus amicis, qui me calamitatis huius miseriam iuste pati definiunt, & addunt amaritudini meæ, totum me ad deum conuertam, & dicam ei pro conscientiæ meæ fiducia quæ sequuntur: *a* ¶ *Quis tribuat, etc.*] Intellectu se cognoscere deum dixit: inuenire quoq; eũ operibus bonis, & uenire usq; ad solium eius, & futuri scientia & cogitatione iudicij proficiendo accedere usque ad ipsam cõtemplationem diuinę potestatis: quam utique mũdi corde uidebũt. Quod cor multis castificationibus morũ sanctus hic Iob purificatũ se dicit habuisse. *b* ¶ *Ponam coram eo, etc.*] Iudicium, inquit, iustitiæ tuæ ponam in cõspectu dei mei, secundum illud: Ab ipso iudicij eius æquitatem requirã. Tamẽ priusquam sit eius in me finitiua sententia, multas ei proferam increpationes: quia cũ eius nouerim singularem iustitiam, quare iustus patior tormẽta, quæ iniquis impijsq; potius debẽtur. Hoc ergo quod sequit, ait:
B *c* ¶ *Os meum, etc.*] Id est, iusti doloris querelis. *d* ¶ *Nolo multa fortitudine, etc.*] In mole maiestatis eius, horripilationem intelligamus non aliquid corporeũ, quia deus spiritus est. Certus sum, inquit, quia istas afflictionum miserias, ipso utiq; iudicante, patebit me nullo peccatorũ merito sustinere, hinc ait: Perueniat ad uictoriam iudicium meum. *e* ¶ *Si ad orientem iero, etc.*] Dum partes mundi enumerat, dicit eum habitare ubiq; totum: sibi tamen omnino esse inuisibilem confitetur: eo quod nõ subiaceat eius diuinitas obtutibus creaturæ. Deus uero omnem uiam conuersationis agit, quia optime nouerat. *f* ¶ *Vestigia eius secutus, etc.*] Hoc est, quod custodiri uoluit, custodiui. *g* ¶ *Ipse enim solus est, etc.*] Hoc est, quia inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. *h* ¶ *Cumq; explewerit in me uoluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt, etc.*] Cum iam me quibus uoluit tormentis affecerit, & alia adhuc quanta uoluerit mihi infligere poterit, quem insensibilia sicut sensibilia contremiscunt. *i* ¶ *Et idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum, etc.*] Mente scilicet sentiens, & ex parte intelligens. *k* ¶ *Timore sollicitor.*] Id est, horripilatione maiestatem eius pertimesco. *l* ¶ *Deus mollivit cor meum, & omnipotens conturbat, etc.*] Cor resolutum à pauore nimio & timore hoc loco dictum nouerimus: nõ quod à duritia incredulitatis ad fidẽ suscipiendã mollitum sit, cum magis ipse Iob per fidem fortis in deum meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, ut cognoscam & inueniam illum, & ueniam usque ad solium eius? Ponam coram eo iudiciũ, & os meum replebo increpationibus: ut sciam uerba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nõlo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suę mole me premat. Proponat æquitatẽ contra me, & perueniet ad uictoriam iudiciũ meum. Si ad oriẽtem iero, nõ apparet: si ad occidentẽ, non intelligã eum: si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me uertam ad dexteram, non uidebo illum. Ipse uero scit uiam meam, & probabit me quasi aurũ quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: uiã eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo non abscondi uerba oris eius. Ipse ẽnim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius, & anima eius quodcunq; uoluit, hoc fecit. Cumq; explẽuerit in me uoluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei. Et idcircò à facie eius turbatus sum, & considerãs eũ, timore sollicitor. Deus mollíuit cor meum, & omnipotens cõturbauit me. Nõn enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

Caput XXIIII

A B omnipotẽte non sunt abscondita tempora, qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij tẽrminos transtulerunt, diripuerunt greges & pauerunt eos. Asinum pupillorum ãbegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduæ. Subuerterunt pauperum uiam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.

Alij

manserit. Vnde sequitur: Omnipotẽs conturbauit me: hoc quod suprà. *m* ¶ *Non enim perij propter imminentes tenebras, etc.*] Ipsas calamitatis suæ miserias, tenebras appellauit: quas uelut ruinas subito imminentes sibi dicere uoluit: eis tamen insistentibus sibi ait: desperatione non perij, nec faciem mentis meæ infidelitas excæcauit, uel negatio dei.

Cap. XXIIII

A B *omnipotẽte nõ sunt abscondita tempora, etc.*] Illi uero qui sentiunt & intelligunt deum, dies æternitatis eius ignorant. In qua æternitate, nec tempora, nec dies, qui in temporibus sunt, inueniuntur: ubi unus æternus est dies. Siue aliter: Omnia nouit quę nunc loquor uel patior. *o* ¶ *Alij terminos transtulerunt, etc.*] Id est, transtulerunt greges, & comederunt. Manifestum est secundum literã. Videamus nunc secundum mysticum intellectum quid significent terminos transferentes, id est, statuta
D ecclesiæ conuellẽtes, hæreticos esse significauit: q nouitate doctrinę peruersę, euangelicæ legis & apostolorum terminos præfinitos excedunt, & ita deceptoria persuasione diripiunt greges dominicos, id est credentes in Christũ. *p* ¶ *Asinum pupillorum, siue iumentum abegerunt, & abstulerunt, etc.*] Pupilli quidem sunt teneri, uel infantes in fide: uel qui deum patrem non habent, ut ab eo contra aduersarios defendantur. Quorum animum, uelut iumentum forte ac necessarium, ad deum in se per fidem portandũ, hæretici prædonum more ab eis abigunt, dum eos fallacijs suis, uirtute animi spoliant. Siue gentilẽ sensum, immundi utique animalis nomine dictum, ab eis quidem auferũt: dum sub prætexu ueræ religionis, eos in perfidiam ducunt. Viduæ etiam illæ sunt animæ, quæ uirum, deum suum & dominum amiserunt: à quibus hęretici pro pignore perfidæ utiq; confessionis, per quam falsis eorũ adinuentionibus initiantur, & debitores eorũ efficiuntur, sanctarum uirtutum mundiciam, & utilia animi opera auferre conantur. Pauperes quoq; in hoc loco illi intelligẽdi sunt, qui testimonio fidei destituti sunt. Alij sunt diuites in fide: horum religionis uiam qua ad deũ redire poterant, suis erroribus hæretici subuerterunt. Mansuetos autem hic illos esse sentiamus, qui constantiam inimicis suis nõ habent resistendi, & propter ignauiam animi sui facile seducuntur. Hi ergo multis errorum dogmatibus, & diuersis errorũ superstitionibus

opprimuntur. In bonã uero partem uiduæ sunt, qui se inhortificãt cũ uitijs, pauperes apostoli sunt. De isto numero hæretici auferre conant: dũ pauperes sanctorum aliquos persuadent, uel mansuetos circũueniunt, q eis resistere nõ possunt, sed & patienter pro simplicitate audiũt: illi uero cos nituntur extinguere. a ¶ *Alij quasi onagri, etc.*] Violẽtu sunt q publice rapiunt: prædones & latrũculi sunt, q de occultis ad opera sua exeũt, utiq; non dei. b ¶ *Quos imbres, etc.*] Hos ergo per miseriã destitutos domibus suis dicit: quãdoquidem eos montiũ cauernis, & umbraculis operiet, & quanta sit eis in ipsis mõtib. necessitas cõmorãdi describit. Quos imbres montiũ rigãt, id est, aquis de ipsis mõtibus copiose fluenti bus inundant. c ¶ *Et non habentes, etc.*] Manifestius alij dixerũt: qui cum tegmẽ non habeant, petra adoperiuntur. d ¶ *Vim fecerunt, etc.*] Vbi intelligit quid habentibus fecerint, quandoquidẽ facultate tenuissimis non fuerint miserti. e ¶ *Inter aceruos, etc.*] Hoc malum est magnum & iniquissimũ, ut sub labore & fructu aliorum alij requiescant: & inebrientur uino eorũ, qui collectis uindemijs suis sitiunt. Quod aũt ait: Anima uulneratorum, pro consensu ad deum clamantiũ intelligamus. Vastatorũ aũt tribulatio usq; ad gemitũ ciuitatem habitantiũ perueniebat. Vulnerau uero non solum intelligendi sunt: quorum corpora ab alijs transfodiunt: uerũ etiã illi quorũ animæ hostiũ timore nimio, uelut gladio feriuntur. Ipsi fuerũt rebelles lumini.] Dæmones, hæretici, philosophi, siue etiã omnes impij intelligendi sunt: qui cõtra doctrinã dei uenire conant: quia mandatum uitæ lux est: quia in natura lumen, lumẽ est quod per se est, tenebræ uero cæcitas cordis. Et proinde si cæcitas cordis tenebræ sunt: recte exteriores tenebræ, pœnæ intelliguntur. Vt iniqui de peccatorũ suorũ tenebris, ad tormentorũ tenebras profiiciuntur: sic intus & foris dei sententia consummata corã angelis dei, induuntur sicut diploide confusione sua. Onagros uero qui cõmorantur in deserto, paganos quosq; errore gentilitatis, qui in deserto ueræ religionis sunt, intelligere possumus: eo quod iugo certæ religionis nõ cõtineant. Hi igitur egrediunt ad opus suũ. Egredi namq; dicunt, quando affectus suos per doctrinas prauas in eos quos seducũt ostendunt. Ita enim omni solertia de prædant uagas errore animas, ut ipsi multitudini perditæ posteritatis sue: uelut alimentũ panis letalis doctrinæ pertinaciã derelinquant. Agrũ non suum demetũt, &c.] Ager siue uinea uniuscuiusq; hominis, quidã modus uitæ est, quæ ab unoquoq; colitur, quando sordes & quidam frutices uitiorũ mundant, uel etiã extirpantur. Quia ergo huius culturæ diligẽtia minime prodest, quando omne bonũ naturæ non ad fidem refert: quia iustus ex fide uiuit: prædicti idolorũ cultores opprimentes fideliũ, quãuis honeste uiuentiũ corda, eos uelut quadam ratione seductionis in errorẽ inducunt: dum quasi agrũ eorum siue uineam dissipando fruges eorum uiolenter abripiunt. Nudos etiã dimittũt homines.] Dum eos bonis operib. expoliãt. Quibus operimentũ nõ est in frigore.] Illos utiq; expoliãt, qui charitatis dei nõ habẽt uestimentũ, & idcirco in infidelitate algẽt: quia spiritus feruẽtis tunica indui nõ merent. Quos imbres montiũ rigant.] Non imbribus cœli rigant, sed montiũ extollentiũ se aduersum scientiã dei quæ de cœlo est. Et

> Alij quasi onagri in deserto egrediunt ad opus suũ, uigilantesq; ad prædã præparãt panẽ liberis. Agrũ nõ suum demetũt, & uineã eius quẽ ui oppresserũt, uindemiant. Nudos dimittũt homines, indumenta tollentes: quibus non est operimentũ in frigore, quos imbres montiũ rigant, & non habentes uelamẽ, amplexant lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & uulgũ pauperẽ spoliauerunt. Nudis & incedentibus absq; uestitu & esurientibus tulerunt spicas. Inter acẽruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Dẽ ciuitatibus fecerunt uiros gemere, & animã uulneratorum clamauit, & deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierũt uias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Manẽ primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem

non habẽtes uelamẽ, amplexant lapides.] Hoc est, sine uestimẽto uirtutum peccatis suis & erroribꝰ delectant. Vim fecerũt de prædãtes pupillos.] Illos etiã q notitiã alicuã secundũ naturæ bonũ habẽt, quã defendere nõ poterant: fragili animo & puerili uiuẽtes, suasionibus prauis, uim inferentes prædati sunt. Vulgũ pauperẽ spoliauerũt.] Multitudinẽ quoq; populi uilẽ actib. & inscitia pauperẽ: si qd fortassis habebat iustitiæ, aut etiã innocẽtiæ naturalis: dũ in maius erroris sui malũ ptrahunt, prædictis bonis spoliauerũt. Nudis & incedẽtibus absq; uestitu & esurientib. tulerũt spicas.] Nudis fide, deiq; custodia destitutis: uestimẽta quoq; spei & charitatis diuinę, cæterarũq; uirtutũ excubias nõ habentib. quibus animæ exornant: etiã spicas in quibus diuinã notitiã adopertã habent abstulerũt: ne esuriẽtes scientiã dei quãdoq; retecto uelamine possent ipsam nudã ueritatẽ tanq; panẽ alimonię uitalis accipere. Inter aceruos eorũ meridiati sunt, q calcatis torcularibus sitiunt.] Sublatis igitur spicis, per figurã intra se diuini nominis notitiã continẽtibus: quando ex eis hi q habebant eas plena cogitatione, solidũ cibum conficerẽt: sed ductores uiolẽti inter bona eorũ opera quasi inter aceruos gloriãtes requiescũt: sibiq; tribuũt, si quis gentiliũ uirtutes secutus fuerit naturales, de quibus tanq; seminibus, in se operum aceruos constituat: ipsi tamẽ seducti, calcata uirtutũ uindemia & expressa, sitiunt: quia ueritatis poculũ apud eos, à quibus in errorẽ abstracti sunt, non inuenerunt. f ¶ *De ciuitatibus, etc.*] Non solum, inquit, illos qui sine munimine habitant spoliant, & dominatu duræ superstitionis affligunt, uerum etiam & eos qui ciuitates mentiũ suarum bonis moribus munitas inhabitant, pugnando errorum arietibus subruunt. Quod & multis philosophis contigisse manifestum est: qui cum magni & clari circa corporũ suorum fuerint continentiã, cũ gemitu tamen & labore nimio ad ueritatis notitiam peruenire nõ potuerunt. g ¶ *Et animã, etc.*] Deus uocem imprecantium inultam abire nõ patitur: quin ultionẽ tribuat de erroribus, ut dum ad ueritatẽ saucij peccatorũ uulneribus conuertunt, cõuicta falsitas puniatur. Punit enim, quando eorũ qui seducti fuerãt conuersionẽ destituit. h ¶ *Manè primo, etc.*] Iterũ mane dictũ est, pro eo quod publice & clara luce malum cõmittitur, ut sit quasi gloria facinus operantibus, & secundũ Sodomitarũ exemplum, peccatum suum non absconderunt, sed prædicauerunt. Potuit & de iniquis iudicibus hoc dixisse, qui ad hoc maturius consurgunt, ut causam egeni & pauperis muneribus corrupti præuaricentur. Noctem uero ideo dictam puto, quia prꝙuaricatores negotiorum secretum quoddam quasi tempus nocturnum requirunt: quãdo munera pro causis præuaricatis accipiũt.

¶ *Oculus*

a ¶ *Oculus adulteri, etc.*] Siue ut alij dixerũt: Et latibulum faciei posuit. Id est, cordis eius oculus, obliuione excæcatus est, ut in eius memoriã non ascenderet, quia omniũ cogitationũ, & operũ humanorũ malorũ deus est inspector & cognitor. b ¶ *Perfodit in tenebris, etc.*] Manifestum est, quod per diem hanc rapinã sua cogitatiõe disponũt, antecp̃ ad ipsas facinorũ tenebras ueniant. c ¶ *Si subito appar. etc.*] Mox ut iustitiæ sibi, & honestatis aliũde lumen cœperit apparere, & ingeri & cõscientiæ suæ malũ: iam pœnas mortis se æstimãt sustinere: quia iustitia & sanctitas, ut ait scriptura diuina, odiosa est iniquo. *Alia expositio* Siue aliter: Hic igitur homicida, rectè hæreticus quisq; sentiẽ, ex eorũ numero qui animas hominũ noxijs & lętalibus sensibus interficiunt. Quod autẽ dicit, mane primo consurgit: illud est, quia cum hi qui cum nuper fide initiati sunt, matutinũ habeant, id est, quasi principium sanctã religionẽ: siue ipsi matutinũ effecti sint, cũ de tenebris & filijs noctis facti sint in dño filij dei: hi perfidię suæ uenenũ propinare festinant, ut eos decipiant. Siue aliter: Mane, Christus intelligendus est: ad cuius resurrectionẽ hæreses in ecclesia esse cœperunt. Per noctẽ uerò erit quasi fur.] Omnes sensus hæreticorũ nocti & tenebris cõparandi sunt, quia lumẽ non habent ueritatis. Ipsi etiã sunt adulteri: quia eloquia dei casta, adulterina interpretatione corrũpunt. Perfodit in tenebris domos sicut in die cõdixerant sibi.] Vnusquisq; hæreticus in prauitate doctrinæ cõsistens, non dulci & suaui sermone euãgelij, sicut imber placidus, & sicut ros cum silentio in animas descendit fidelium, sed aspero potius & ad uulnerandum peracuto domos perfodit animorũ. Hoc enim uelut in die cõdixerunt sibi hæretici, ut omnes mortales iaculis doctrinæ noxiæ perfoderẽt: quando in ecclesia adhuc, hoc est in die ueritatis positi, hæreses facere cõdixerũt. Si subito apparuerit aurora, arbitrant umbrã mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant.] Si quispiam disputator extiterit, qui cõtra eos lucẽ manifestæ ueritatis enarret, conuicti arbitrãtur se incurrisse umbrã mortis, & nihilominus in stultitiæ suæ tenebris, uelut in luce sapiẽtiæ gloriant. Potest & diabolus homicida, fur, & adulter intelligi: quia ad decipiendũ hominẽ factus est homicida, ut ait dñs: Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatẽ quoq; sibi per superbiam arrogando, quam præsumptione animi sui tentauit inuadere, uelut fur inuentus est, qui aliena conatur auferre. Qui etiã uirginalẽ illã & castam dilectionẽ dei amisit, dum adulterinos conatus contra dei sui & dñi amorẽ faciens, propria uoluntate quæsiuit. Hic igit mane primo, id est, circa ipsam natiuitatẽ protoplasti hominis, ad seducendũ eum per eius mulierẽ cõsurrexit, & cum tanq; egentẽ cõsilio & pauperẽ, qui experientia minus cautus esset, deceptione insidiosæ persuasionis occidit. Noctẽ uerò peccati ipse sibi operatus est, quando ad diuinitatẽ inuadendam, uelut fur irrepere uoluerat, dicens: Super sydera cœli ponam thronũ meũ, & ero similis altissimo: & exinde cũ suis, quos cœli sydera appellauit, nox & tenebræ, princepsq; tenebrarũ est appellatus. Et rectè, quia dñi lumẽ amiserat. Hic iam in peccatorũ suorũ tenebris cõstitutus, uultũ malæ conscientiæ suæ obduratione operuit, pœnitentiã non acturus: & idcirco diuino lumine priuatus, studet atq; obseruat, ut ea quæ tenebris & caligine sunt digna cõmittat. Vnde in his operibus uitã agens, fodiet sibi domos habitationũ in inferis, cum illis suis ministris, cum quibus se aduersus deum & creatorẽ erigere tentauit. Hi ergo ministri eius, cum adhuc beati essent in illa æterna felicitate, in die illo utiq; sempiterno, qui nõ habet initiũ neq; finẽ, in hoc sacrilegiũ tyrannidis sunt cum suo principe collocuti, & putauerũt, quod deus qui est lux uera, sapiens & intelligibilis, hoc malum contumaciæ eorũ impunitũ relinqueret ut non eos de illa beata atq; gloriosa sede deiceret. Et hinc puto dixit, ignorauerunt lu-

> perem, per noctem uerò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me uidebit oculus, & operiet uultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aquæ. Mãledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearum. Ad nimium calorem transiet

cẽ, quod existimauerũt deũ hoc eis minimè facturum, propter quod excæcatis mentibus æternales tenebræ facti sunt: qui & potestates dicti sunt tenebrarũ, id est, hominũ peccatorũ. Et hinc est quod cum nomẽ dei audierint, cõtremiscunt, quod uocabulo auroræ significari putamus. Cogitatio ergo eius, id est diaboli usq; ad sermonẽ tantũ peruenire potuit, nõ etiã ad effectũ: non eũ regnauit illic, & sic deiectus est statim, ubi uoce prõpsit quod cogitauerat, & deorsũ præceps actus est. Vnde cõsequẽs uidit, ut machinamenta cordis sui, quibus cõtra deũ moliebat, ad persuadendũ cæteris angelis ut locutus, & ita cõsentientibus mulus una quodãmodo cõspiratio foret cõtra deũ, ut si ita uideret. Illud tamen immobiliter tenendũ, nullo modo in silentio agi militiæ cœlestis officia, cum legamus angelicas potestates, ante sedẽ dñi in laudẽ gloriæ eius indefessis uocib. personare, neq; ullo modo Apostolus dixisset: Si linguis hominũ loquar & angelorũ: nisi sic essent angelorũ linguæ sicut hominũ, quamuis angelicæ dissimiles sint humanis. Est ergo aliquod atq; ipsum ualde magnũ super diuersitate linguarum inter terrigenas & ministeria superna discrimẽ. Super qua re nos canonicus liber noui testamẽti, qui apostolica cõtinet gesta, sufficiẽter instruxit. d ¶ *Leuis est, etc.*] Quia nõ sunt de ecclesia magna, id est: populo graui & sancto: qui granis fœcundi & optimi tritici cõparat, & qui in horreo æternarũ mansionũ cõdendus est, uelut leuis palea nihilq; ponderis habens, quod ad prægrauandos uirturũ pertinet fructus, aquæ elemento supernatabit, ut auræ flatu tenui rapiatur. Siue aliter: Aquæ istæ hominũ amantiũ hoc seculum habent figuram: eo quod semper ad inferiora sint procliues, multũ secũ limi trahentes, qui in chaos inferorũ, turbido pondere deponatur. e ¶ *Maledicta sit, etc.*] Qui enim in terra sanctorũ, quæ est uiuentiũ terra non fuerit, maledictus erit: siue maledicta sit pars eius in terra, id est, in massa generis humani. f ¶ *Nec ambulet, etc.*] Id est ita maledicta sit eius cõuersatio in terra hac, ut plebes dei, siue animas sanctas: quæ sicut uineæ plenæ fructibus fructiferæ sunt, non imitetur, neq; per ipsas ambulet. Has enim uineas doctores tanq; cultores, doctrinis uelut ligonibus colunt, ut uinum operũ bonorum uindemient: quod in fide, id est, torculari ecclesiæ ponderet tribulationis expressum, flagrans per gratiã Christi, odore suauissimo cum uirtute meritorũ in apothecas domorũ cœlestiũ recondatur. g ¶ *Ad nimiũ cal. etc.*] Quasi duas gehennas sanctus Iob dicere mihi uidetur, ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus & homo impius cõmutetur. Forte in ipsa gehẽna talis sensuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur, ut nũc quasi ignem ardentẽ sentiant, nunc nimium algoris incendium: & pœnalis cõmutatio, nunc frigus sentientibus,

A nunc calor sit, ut quasi de loco ad locum transitus æsti-
Mat.25 ment. Et fortassis inde dominus ait in euangelio: Mittite eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Vt hic stridor dentiũ de rigore frigoris oriat. Vbi & similitudinẽ quandam ex nostris corporibus possumus inuehire: in quibus ruri abundantia, quod est calidissimũ, in typicis motib. intolerabilis rigor præcedit, ignem febriũ ardentissimũ secuturũ, & dicuntur à medicis hæc duo quæ sibi cõtraria dinoscũtur, ex una fellis materia, in homine procreari. *a* ¶ *Et usq; ad inferos, etc.*] Peccatum impij & iniqui tam magnum est & tam graue, ut eum deprimat ad infernũ tanq; plumbum in aqua ualidissima. *b* ¶ *Obliuiscatur eius misericordia.*] Id est, q non solum misericors sed & misericordia dicitur: quia misericors à misericordia, & ideo quasi prototypon nomen, maius est q̃ deductio nuncupata. Quicunq; ergo sanctorũ potest dici mi-
B sericors, uerax & iustus. Nemo tamen eorũ rectè dicitur misericordia, & ueritas & iustitia. *c* ¶ *Dulcedo illius uermes.*] Per Antiphrasim dictum, q̃ quod est, scatens uer-
Mar.9.g mibus moriatur. Et in euangelio: Vermis eorum non morietur. Talis igitur dulcedo erit iniquis & odiẽtibus deum. *d* ¶ *Non sit in record. etc.*] Id est, ad ueniam misericordiæ non perueniat, quod diabolo & suis hæreticis & impijs futurum, de scripturis sanctis ita didicimus.
Mat.3.c *e* ¶ *Sed conteratur, etc.*] Secundũ illud: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittet. Vel lignum, peccatũ intelligamus, quod per lignũ accidit: per quod lignum diabolus addidit ad cumulũ criminis, quod aduersum deum rebellis extiterit, ut & hominem præcipitaret in mortẽ: unde iam & in æternum interitũ condemnatus est, propter quod ipse diabolus lignũ insanabile & infructuosum potest dici, quia nunquam erit pœnitentiæ medicatione sanandus. De ligno
Esa.65 autem uitæ, id est cruce, uel de Christo dicitur: Secundum dies ligni erunt dies populi mei. *f* ¶ *Pauit enim sterilẽ.*] Id est nutriuit & fouit animas steriles & infructuosas uirtutibus. *g* ¶ *Et quæ non parit.*] Eas quoq; animas assensionis suæ delectationibus pauit, quæ cum possint de utero cordis bona opera parturire, noluerunt, sicut
Psal.35.a de huiusmodi ait Dauid: Noluit intelligere ut bene ageret. *i* ¶ *Et uiduæ bene non fecit.*] Viduam, animam sanctitatis uiribus destitutam, quæ deum uirum habuerat, cum exhortatione noluit consolari: ut id ageret, quem admodum posset reuerti ad uirum suum priorem. *h* ¶ *Detraxit for. etc.*] Alij dixerunt, & in ira euertit infirmos, id est, fortes atq; uirtutum uiros prostrauit & detraxit. *k* ¶ *Et cum steterit non credet uitæ suæ.*] Et cũ in prosperis sit, nec sic quoq; mordente cõscientia putat, quod eadem felicitate perpetuẽ potiat, cum huiusmodi pertinacis & duri animi sit, credẽs quod in illa uita sua, tam transiet ab aquis niuium, & usq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcẽdo illius uermes. Non sit in recordatione, sed contẽratur quasi lignum infructuosum. Pauit enim sterilem, & quæ nõ parit, & uiduæ bẽne non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua. Et cum steterit, nõ credet uitæ suæ. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia, oculi autem eius sunt in uijs illius. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabũtur sicut omnia, & auferentur, & sicũt summitates spicarum conterentur. Quod si non est itã: quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante deum uerba mea?

Caput XXV

REspondens aũtem Baldad Suites, dixit: Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militum eius? Et super quem nõ surget lumen illius? Nunquid iustificari põtest homo cõparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce lũna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis?

Respondens autem Baldad, etc.] Cõuictus Baldad à D beato Iob dicente: in futuro magis dei esse iudicium, ad hæc se conuertit ut diceret, apud eum est potestas & terror, id est, non iam exercet iudicium, sed apud se repositum tenet ac reseruat in posterum. Ipse tamẽ facit perpetuæ pacis concordiam in sublimibus, id est, angelis siue hominibus sanctis suis, custodiendo eos ne per aliquem lapsum peccati inimicitias offensæ cœlestis incurrant. *p* ¶ *Et super quem, etc.*] Ipse enim illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. *q* ¶ *Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus, etc.*] Manifestum est, quod inopia respõdendi, eadem quæ dixerant frequentius repetant. *r* ¶ *Ecce etiam lunã non splendet, etc.*] Sub nomine lunæ, siue stellarum, angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui ad comparationem diuinæ reuerentiæ, immundi & tenebræ possunt uideri: ex eo utiq; quoniam natura conditæ creaturæ, licet non peccent, capaces tamen peccati sunt, ut apparuit in alijs angelis eiusdẽ naturæ peccantibus. Sed post eos nullum angelorum peccasse credendum est: quia omne liberum suum arbitrium in solius dei charitatẽ uerterunt: sicq; immobiles facti sunt, perfistentes in ueritate, in qua prædictus angelus cum suis stare noluit. Proinde angelorum uolũtas per amorem dei facta est incõuertibilis, quæ in deo est per naturam. Ideo illi soli incorrupto honor & gloria. Potest & de his elementis dicere, quod ideo immunda dicantur, quia non semper luceant: uel quod corpora tantum illuminent & non mentes sicut deus, qui utrunq; facere consueuit. *s* ¶ *Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis?*] Si enim angeli, inquit, & cœlorum etiam corpora ad comparationem dei, immunda esse dicunt, quid putas homo existimandus est, cum sit ipse putredo: filius quoq; hominis uermis, ex eadem utique nascens corruptione qua uermis?

Respon-

A Caput XXVI

REspondens autem Iob, etc.] Videns deo iniuriam fieri, iusta indignatione cõmotus, in ipso initio sermonis sui Baldad Suiten durioribus arguit uerbis: eo quod ita loqueretur, tanq; si deus infirmus ac non habẽs ullam brachij fortitudinẽ, eius egeret auxilio. Aduertẽs igitur quia minor est participatio ad totũ, gutta stillæ perenni fonte, scintilla latens in cinere igni diuino quo omnia concalescunt: lucerna corporis sole iustitiæ, testa fi gulo, anima deo: unde mirans Iob loquitur, quare ausus fuerit, ut eum à quo illi est esse, docere uoluerit. *b* ¶ *Ecce gigantes gemunt, etc.*] Gigãtes autem appellat scriptura diuina homines superbos, rebelles & contumaces. Diabolus quoq; & sui, propter superbiam translato nomine gigantes nuncupantur. Quod autem ait sub aquis gigantes gemere: ita inquit, uelut si dixisset, sub terra, id est, in inferioribus terræ, ubi inferi esse perhibentur. Vnde & ipsi inferi nominati sunt. Aquæ enim eius naturæ sunt, ut sine terra esse non possint. Ecce gigantes gemunt sub aquis. Qui gemitus utiq; de doloribus & squalore Tartareæ habitationis eis nascebantur. *c* ¶ *Nudus est infernus, etc.*] Hoc
B dicit, quod scientiã dei nihil latere possit. Et quod perditio, qui diabolus nobis non absurdè sentitur, se nõ præualeat ab omnipotentia eius abscondere. *d* ¶ *Qui extendit aquilonem, etc.*] Hoc sic intelligendũ est: siue quod terra ex nihilo facta sit, siue nihil infra terram sit, quo terra sustineatur: cum ipsa uniuersa sustineat, & ipsa innumerabiliter dei uirtute libretur, quia in ipso sunt uniuersa & ab illo omnia continentur. De quo Apostolus dicit:
Heb.1.a Portans omnia uirtutis suæ uerbo. Et quia aliquando in scripturis per figuram aquilo uentus, diabolus esse
Prou.25.d significatur: Siquidem à Salomone aquilo durus uentus dicitur, nomine autẽ dexter uocatur. A suis quippè dexter quidẽ dicitur, sed totus sinistri operis autor est. Hic igitur super uacuum dilatatur, id est, super frigidos fide atq; incredulos, quod est super inanes uera religione & uacuos: atq; ut eis uelut rex dominetur, superextenditur. Rursum illi ipsi increduli quos sanctus Iob terræ nomine appellauit: super diabolum qui à deo nihil factus est appenduntur: ut incerti semper sint, & imitentur caput suum membra, ut tanq; caput quod nihil dictum est esse super uacuum & nihilum appendantur.
e ¶ *Qui ligat aquas, etc.*] Per has nubes in altitudine ipsa spaciosi aeris colligantur aquæ, sicut & alio loco de deo
2.Reg.22 ita legimus: Cribrans aquas de nubibus suis. Hoc igitur modo ligatæ dicuntur, quoniã non simul effundantur in terram, sicut in diluuio factum legimus. Spiritualis autem iste est intellectus: ut nubes sanctos doctores interpretemur ecclesiæ, qui aquas euangelij portãt populis effundendas, & gubernandas à spiritu sancto deferunt: ut irrigentur terræ populorum, & de hac cœlesti pluuia, uirtutum fruges spirituali operatione multiplicentur. Quas aquas de superna abundantia defluẽtes, ligat deus in nubibus suis: ut unicuiq; secundum capacitatẽ cordis sui, tantũ doctrinæ, tanq; aquam effundat, quantum suscipientis possibilitas patitur, ne simul forsitan effusæ, obsint cordibus, minus ualentibus abundantiorẽ suscipere doctrinam. *f* ¶ *Qui tenet ultũ, etc.*] Sententiam iudicij sui reseruat in posterum. Iustitiæ suæ & pietatis sedem in omni creatura sua, ueritatis gloria respondentem deus tenere dicitur: quod est manifestationem secretorũ iudiciorum suorũ obuallare atq; abscõdere, ut euangeliũ Christi in his qui pereũt. *g* ¶ *Et expandit, etc.*] Secundũ illud quod dominus ait discipulis in euangelio: Vobis datũ est nosse mysterium regni cœlorum. In obtectionem quoq; diuinæ custodiæ suæ, expandit super ipsum bonũ nuncium euangelij, in nubem defensionis suæ, ut nullus posset ei q̃uis acerrimus aduersarius prælialere, de
Mar.4.b
1.Cor.10.d qua Apostolus ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt. *h* ¶ *Terminum circumdedit, etc.*] Sub nomine aquarum κατὰ συνεκδοχὴν quod est à parte ad totũ, mundi finem mihi uidetur dixisse, quia noctis ac diei uicissitudo præteritura sit: siue de impiorum populis, uel de sanctorum tribulationibus, quæ aquarum nomine in scripturis sæpe dicuntur. Hæ igitur aquæ à deo terminũ acceperunt, siue ut semper iniqui & peccatores sint, siue ut non sinat fidelis deus tribulationes pati sanctos suos super quàm sustinere possunt. Hæc ergo fient donec prosperitas & iniquitas transeat impiorũ, quæ hoc
D loco lucis & tenebrarũ nomine significata sunt. *i* ¶ *Columnæ cœli, etc.*] Stabilitatẽ ergo solummodo permanentẽ in natura angelorũ, columnarũ nomine sentiamus: quia non solum immobiliter in sanctitate perseuerantes sunt, sed etiam æternæ beatitudinis gloria speciosi. Nam de futura immobilitate hominũ, ita ait filius dei. Qui uicerit, faciã illũ columnã in templo dei mei. Sed & ipsa ecclesia, quæ est sanctorũ omniũ cõgregatio, pro æterna sibi in domino stabilitate, columna & fundamentum dicitur ueritatis. Potest & de sanctis angelis ita intelligi: ut pro charitatis suæ ac dilectionis intuitu, columnæ dicantur: eo quod pro salute hominum curam gerant, pro quibus sunt pio affectu solliciti, quod eis quasi ad pondus cogitationum accedere uidetur. Et secundũ tropicos intellectus, cœli nomine significari ecclesiam nouerimus, in qua cœlorũ mysteria celebrantur. Huius itaq; cœli, id est ecclesiæ columnæ, sunt apostoli: & cæteri qui gratia simili sunt, qui portant ac sustinent diuersarũ persecutionũ ingruentia sibi pericula. Et animæ hominũ aliquando cœli intelliguntur. Harũ animarũ quas per metaphorã cœlos diximus: columnæ sunt cogitationes suæ, ipsis quippè anima sustinet & regitur: & ne erugine peccati nutet ac titubet, consilij stabilitate firmatur. Quia hoc sæpius contingit humanæ fragilitati: ut ubi cautio minor intuentium est, impulsu peccati: columnæ, id est bonæ cogitationes in parte altera diffigantur. Et idcirco trement ac pauent ad nutum minitantis dei, suum horrendum iudicium prædicentis. Nõ enim cogitationes animæ istæ sunt propriæ: tanquam sibi natura inessent, quæ utiq; in natura existente sunt, & naturæ existentis ministeriũ, sine quibus natura rationalis non est: quoniam ut dixi, ipsæ per se non sunt, sed motus inuisibiles sunt subsistẽtis naturæ.

¶ In for-

A *a ¶ In fortitudine eius repente maria congregata sunt.*] Quod in principio Geneſis factum legimus. *b ¶ Et prudentia eius percuſsit ſuperbum.*] Cui dubiū eſt quia principaliter diabolus ſit hic ſuperbus, qui tunc primum à deo percuſſus eſt, quando cum de ſede illa cœlorū beata atq; ſublimi depoſuit, de qua propheta ait: Tu humiliaſti ſicut uulneratum ſuperbum. Spiritualiter, rectè maria hæc, Iudæorum gentem & nationum populos eſſe ſentimus, quibus dominaturū uerum Solomonem, Dauid propheta ita pronunciat dicēs: Et dominabitur à mari uſq; ad mare. De mari enim, id eſt, de gente Iudæorum cœpit euangelium Chriſti, quia de Sion exijt lex & peruenit ad mare gentium. Hucuſq; ergo hæc maria, populorum fortitudine ac uirtute reſurrectiōis Chriſti, apoſtolorum euangeliſtarumq; miniſterio cæterorumq; prædicta, repentè in unū eccleſiæ corpus congregata atq; in unā copulā fidei ſunt Chriſti charitate connexa. *c ¶ Spiritus eius ornauit cœlos.*] Legimus in principio Geneſeos, quarto die à deo ſtellas poſitas eſſe in cœlo aut in firmamento. Spiritu etiā ſancto, rationabiles cœlos ornauit, quos apoſtolos & apoſtolicos uiros intelligimus: qui multis ſcripturarum locis, cœlorum nuncupationē conſequuntur, ſecundum illud prophetæ: Operuit cœlos uirtus eius & prudentia eius percuſſit ſuperbum. Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia percuſſit ſuperbū diabolum. Hi ergo ſancti, à ſpiritu ſancto ita diſtincti ſunt gratiarum donis, tanq; ſydereis luminaribus. *d ¶ Et obſtetricāte manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.*] Sancti ergo adornati uerbo dei, tanq; ſemen populis ſpargunt. Vnde à timore domini in utero ſpiritū ſalutis conceperunt, & ita manus & ſapientia patris, Ieſus Chriſtus, animabus multiplici uirtute fœcundis, dignatione ſua à ſancto Iob aſtare perhibetur, ut parturientibus filios uenturi ſeculi, obſequium quoddam adhibeat ſuæ pietatis, easq; in perfectionū doloribus poſitas conſoletur: miniſterio quoq; ſuo inuiſibiliter intrinſecus operante, adiuuet parturientes: Quia ſine illo, nullus eos bonorum operum, quæ filiorum nomine ſuperius diximus, ſubſequetur effectus. Ipſo igitur charitate miſericordiæ ſuæ qua nos multum dilexit, per hoc miniſteriū obſeruante & pietate eius obſtetricante, ut animæ ſanctæ huiuſmodi fœtus edant, educitur ab eis, & de cordibus earū excluditur ille, in quo nihil eſt rectum, coluber tortuoſus. *e ¶ Ecce hæc ex parte dicta ſunt uiarum eius.*] Hæ ſunt uiæ dñi, de quibus ipſe ſaluator per Salomonē ait, cum de ſua natiuitate prædixit. Dñs creauit me in principio uiarum ſuarū in opera ſua. Creatus eſt ergo ipſe dñs Ieſus Chriſtus per deum patrē: ex Maria uirgine: ad oſtēdendas & manifeſtandas mandatorū uias, à quibus opus dei, id eſt homo aberrauerat. *f ¶ Et cum uix paruam, etc.*] Paruam ſtillam, hominē aſſumptū intelligamus, qui in pſalmo Hermonim mons modicus appellat. Et in Daniele lapis excisus, & faſciculus guttæ in Cāticocanticorum. *g ¶ Quis poterit ton. etc.*] Hoc dicit, ſi aſſumptio formæ ſeruī, penè ineffabilibus myſterijs cōtinetur & ad cōparationē aſſumentis dei ſtilla permodica eſt: quanto magis, quiſq; non poterit tonitruum magnitudinis illius intueri, id eſt ipſam diuinitatem, quę ideo tonitrui nomine dicta eſt, quia cum de excelſo fama nominis eius, in Chriſto Ieſu filio ſuo terris inſonuit, & hominibus hoc fragore terribili innotuit: nemo tamen eorum poterit totā diuinitatis eius magnitudinē intelligentia cōtueri, id eſt, illud: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.

Pſal. 88.b

Pſal. 71.b

Abac. 3.d

Prou. 8.c

Pſal. 41.b
Dan. 2.g
Cant. 1

Ioan. 1

Caput XXVII

ADdidit quoq; Iob aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis: non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit à me, ut iuſtos uos eſſe iudicem. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, non deſeram. Neq; enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auarè rapiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius, cum uenerit ſuper eum anguſtia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore? Docebo uos per manum dei quæ omnipotens habeat, nec

Cap. XXVII

ADdidit quoq; Iob aſſumens parabolam ſuam, etc.] Dum eum innocentem, pœnas iniquorū pati permittit: amaritudinem quoq; animæ eius, miſeria præſenti repleuit. *i ¶ Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.*] Ego enim etiam ſi in his cruciatibus moriar, non recedam ab innocentia mea, quam uos quaſi blaſphemum in eis me aſſeritis perdidiſſe. *k ¶ Neq; enim reprehendit me cor meum in omni uita mea.*] Hoc loco omnis uita: præſens uita intelligenda eſt, quo tempore hæc dicebat, tanquam diceret. Tota nunc conuerſatio mea, irreprehenſibilis eſt. Non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea, id eſt, malè ſuadentibus, ut & uos facius ad blaſphemiam hortantibus non conſenſi, quod & uxor ut facerem ſuadebat. *l ¶ Quæ eſt ergo ſpes hypocritæ, etc.*] Hypocrita, fictus in amicitia, uel doloſus intelligitur. Quantam uos cupiditatem, & quaſi auariciæ ſitim patimini, inquit, in interitu meo, ut me uotis iam in tartarum rapiatis? Super hac igitur nephanda uoluntate: quam ſpem ueniæ ante deum habebitis, ſi non acquieſcitis deo, ut uos in hac uita emendare curetis. *m ¶ Nunquid deus clamorem eius audiet, etc.*] In tempore itaq; retributionis, quando impio uentura eſt anguſtia, nullum erit remedium peccatoribus, quia preces eorum dominus in die ultionis non ſuſcipiet. *n ¶ Aut poterit in omnipotente delectari, aut inuocare deum, etc.*] Is in deo delectari poterit & inuocare eum, qui ſibi bene conſcius rectè præſumit: & qui ſe talem exhibuerit, ut quolibet tempore mereatur audiri. *o ¶ Docebo uos per manum dei quæ omnipotens habeat, nec abſcondam.*] Illa dicit quæ habet deus in manu ac poteſtate, & in ſecretis iudicijs ſuis.

¶ Si mul-

A *a ¶ Si multiplicati fuerint, etc.*] In filijs & nepotibus, reliquam omnē poſteritatē malæ generationis ſignauit. Aliquando in ſcripturis, non ſolum carnali progenie, uerum etiam morū ſimilitudine filij appellantur. *b ¶ Qui reliqui fuerint, etc.*] Hoc ſignificare mihi uidetur: q̄ per tempora, ad ſummā egeſtatē ſiue miſeriā, ꝑples impij hominis, ſiue generatio deducenda ſit, & uiduæ eorū præ nimio inſtante ſibi malo, flere non poterunt. *c ¶ Si comportauerit quaſi terram argentum, etc.*] Inſatiabilem cupiditatē ac uoraginē quandam inexplebilis huius impij dicit. *d ¶ Præparabit quidem, etc.*] Et Salomon ait: Qui amplificat diuitias ſuas cum uſuris abundanti, qui miſeretur pauperum cōgregat eas. *e ¶ Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, etc.*] His uerbis hoc ait, quòd homo impius fruſtra laborauerit: quandoquidē uel cito tranſeuntibus rebus, uel tineis demolientibus, ſtatus illius domus cōparatur. Aliter: Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit ueſtimentum: præparabit quidem ſed iuſtus ueſtietur illis, & argentū innocens diuidet. Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum. Hic ergo impius quē diabolum eſſe ſuperius diximus, in præuaricatione Adæ, precioſos quoſq; & claros uiros, ut tertā & lutum uiles cōſtituit: à quibus etiam uirtutes & bona naturæ uelut ueſtimenta detraxit: & eorum aurum, quo diuitiæ mentis ſignificantur. Hi enim diuitijs ad imaginem & ſimilitudinem creatoris ſui pulchri facti fuerant, & cōpoſiti: qui eas auferendo ab eis, ad ſummam eos indigentiam uilitatemq; perduxit. His igitur rebus homines comparantur, in Adam ut dixi, ſeducti à diabolo, quæ in creatura mundi uiliora uident. Sed iuſtus dñs & deus noſter auferendo à diabolo prædicta ſpolia captiuorum: ipſos quoq; captiuos liberans, quos inimicus in interitum præparauerat: eccleſiam ſanctam ſibi exhibuit ex eis, mundans eam lauacro aquæ in uerbo: atq; eam ſine macula & ruga efficiens, id eſt, purā à peccato & confeſſione fidei ſimplicē, precioſo induit ueſtimento. Argentū etiam quo perſpicui quiq;, ut iam locutus ſum & clari mundi huius intelliguntur: innocens agnus dei & immaculatus diuidit, cum credentes in beatā uitam & æternam gloriam mittit, & incredulos in perditionē mittit. Siue argentum clara & ſplendens eloquentia ſecularis, à mundo per Chriſtū aufertur: ut credentium facundia, nitenti & puro eloquio, eius euangelium ueſtiatur, quia quemadmodum animæ hominum uirtutum ueſtibus induuntur: ita & ſenſus dum prædicatione euangelizantium enunciantur, quodammodo ſermonibus ueſtiunt. Aedificauit ſicut tinea domū ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum. Vt tinea conſumit & demolitur habitaculum ſuum, ita & diabolus domum perditi populi ſui in interitum eius ædificat: qui habitationē ſibi temporariā & paulatim ſolubilē præparauit, poſſeſſurus æterna ſupplicia. Hic eſt ergo ille impius hypocrita qui auarè rapit. In non conuertente nulla ſpes ueniæ erit, cum etiam ſuper hæc, quadam auaricia ſæuiente rapiat homines ad interitum. Qui idcirco hypocrita dicitur, quia ſe transfigurat in angelū lucis: cuius etiam clamorē ſeræ deprecationis, non eſt dñs auditurus, cum intra pœnarum anguſtias fuerit coartatus. In deo quoq; non erit ei de bono cōſcientiæ aliqua delectationis fiducia, ſed nec in laudem cōfeſſionis eum poterit prouocare, qui in ſimilitudinē innumerabiliū filiorum ſuorū diuina ſentētia dei gladio ferietur. Nepotes etiam in quibus illi intelliguntur qui ab illis ſeducuntur, quos prius diabolus ipſe deceperat: nepotes, inquā, eius, non ſaturabunt pane, uiſionis dei utiq; famē inopiamq; paſſuri. Quia oēs ſancti contemplantes deū, reſiciēdi ab eo ſunt & paſcendi, quo nunc angeli ſaturantur. Reliquias quoq; diaboli, extremā generationē eius intelligere poſſumus, quæ ſimiliter ut ipſe diabolus & filij ac nepotes eius cum toto corpore populi ſui in interitū ſepelient. Illæ quoq; uiduæ, id eſt animæ quas uitijs ſuis & illecebris uoluptatū diabolus eneruauerat: mollesq; reddiderat, ut omnē fortitudinē & uirilitatē amitterent, nulla correctione ac ſatisfactione deflebunt, ut ſaltem aliquando reſipiſcant ad deum: quem tanq; uirū amiſerant, uitijs uelut adulteris cohærendo. Viuit deus qui abſtulit iudicium meum.] Secundum formam ſer ut quam aſſumpſit, iudicium uoluntatis humanæ: & ex perſona aſſumpti hominis dictum eſt, quo orans dicebat ad patrem: Mi pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et ideo iudicium meum dixit: quia in ſe humani generis infirmitatē, in ueritate ſuſcepti hominis demonſtrabat. Et omnipotens qui ad amaritudinē adduxit animam meam.] Amarum erat poculum mortis, ad quod bibendū ſaluator noſter aduenerat: de ipſius nanq; calicis amaritudine erat, quod ait diſcipulis ſuis: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortē. Verbū autem, adduxit, ſecundum apoſtolum intelligendum eſt, qui de deo patre ita ait: Qui proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim nolens traditus eſt in mortē. Alio loco de ſaluatore idem Apoſtolus dicit: Qui ſe tradidit pro peccatis noſtris.

Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis.] Huc & illud pertinet quod de dño in Eſaia ſcribitur: Quieſce ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt ipſe. Donec autem aduerbiū ſecundum hunc intellectum quo de ſaluatore noſtro ſeriem intelligētiæ huius texuimus, non ita ut ſonat dictum exiſtimemus, tanq; dixerit: quoad uſq; eſt halitus uitæ huius in me, id eſt antequam moriar, ſed donec pro ſemper atq; perpetuo hoc loco dictum eſſe nouerimus. Sicut ait ipſe dominus ad populum per prophetā: Ego ſum, ait dominus, & donec ſenectis ego ſum. Non enim poſt ſenectutē hominum deus non erit, cum eiſdem potius ſeneſcentibus, deus perpetuo maneat. Ad illud autē quod pſalmiſta ait: Dixit dominus dño meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, quid dicimus? quod poſteaquā inimici ſubiecti fuerint, Chriſtus nō ſeſſurus ſit ad dexterā dei patris? & ubi erit illud quod ait angelus: Et regni eius non erit finis? Propter quod donec, in talib. locis ut dixi pro perpetuo eſt intelligendum. Necnon & illud quod de Ioſeph & beata Maria euangeliſta ait: Nō cognoſcebat donec peperit filium. Quis enim eſt ſuper ueneranda beatæ Mariæ uirginitate ita blaſphemus, ut hoc ſaltē audeat cogitare: ut poſt deum ſaluatorē, filiū ſuum, illa uirū cognoueritᵉ

Proinde

Ibidem
Rom. 8.f
Rom. 4.d
Eſa. 2
Pſal. 109
Luc. 2
Mat. 1.d

A Proinde secundū ueritatē fidei catholicæ, donec & hic
sicut scriptura dictū est pro semper intelligamus. Ait ergo
dñs Iesus: quia semper habitus diuinitatis in me est, quia
secundū id quod homo sum, & in deo conditus sum &
creatus: habeo in me spiritū patris mei, meūq; substan-
tialiter. Sequitur ergo ita dicens: Donec
deficiā non recedam
ab innocentia mea.
Quia ergo innocen-
tiam non morū indu
stria acquisiui, sed in
eā qui natus sum, ita
sum iustus & inno-
cens, iustificationem
meā quam cœpi te-
nere non deserā. Po-
tuit hoc saluator dice
re ut homo in deū as-
sumptus, cuius initiū
est secūdum carnē ex
uirgine Maria, pecca
tum aūt hominis nec
nascendo traxit, nec
operando contraxit.
Et ideo solus ueraci-
ter dicit: Non enim reprehēdit me cor meum in omni
uita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduersarius
meus quasi iniquus. Nō enim uoto maledicit, sed pro-
phetando prædicit, & secundū meritū loquit hominū
peccatorū, prædicens quid unusquisq; permanens in
peccatis recepturus ab eo sit. Nunc ad eum locum re-
uertamur. a ¶ *Dies cum dormierit, etc.*] Multis modis di-
ues intelligit in scripturis diuinis. Est dives facultatib.
B terrenis, sed si cōfidit in ipsis diuitijs cadet. Hic ergo di-
ues cum in somno mortis fuerit, nihil de suis facultati-
bus secū feret: qm̄ nudus uenit nascēdo, nudus reuertit
in terrā moriendo. Hic in resurrectione aperiet oculos
suos, & nullū meritū boni operis inueniet. Iudæorum
quoq; populus, propter innumerabilia diuina benefi-
cia: prophetarū quoq; oracula siue promissiones pluri
mas, & dei ipsius frequēs alloquiū, diues est dictus. Vn
Luc. 6.d de eisdē Iudæis ait dñs in euāgelio: Væ uobis diuitibus.
Superbi quoq; nō habētes spūs paupertatē, diuites ap
pellant. Philosophi etiā habētes facundiā & sciētiā mun
dialē, diuites nuncupant. Hi cū in die resurrectiōis fue-
rint suscitati, nihil remediī quo saluent inuenient. Hæ-
reticus etiā quisq; dives dici potest, qm̄ multa, imō om̄ia
de sanctæ ecclesiæ remunerationib. se habere præsumit:
remissionē peccatorū, significationē spūs, pignus etiam
dñici corporis, & hæreditatē cū sanctis angelis regni cœ
lestis. Hi ergo oēs siue quia crucis scādalū patiunt: siue
præsumptione cordis sui, ut in errore ambulēt, uerita-
tis tramitē reliquerūt. Siue quia obscuratū habētes in-
tellectū, propriū liberæ uolūtatis arbitriū, in infidelitate
perdurāt. Vel quia abominabiles facti sunt, exaltantes
cor suū post somniū mortis: in resurrectione aperiēt o-
culos suos, & nihil inuenient. *b* ¶ *Apprehendit eum, etc.*]
Subitā egestatē prædictis diuitibus, uelut aquā super-
uenturā significat: qui miseria & inopinata sibi angu-
stia, quæ tēpestatis nomine dicta est, nocte id est repētē
1. Thess. 5 dū nesciūt oppriment: iuxta illud apostoli: Cū dixerint
pax & securitas tūc repētinus eis superueniet interitus.
c ¶ *Tollet eum, etc.*] Venti nomine, sentētiā dixit, qua ue
lut puluis quisq; eorū proiicietur à facie terræ. Et uen-
tus hic diuinæ sentētiæ urens dicitur, eo quod ad gehen
næ uredinem ducit siue compellit. *d* ¶ *Emittet super eum, etc.*] Ventus utiq; sententiæ dei, siue ipse deus per sen-
tentiam iustitiæ suæ, mittet super eum pœnas, id est me-
ritum facinorum suorum suscipiet. Non enim parcet, C
cum reddet ei secundum opera sua. *e* ¶ *De manu eius fu-
giens fugiet.*] Et non tenebitur, inquit, manu dei ut salue
tur, de qua uelut fugæ modo, ueloci lapsu in ruinā de-
cidet. Quod aūt ait, fugiens fugiet: siue ut alij dixerunt,
fuga fugiet, pereuntē
in perpetuū peccato-
rē significat, qa nun-
quā sit reuocādus ad
uitā, & illic ei pœni-
tē: iæ locus non erit.
f Stringet super eū, etc.]
Alij dixerūt, planget
super eum manibus
suis, & trahet eum de
loco suo. Nutibus
quibusdam corporū
humanorum, censu-
ram indignantis dei,
& contra peccatorem
diuitē irascentis, hoc
sermone describit, u-
bi & iam quasi & si-
bilans indicet quam
atrox illi pœnarū lo-
cus reseruetur. Ad ta-
lem locum & Iudas Iscarioth abijt. Cap. XXVIII

sicut custos fecit umbraculū. Diuēs cum dormierit, nihil
secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Ap-
prehēdet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum
tempestas. Tollet eum uentus urens & auferet, & uelut
turbo rapiet eum de loco suo. Emittet super eū & non
parcet, de mānu eius fugiens fugiet. Stringet super eum
manus suas: & sibilabit super illum, intuens locum eius.

Caput XXVIII

HAbet argentum uenarum suarum principia, & au
ro locus est in quo conflat. Ferrū de terra tollitur,
& lapis solutus calore in æs uertitur. Tempus posuit te-
nebris, & uniuersorum finem ipse considerat. Lapidem
quoque caliginis & umbram mortis diuidit torrens à
populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis

HAbet *argentū, etc.*] Videt mihi quod per ænigma
& parabolam: sub horū nominibus metallorū,
mores hominū uirtutes animorū describat, mi-
nimē ordinis obseruantiā, prophetarū more custodi-
ens. Argenti uerò & auri uocabulum secundum auto-
ritatē scripturarū, uerbi eloquiū, & sensus animi indica
re uoluit. Hæc differētes nos ita dicamus. Habet argen-
tum uenarū suarum principia, & auro locus est in quo D
conflatur: Venæ argenti, id est, initiū eloquij ab animæ
sensibus orit: sensus uerò aureus, rationis ac sapiētiæ iu
dicio fabricat, & ut sit optimus, ab igne diuinæ exami-
nationis probatione conflat. Fortitudo uerò quæ ferri
nomine appellat, est qua terrī, id est carnis nostræ ma-
licia in nobis tollimus: aduersum eam cōtra nos mili-
tantē & cōtra legem spiritus cōuersantē, rigore animi &
uirtute repugnamus. Lapidis quoq; nomine cordis fi-
guratur duricies: quæ per calorē & feruorē fidei resolu
ta mollescit, ut primū possit in se uerba scribentis reci-
pere. Deinde uelut in æs quod canorū est, merito san-
ctitatis proficiēs, ad laudes & gratias deo offerēdas, fi-
dei soliditate perueniet. *h* ¶ *Tempus posuit, etc.*] In scri-
pturis diuinis, peccatores homines, dæmones & igno-
rantiæ atq; tribulationes siue peccata, pro modo & lo-
cis tenebræ nuncupantur. *i* ¶ *Lapidem quoq;, etc.*] Hunc
lapidē metaphoricè diabolū hoc loco intelligere possu
mus, qui propter errores suos quibus totū mundū in-
uoluer-at, lapis caliginis dictus est. Qui cū fortis & po-
tēs sit per naturā qua est à deo cōditus: cōfidens per su-
perbiā in uirtute sua & non in dño & deo creatore suo,
amiserit sapiētiæ lumē: cōuersus in stultitiā & tenebras,
& idcirco lapis caliginis dici potuit, secundū illud: Stul Eccle. 2.b
tus in tenebris ambulat. Sicut ergo lapis caliginis dia-
bolus nominat, ita & umbra mortis dicitur: Quoniam
hi qui se ab eo defendi ac protegi putant, æternis ut ipse
diabolus gehennæ ignibus mancipandi sunt. *k* ¶ *Di-
uidit torrens à populo peregrinante, etc.*] Hoc dicit: inuios, id
est errantes & illos quos oblitus est pes egentis homi-
nis, separabit torrens à populo peregrinante, eo quod
oblitus eorum sit gressus. Siue præsens cōuersatio egen
tis hominis pedis nomine significata est. Oblitus est di
xit, p eo quod præmissus egens, nō est deū pro huius-
modi deprecatus: cum tū eleemosyna deū precet, id est,

A Ipsum opus bonū quod homo fecerit: quadā manifesta
tione sui loquat ad deū. Hoc ergo dicit sanctus Iob, q̄
inuios sine uia ueræ religiōis uiuētes, & qui misericor-
diā pauperibus, quod est Christi fratribus nō fecerūt:
torrens ignis separet, simul & à sanctorū cōsortio diui-
det. Siue hic egenus
propriè saluator no-
ster intelligit, qui pro
pter nos egenus &
pauper factus est cū
diues esset. In pede
quoq; eius, dispensa-
tionem uel assumen-
tis hominē, uel mun-
Abacuc 3.c dum ingredientis aduerte. Vnde propheta ait: Existi in
salutē populi tui. Hi ergo qui dispensationē salutis suæ
in euāgelio nō receperūt, obliuioni dati sunt, qui crede
re per duriciā propriæ uoluntatis noluerunt, & idcirco
inuij dicti sunt, quia Christū qui est uia, non receperūt.
a ¶ *Terra de qua, etc.*] Diuersas res & obscuras cōnectit,
ut cum superioribus inferiora non hæreant. Proinde
mihi uidet, quia hoc loco terram Sodomorū describat,
cuius abundantiā & amœnitatē cum admiratione col-
laudet. *b* ¶ *Locus saphyri, etc.*] Per metaphoram dicit, q̄
in Sodomis uberrima fuerint omnia & optima, quæ e-
tiam auro & preciosis lapidibus cōparent. *c* ¶ *Semitam, etc.*] Exitus plurimos in eadē regione multitudo habi
tatorū fecerat, & ideo forsan dixit q̄ autibus præ frequē
ti hominū copia semitas intuēdi uel faculras illic respō-
dendi incendendi ue non fuerit. *d* ¶ *Nec intuitus, etc.*]
Quia tam cōdensis frutetis & cōtiguis arboribus cōsita
erat, ut eam aues desuper uolantes depascere nō pos-
sent. *e* ¶ *Non calcauerunt, etc.*] Hoc ait, q̄ ita fuerit terra
Sodomorum omnibus bonis referta, ut nullius patriæ
B eguerit mercimonijs. *f* ¶ *Nec pertransiuit, etc.*] Ob fre-
quentiā innumerabilū populorū in Sodomis habi-
tantiū, bestiæ per mediū regionis illius transire non po
terant. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni
subuersa est.] Hæc terra potest & Iudæa intelligi, in qua
panis legis dei, per doctrinā prophetarū populis nasce
bat, qua amore dei per fidē Christi carnalis legis intel-
ligentia subuersa est, & in rectos tramites & spirituales
sensus cōstituta, ut iam occidentē literā non sequat. Lo
cus saphyri lapides eius.] Sic dicit ei dñs per prophe-
Isa. 54.c tam: Ecce sternā per ordinē lapides tuos, & fundabo te
in saphyris: & reliqua. Hoc em̄ decore preciosorū lapi-
dum: id est omniū Christo credentiū per deū patrē, tūc
adornata est Iudæa, quando gentiū populus ei per fidē
Christi est copulatus. Semitā ignorauit auis. Nec in-
tuitus est eam oculus uulturis.] Auē & uulturē, ipsum
diabolū cum suis possumus dicere, qui semitā spiritua-
lis intelligentiæ in lege & in prophetis: hoc est quæ in Iu
dæa occultè prædicabantur, nosse minimè potuerunt.
Nec intueri aliquo uestigio scientiæ ualuerunt, à seculis
dispensationis futuræ absc̄ondita sacramēta. De quibus
1. Cor. 2.b ait Apostolus: Dei sapientiā loquimur, in mysterio quæ
absc̄ondita est, quam nemo principū huius seculi cogno
uit. Non calcauerunt eam filij institorū, nec pertransi-
uit per eam leæna.] Institores siue negociatores prædi-
cti intelliguntur. Nam negociatores sunt mali & superbi,
quod etiā ad ipsum diabolū pertinet, qui superbiā de-
hēū maximū adinuenit. Et negociator propter multi-
tudinem peccatorū appellatus est, quæ siue ad seipsum,
siue ad perdendū hominē exquisiuit. Isti igit promis-
sionis terrā quæ mansuetis & corde humilibus reserua
tur, ut in ea habitent, calcare nō poterūt, quia nec quasi
incolæ per eam transeundi habebunt licentiā. Itē aliter.
Hæc igitur Iudæa cui hic panis doctrinæ ministrātibus
prophetis, & sacerdotibus præbebatur in loco suo, suo

utiq; & non dei: id est in loco delectationis suæ, ubi uo C
luptatibus atq; illecebris cōflagrabat, igne uitiorū suo-
rum ardens subuersa est, sicut dicit propheta: Omnes
adulterantes, sicut clibanus corda eorū, & in psalmo de Osee 7.a
ea dicitur: Incensa igni, & suffossa manu operis sui extir Psal. 77
pata omnino & effossa est. Licet possit ig-
nis iste etiā super ul-
tione peccatorū intel
ligi, sicut dicit apostо
lus: Terra quæ spinas Heb. 6
& tribulos pfert, re-
proba est & maledi-
cto proxima, cuius
licem
cōsummatio in cōbustionē: De quo igne iræ ait Dauid: Psal. 77.g
Iuuenes eorū comedit ignis. Locus saphyri lapides e-
ius, & glebæ illius aurū.] Lapides precioſi, & aurū nō
in optima terra, sed in remotis & squalidis inueniri di-
cuntur. Igitur secundū hunc modū Iudæa sterilis fide,
& infœcunda uirtutibus habuit in se hos lapides pre-
ciosos, id est patriarchas & prophetas, & omnē sancto-
rum multitudinē. Semitā ignorauit auis, nec intuitus
est eam oculus uulturis.] Possunt hic duo populi in-
telligi non absurde: id est Iudæorū & gentium. Carnalis
ergo Iudæa fidem in Christo non habens, sed potius le
gis operibus uiuens, eundem Christū pro nobis factū
semitam siue uiam qua reditur ad patriam, ut incredu-
lus ignorauit: propter elationē suam, qua se putabat le-
gis operibus posse iustificari. Auis dicta est, leuis utiq;
& uaga, atq; in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi
uerò gentiū populus ideo assimilari uidet, quoniā per
errores mortuorū hominū discurrebat, & rebus mor-
tuis pascebatur. Hi ergo Christū legis litera obtectum,
& terram repromissionis per Christum futuram, opa-
citatis significationū umbraculis non poterunt omni- D
no perspicere. Non calcauerunt eam filij institorum,
nec pertransiuit per eam leæna.] Filij institorū, aposto
lorū discipuli, & apostolici uiri intelligēdi sunt, qui gen
tibus euangeliū prædicauerūt. Hi igitur Iudæā, terram
uidelicet infidelū, ut ei annunciarent, euangeliū non
calcauerunt. De quibus dicit in Actibus apostolorum:
Vobis oportuerat primū uerbū dei loqui, sed quia in- Act. 13.g
dignos uos iudicastis æternæ uitæ: ecce cōuertimur ad
gentes. Sic itaq; factū est istis euangelizantibus uerbū,
ut mons Christus in mare gentiū transplantaret. Vnde
& in psalmo ait: Et transferent montes in cor maris: Id Psal. 45.a
est uel prophetarū uel euangelistarū oracula, ad credi-
turos gentiū populos transferent. Nec pertrāsiuit per
eam leæna.] Leæna potest diaboli dominatio sentiri,
siue superbia Iudæorū. Quod autē dicit, non pertrāsi-
uit: hoc ait, non recessit à Iudæa, sed ibidē infidelis su-
perbia permansit. Aliter potest & de ecclesia intelligi. In
illa utiq; gloria uirtutū suarū in loco necessario redem-
ptionis suæ, in quo per fidem stat, igne subuersa est: illo
utiq; igne de quo ipse dñs ait: Ignē ueni mittere in terrā. Luc. 12
Hoc igit igne ecclesia: id est terra sanctorū, amoris dei
desiderio flagrans, subuertit: ut eam carnalis concupi-
scentia non possideat. Hoc igit modo subuertit, ut in ter
ra carnis suæ uiuens, carnis in ea uitia morianť, ut ait Gal. 5.d
Apostolus: Qui enim sunt Christi, carnem suam cruci-
fixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Locus saphyri
lapides eius, & glebæ eius aurum.] Glebas sanctæ ter-
ræ ecclesiæ, sanctos eius propter fœcunditatē bonorum
operum appellauit: quos etiam & propter gratiarū di-
uisiones, glebas sanctus spiritus uoluit nūcupare, quo
auri merito censerentur: in quarum occultis uenis tan
quam animarum seminibus, sensus magni preciosiq;
nascantur. Semitā ignorauit auis, nec intuitus est eam
oculus uulturis.] Sub his nominibus, auri & uulturis,

A inimicos ecclesiæ intelligamus, qui tenebris obscuratũ habẽtes intellectũ, nescierũt semitã uocationis eius, qua ad dcũ ambulans per fidẽ reuertit. Quicq; diuersis erroribus mortuorũ hominũ rapti, quasi uolare arbitrandi sunt. Non calcauerunt eam filij institorũ.] Hi institores siue negociatores reprobi sunt & laude indigni, qui peccata peccatis, uelut diuitias sibi cõgregant, de quibus ait Apocaly/
Apoc. 18.d psis: Omnia clara & pinguia perierũt à te. Hi igit negociatores circa diuitias peccatorũ, non calcabunt ecclesiã, id est non habitabunt in ea, quia sanctã eã & immaculatã dñs possidebit. Nec pertranſiuit per eam leæna.] Siue leo ut alij dixerunt. Leo hic non absurde diabolus intelligitur, qui per sanctæ ecclesiæ terram transire non potuit, eo q; grauibus persecutionibus eam uincere non ualuerit.

a ¶ *Ad silicẽ, etc.*] Videt mihi sanctus Iob aliud ænigma protulisse, & propter soliditatẽ suã & fortitudinẽ, Christum secundũ hominẽ quẽ assumpsit silicẽ posse significari, qui etiã petra & lapis, ꝓphetis & apostolis dictus est. Deus ergo pater extendit ad silicẽ manũ suã, id est filiũ suũ, per quẽ uniuersa cõdidit, quẽ etiã dexterã & brachiũ uocat, & ad suscipiendũ hominẽ misit, ut Apoſto/
Rom. 8 lus dixit: Deus filiũ suũ misit in similitudine carnis peccati. Et idcirco in extensione manus, dei patris & filij e/
B ius ad nos aduentũ significari nouerimus, ut per eum sicut sequit: b ¶ *Subuerteret, etc.*] Quos per metaphorã dæmones siue homines superbos esse rectẽ sentimus, quia principatus & potestates palã triũphauit in semetipso. c ¶ *In petris, etc.*] Duris scilicet præcordijs gentiũ & nimia infidelitate cõstrictis, abundantiã gratiarũ suarũ largitus est, & uelut riuos atq; fluentes, uberẽ copiam doctrinarũ tribuit. Hoc ipsum distribuisse intelli/
1. Cor. 12.a gitur, quod scidisse memorat: sicut ait Apostolus. Alij enim per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. Alij dixerunt: Ripas fluminũ disrupit, ut illã doctrinam spiritualem legis & prophetarũ, de qua Esaias ait:
Esa. 55.a Qui sitis ite ad aquã, quæ in una gẽte tanq; intra quasdam angustias defluebat, quæ etiã Mosaicæ legis præceptis uelut quibusdã quasi riparũ obicibus claudebat. Huiuscemodi disruptis obstaculis, quasi de alueo legis super omnẽ terrã euangelio abundante diffudit. Alij ter possumus hanc terrã ecclesiã dicere. Vnde ait pro/
Abacuc 3 pheta: Fluminibus scindet terra. Scindi uerò eam atq; disrumpi eo modo nouerimus, quando se ad suscipiendum uerbũ dei capabilẽ præbet: Hãc quoq; quandam adapertionẽ capacitatis quæ fit per obedientiã terræ rationẽ habentis, eorundẽ fluminũ impetus operantur.

d ¶ *Et omne pretiosum, etc.*] Eductis igitur riuis gratiarum dei, uidit deus q; immẽsa & innumerabilia pietatis suæ beneficia. Vidit autẽ dixit, eo quod ante conspectũ eius adimpletio siue effectus suæ uoluntatis astiterit in ecclesia sua.] e ¶ *Profunda quoq; fluuiorũ, etc.*] Hos igit fluuios non absurdẽ singulos libros ueteris instrumẽti esse sentimus, in quorũ magnis latibulis abscondita erant ecclesiæ sacramẽta, quæ in tempore saluatoris deus pater scrutatus sit: ad impletionẽ eorũ omnia quæ prædicta sunt manifestans: Siue quia fluuiorũ nomine, populorum multitudines aliquando intelliguntur: quemad/
Nahum 2. b modum Nahum propheta ait: Portæ fluuiorũ apertæ sunt: Profunda fluuiorum hoc loco, secreta conscientiæ C
hominum aduertamus, quorum scrutator & cognitor deus est, qui in die iudicij producendo omnia secreta cordiũ, reddet unicuiq; secundum opera sua. f ¶ *Sapientia uero ubi inuenitur, etc.*] Quod hoc quasi inquirens ait, difficilem rem & quæ uix inuenit, uoluit indicare, imò quę nisi deo demonstrante, nec inueniri posset ab homine, nec haberi: Quod & ipse Iob in subsequẽtibus declarauit, ita dicens: Et dixit homini, uuque deus: Ecce timor domini ipsa est sapietia, & recedere à malo intelligentia. g ¶ *Nescit homo precii eius.*] Hæc dicendo, inæstimabilem esse sapientiam ti/
moris dei significauit. h ¶ *Nec inuenietur in ter. etc.*] Hanc igitur sapientiam timoris dei non habet quispiam, nisi carnẽ suam crucifixerit cum uitijs & cõcupiscentijs, nisi uixerit, ut Paulus apostolus & omnes sancti, in tribulationibus, persecutiõibus, angustijs & pressuris. Et ideo suauiter dicti sunt uiuere illi, qui nullo iugo disciplinæ tenentur: & effrenes ac præcipites, in labem prorumpunt uitiorum. i ¶ *Abyssus dicit, non est in me, etc.*] Abyssum hoc loco infernũ intelligamus, sicut dicit Apoſto/
Rom. 10.b lus: Aut quis descendit in abyssum? c Et mare hoc secu/
Psal. 103 lum, ut Psalmista canente cognouimus: Hoc mare magnum & spatiosum. Infernus ergo & hic mũdus sapien/
D tiam timoris dei, se non habere testantur. Loca dicit loqui, pro his qui in locis uel mundi uel inferorum sunt. Hic de illis loquitur, qui carnali conuersatione mundi illecebris possidentur: hæc dictio prosopopeia appellatur, ubi persona loquentis cum loqui non possit assumitur: & quod continet, pro eo quod continetur. Continet quidem hic mundus uel infernus: Continetur autem homo. Hanc ergo sapientiã non habet mare mundi istius præter solam ecclesiam, quæ propter sæuientiũ fluctus inimicorũ, insula dicitur in scripturis, quemadmodum & nauicula per figurã in euangelio nominatur. k ¶ *Non dabitur aurũ obrizum pro ea, nec appendetur, etc.*] Hoc ait, quod nulla res quãuis pretiosa sit, possit huic sapientiæ comparari. Siue quia aurum in scripturis uel argentum, tropicus sensus & sermo intelligitur, hoc dicit, sapientiã istam nullus pro merito sentire posset aut eloqui. l ¶ *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lap. etc.*] Diuersis rebus & pretiosis, hæc sapientia diuina præfertur. Hoc tamẽ sciendum, quod maximẽ in meridiano climate, hæc metalla pretiosa nascantur. Et quia in India omnes idolorum cultores significantur, in qua colores ut dixi, pretiosi, uel nascuntur uel fiunt: id puto posse intelligi, quia in gentibus ubi timor ueri dei non est, fucata & quodammodo terrena religio sit, quæ sub prætextu nominis dei in errorũ mendacio, diuerso ac uario sermonũ colore uelut pictura cõponitur, & quasi lapis pretiosus eloquio splendeat, siue nomine fulgeat deitatis: & India siue etiam Aethiopia, nigretudinem, uel tenebras peccatorũ significant, quæ specialiter in idolorũ culturis habentur. m ¶ *Non adæquabitur ei aurum, etc.*] Aurũ uel uitrum, & etiam uasa auri, pretiosi quiq; & clari intelliguntẽ, qui in hoc seculo nomine dignitatis, & diuitiarũ gloria splendent: hi utiq; nõ habentes ueræ religiõis timorẽ pro nihili habebunt, eo q; nõ possunt uelut pro merito glorię suæ, ad cõmutationem

sapientiæ

A sapientiæ singularis accedere. a ¶ *Excelsa & eminentia: etc.*] Etiam si excelsa sint & plurimum eminentia quæcunq; in creaturis sunt, ut sunt etiam angelicæ potestates: minima omnino, imò potius indigna memoria erunt, in comparatione illius, quæ facit omnem creaturam rationalem deo placere, eiq; sancto amore cõiungi. Et ideo præfert illis eminentibus excelsis, timoris huiusmodi sapientia, quia sine illa nihil sunt ante deum: sicut & ipse diabolus qui amisso timore diuinę reuerentiæ, perdidit semetipsum. b ¶ *Trahitur autẽ sapientia, etc.*] Hæc igit aliunde non potest nisi de supernis assumi: siue de intimis cordis affectib. dono sancti spiritus trahitur, ut propheta
Psal. 118.r ait: Os meum aperui, & attraxi spiritum, ut uidelicet sapiat homo deum & timeat, ac recedere à malo intelligat. c ¶ *Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia: etc.*] Diuersis modis & diuersis nomi/
B nibus auri, ac supellectilis pretiosæ, sanctus Iob dicit, quod timor dñi non possit eis ullo modo cõparari. d ¶ *Vnde ergo sapietia uenit, etc.*] Interrogans requirit & dicit: q; omnis creatura, uel maximè sapientiam hanc ignoret. e ¶ *Abscondita est ab oculis, etc.*] Viuentium mundo intelligendum est, de quibus superius ait, cum de hac sapientia loqueretur, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Quod autem dixit, quia hæc sapientia uolucres cœli lateret, superbi & leues, siue qui altum sapiunt, quod ad tumorem arrogantiæ pertinet, intelligendi sunt, siue spiritus mali, qui secundum parabolam euangelij, iactum semen dominicum iuxta uiam comedunt. Hos igitur latere ait bonum timoris dei. f ¶ *Perditio & mors dixerunt, etc.*] Potest utroq; hoc nomine diabolus dici, siue ille mors appellari potest, ut sui satellites perditio nuncupentur. Hi ergo dixerunt, quod famam timoris dei audierint: non enim negare possunt, quia non audierint illam, cum in naturæ suæ bono inditam perceperint, sed per inobedientiæ malum, eam habere noluerunt. g ¶ *Deus intelligit uiam eius, etc.*] Pro certo scit deus, quod hæc sapientia properet, ad locum utiq; quietis & perpetuæ pacis, ubi per hanc ipsam sapientiam timoris sui, super quietum & humilem & trementem sermones suos requiescere delectetur. Siue deus intelligit uiam eius, quæ prædicatione euangelij per omnes terras prolata est. Vnde & sequitur de deo dicens: h ¶ *Ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quæ sub cœlo sunt respicit.*] Quis enim ambigit, deum nosse etiã ea quæ futura sunt? sed hic potius deus cognitor futurorũ illud inspexit, quod postea dixit e/
Gal. 4.a ius Apostolus: Quum autem uenerit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Hoc igitur modo, aduentu suo nos uisitando, fines mundi intuitus est. In his, inquam, temporibus nostris, in quos seculorũ fines deuenerunt. i ¶ *Qui fecit uentis pondus, etc.*] Manifestum est, C
quia omnis creatura in manu & uirtute potentiæ illius teneatur. Aliter: Ipsas gratias spiritus sancti, quas in ipso initio per apostolos accepit ecclesia: quando factus est de cœlo sonitus tanq; aduenientis spiritus uehementis, uentos siue spiritus scriptura commemorat, quos deus largiendo de arcanis secretorum cœlestium prolaturus hominibus est, secundũ pro/
Psal. 134 phetam dicentẽ: Qui producit uentos de thesauris suis. Aliquãdo hę diuersitates gratiarum, spiritus sancti censent nomine dantis has gratias, secun/
1. Cor. 14.f dum illud Apostoli: Spiritus prophetarũ subiecti sunt prophetis, qui etiam propter operationẽ & effectũ diuinæ sanctificationis suæ, pondus habere dicuntur, ut secundum uniuscuiusq; uires prædicatores uerbi dei, alijs lac darẽt, alijs solidũ cibũ porrigerent: ubi dicerẽt, uel quibus dicerent. Inde ait propheta: Da
Iohel. 2.f bo uobis imbrẽ matutinũ & serotinum:
D hoc est nouum & uetus testamentum. k ¶ *Tunc uidit illam, etc.*] Id est in ecclesia sua, deus futuram hanc sapientiam ante præuidit, quod totus mundus timorẽ illius habiturus esset. l ¶ *Ecce timor domini, etc.*] Alter timor est, ne quisq; deum offendat. Alter uerò si offenderit. Ille prior sanctus & laudabilis: iste alius non habens charitatẽ, sed pœnam. Proinde de hoc prædicabili timore dicit psalmista: Ti/
Psal. 18.c mor domini sanctus permanens in seculum seculi. De alio timore loquitur euãgelista Ioannes in epistola sua dicens: Timor non est in charitate, sed perfecta chari-
1. Ioh. 4.d tas foras mittit timorem. Qui timor utiq; pœnam habet, quia dilectionis meritum non habet.

Caput XXIX

ADdidit quoq; Iob, *etc.*] Secundum superiorem regulam etiam istic intelligentiæ lineam ducimus, ut quando id quod sequitur in saluatorem referri non conuenerit, ad membrorũ illius compagem sensum expositiõis conemur inflectere. Et rectè id fieri poterit, ut quod ipse dominus caput ecclesiæ suæ in se recipere non potest, de eius corpore quod est ecclesia sentiatur. n ¶ *Quis mihi tribuat, etc.*] Optat ergo sanctus Iob atq; desiderat, ut iam de illo squalore & cruciatibus liberetur, reuertaturq; ad illam gloriam pristinæ felicitatis, in qua aliquando domino prosperante degerat. o ¶ *Quando splendebat, etc.*] Multis modis in scripturis diuinis appellat lucerna. Hic uerò potuit eam Iob pro gloria temporali dixisse quã à deo acceperat, & quã in honoris potẽtia & diuitijs possidebat. p ¶ *Et ad lumẽ, etc.*] Inter peccata utiq;, & ea quæ ignorabã, quasi inter aspera & obscura uitæ huius, ad lumẽ uirtutũ uel cõsolationis illius incedebã. q ¶ *Sicut, etc.*] Secretũ suũ, mentẽ suã ideo dicere uoluit, quia illic tumultuosæ uitiorũ turbæ

minimè

A minimè perstrepebant. *a* ¶ *Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.*] Quando deum habebat in tabernaculo suo: uirtutes ante eum stare tanquã pueri perhibentur, quæ ideo masculi appellantur propter uigorem contra uitia resistendi, talibus ministris Iob beatus ambiebatur.

b ¶ *Quando lauabam pedes meos butyro.*] Pedum uocabulo in scripturis diuinis: modus quidã humanæ conuersationis plerunq; intelligendus est. Lauabam, inquit, ab omni peccati macula actus meos, & cũ innocentia & simplicitate uersabar. *c* ¶ *Et petra fundebat mihi riuos olei, etc.*] Iuxta hunc
Deut. 32.b sensũ Moyses ait: Suxerunt mel de petra, & oleum de firmissima petra, secundum delectationem uolentium, ore sapiebat. Et cum petra illa Christum secundum apostolum figuraret, in oleo tamen isto dona spũs sancti, sanctus Iob largiter sibi effusa uoluit demonstrare.

B Hic est ergo oleũ uuum & uerum qui est spiritus sanctus patri & filio cõsubstantialis. Hoc ergo oleo sanctus Iob abundabat, quo & charitatis pinguedine replebatur.

d ¶ *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedrã mihi.*] Manifestũ est, quia Iudæorum iudices in portis sedebant ut iudicarent populum. *e* ¶ *Videbant me iuuenes & absondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.*] Reuerentiam pri & sancti timoris, quam ei non solum omnis ætas, uerumetiam uniuersæ potestates merito deferebant, his uersiculis demonstrauit. *f* ¶ *Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens testimonium reddebat mihi.*] Tam sancta erat, ut ait, præsens conuersatio eius, quam fama referebat. *g* ¶ *Benedictio perituri super me, etc.*] Pupillus, pauper & uidua, omne genus humilium atq; afflictorum significat, quorũ nullum sanctus Iob præterijt uel despexit. *h* ¶ *Iustitia indutus sum, etc.*] Iustitia, iudiciũ rectum, misericordia, hæc erant animæ illius indumenta. *i* ¶ *Oculus fui cæco, etc.*] Affectus pietatis eius atq; misericordiæ, in his sermonibus demonstratur: siue erranti ignorantiæ tenebris lumen præbui ueritatis: & claudicanti in uijs domini, rectæ uiæ itinera demonstraui. *k* ¶ *Pater eram pauperum.*] Negocia causasq; pauperũ contra potentes suscipiendo: defensor eorum factus erat & iudex. Et idcirco ne aliqua aduersantium parte opprimerentur, retectis eorum fraudibus eas inuestigare docebat. *l* ¶ *Conterebam molas iniqui, etc.*] Hic uelut rapacem bestiam & uiolentam, hominem iniquum describit: de cuius ore, substantiam pauperum ui abstulerit. *m* ¶ *Dicebam q̃: in nidulo meo, etc.*] Nidus eius exterior homo eius intelligendus est, qui de fœno carnis illius compositus à deo fuerat & constructus. Omnis enim caro fœnum. In hoc igitur nido semper se mori sub testificatione dicebat: dũ uitijs mundi & eius concupiscentijs non uiuebat: & ob hoc in resurrectione, uelut palma, multiplices dies & æternos habebit. *n* ¶ *Radix mea, etc.*] Spes mea & fides quæ ex hac expectatione meæ sunt, patet ad diuina eloquia, quarum consolatione, ne in infidelitate mentis meæ uiror arescat infundi tur. *o* ¶ *Gloria mea semper innouab. etc.*] Gloria mea & cætera: potest in uirtutibus crescentis bonæ cõscientiæ, fructus & nouus semper profectus intelligi. In arcu uerò resistentis ac repugnantis, uigorẽ significari existimo, qui in manu sancti operis, contra obuios quosq; & hostiles uitiorum impetus præparetur. Sicut ait Dauid in psalmo: Et posuisti ut arcum æreum brachia mea: quod est, fecisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum. *p* ¶ *Verbis meis addere etc.*] Quia iam autoritas sapiẽtiæ ubiq; fuerat diuulgata: nemo quasi detrectians, ad uerba eius quicq̃ addere præsumebat: quinimò stillabat super eos eloquium illius: id est sensus, interiora uiscerum penetrabat, ut eorũ infusa præcordijs, à tali mãgistro perfecti atq; optimi discipuli rederentur. *q* ¶ *Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, etc.*] Pluuiæ nomine, copiosam ualde eruditionẽ suæ scientiæ demonstrat: & laudat auditores suos, quod disputante eo, cum grandi desiderio expectauerint. *r* ¶ *Si quando ridebam ad eos non credebant.*] Tanta, inquit, reuerentia & honore à prædictis habebar, ut sapientiæ meæ & grauitati non posset indulgentiæ aliquid ac remissionis quæ ad temperamentũ magis morum pertinebant congruere. Et idcirco ipso à me pietatis fiebat studio, ut affectus amoris ac dilectionis eorum mei admiratione proficeret. *s* ¶ *Et lux uultus mei non cadebat in terram.*] Gratia reuerentiæ, quam in eius facie refulgentem contuebantur, apud prædictos non pro nihilo habebatur: Non enim aliquid eius nutibus frustra fieri existimabant: & idcirco quasi magnũ atq; præcipuum in se prædicti suscipiebant, quicquid in serenitate uultus illius contemplabantur. *t* ¶ *Si uoluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumq; sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentnum consolator.*] Dignationem suam & sanctam

naculo meo. Quãdo erat omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei. Quãdo lauabam pedes meos butyro, & petrã fundebat mihi riuos olei. Quãdo procedebam ad portam ciuitatis: & in platea parabãt cathedram mihi. Videbãt me iuuenes & abscondebantur: & senes assurgentes stabant. Principes cessãbant loqui: & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces: & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiẽs beatificabat me: & oculus uidens testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem uociferantem: & pupillum cui non esset adiutor. Bẽnedictio perituri super me ueniebat: & cor uiduæ cõsolatus sum. Iustitia indutus sum: & uestiuit me sicut uestimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco: & pes claudo. Pater eram pauperũ: & causam quam nesciebã, diligentissimè inuestigabam. Cõterebam molas iniqui: & dentibus illius auferebam prædam. Dicẽbamq̃: in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Rãdix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Glõria mea semper innouabit: & arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant sententiam: & intenti tacebant ad consiliũ meum. Verbis meis addere nihil audebant: & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam: & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinũ. Si quãdo ridebã ad eos, non credebant: & lux uultus mei non cadebat in terram. Si uolũissem ire ad eos sedebam primus. Cumq; sederem quasi rex circumstante exercitu: eram tamen mœrentium consolator.

Nunc

A & sanctã humilitatẽ his sermonibus manifestat, qua ad inferiores suos, quasi ad amicos sibiq; coæquales abierit, & se in regni potẽtia, miseris & mœrẽtib. præbuisse. Ité ad Christi personã uerũ expositio. Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos & secundũ dies, quibus deus custodiebat me. In assũpto homine Iesu Christo, id est, Adã secũdo siue nouissimo: uox est Adã protoplasti recolẽtis quid perdiderit, & ad quod bonũ redire cupiat. Amiserat quippe per inobediẽtiæ malũ, immortalitatis bonũ, paradisiq; delicias, hanc sibi per Iesum Christũ dñm nostrũ instaurari desiderat. Suscipiendo nanq; in se dei filius hominis filiũ, susceпit in eo & humani generis preces. Quando splendebat lucerna eius super caput meũ, & ad lumẽ eius ambulabã in tenebris. Gloriã diuinæ gratiæ, nomine lucernæ qua in paradiso fioruerat, significauit. Sicut fui in diebus adolescẽtiæ meæ, quando secreto deus erat in tabernaculo meo. Adolescẽtiæ nomine, possunt primordia Adæ intelligi uel ipsa felicitas, ubi ante peccatũ, iuuenili uigore, sine ullo defectu ætatis semper uirẽs, quasi in diebus adolescẽtiæ fuisse dicit. Quãdo erat omnipotẽs mecũ, & in circuitu meo pueri mei. Pueri Adã uirtutes animæ intelligẽdæ sunt. Pueros aũt Christi angelos, qui ministrauerunt ei in diebus carnis eius, uel apostolos, siue oẽs sanctos nõ absurde sentimus. Quãdo lauabã pedes meos butyro, & petrã fundebat mihi riuos olei. Pedes igit saluatoris, prædicatores ueritatis, q in uniuerso mũdo annũciant euangeliũ, intelligẽdi sunt. Hos igit pedes suos Iesus Christus Iob noster, lacte siue butyro eluit atq; absterlit: quando eos à tribulationũ pressuris synceros atq; purissimos reddidit, docens eos per spiritũ suũ, simplicis innocentiæ uitã. Hoc igit modo pedes annuntiantis pacẽ euangelij mundabunt. Ne coinquinati essent carnalis sapiẽtiæ luto: petra, inquit, fundebat
B mihi riuos olei. Ergo petra ecclesia, fundata super Christum firmissimã petrã, de se gratiã spiritus sancti uelut riuos effandit, quod in Pentecoste & in domo Cornelij & in illis duodecim, siue in omni ecclesia declaratũ est, & usq; hodie declarat. Quãdo ꝓcedebã ad portã ciuitatis, & in platea ponebãt cathedrã mihi. Velut rex ergo & dñs primus ciuitatis suæ ecclesiæ, ad portã eius Christus procedit: id est, sub tẽpore initiorũ eius, quãdo in-
Mat. 11.d gressum parans dicebat omnibus: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis. Cathedra aũt eminẽs scientia Christi intelligẽda est: Platea aũt ciuitatis, uel quod publicè prædicauerit, uel secundũ Psalmistæ sensum est intelligẽda, latũ mandatũ tuũ nimis. Quod non solũ in triplicẽ expositionẽ, sed etiã in disputationẽ porrigit. Videbant me iuuenes & abscondebant, & senes assurgẽtes
1.Ioan. 2.b stabãt. His scribit Ioãnes, dicẽs: Scribo uobis iuuenes, quia fortes estis & uicistis malignũ. Hi per fidẽ dñi, saluatorẽ uidẽt in spiritu, & in terra sui corporis absondunt: reprimẽtes uidelicet atq; in se pugnando uitia cohibentes, mortificantes semetipsos peccatis & concupiscẽtijs mũdi, hinc ait propheta: Ascẽdite uos in terram. Senes uerò filij cõsummati & perfecti, qui quotidie mẽte eleuant ad cœlũ, & stant in dño, fide immobilis uitæ. Principes cessãbant loqui, & digitũ superponebant ori suo, uocẽ suam cohibebãt duces, & lingua eorũ gutturi eorũ adhærebat. In aduẽtu, inquit, meo omniũ sanctorũ meorũ prophetia cõclusa est & signata, quod in Zachariæ silentio præfiguratũ est. Clausa est quidẽ prophetia in mysterio annunciatorũ, sed in sacramentorũ mysterijs patefacta est. Principes & duces illius populi Iudæorũ fuerunt reges, sacerdotes & prophetæ. Siue principes & duces, potentes quiq; mũdi istius atq; eloquentes possunt intelligi, qui propter mendacia seductionis, principatus in populis tenebant. Hi in aduentu Christi cõtiguerunt. Auris audiens beatificabat me. Gentium

uitq; populus ad quẽ euangeliũ meũ annunciatũ prædicatione peruenit. Qui pro redẽptione sua laudẽ deferens, beatificabat me gratias agendo. Et oculus uidens testimoniũ reddebat mihi. Populus uidelicet ludæorũ, cui per prophetas meos prædictus fueram, in præsentia aduentus mei testimoniũ reddebat mihi. Eo ꝙ liberassem pauperẽ uociferantẽ, & pupillũ cui nõ erat adiutor. Pauper hic & pupillus, sanctorũ populus est intelligẽdus, qui propter humilitatẽ spiritus cõtribulati, pauper est dictus. Pupillus uerò idcirco dictus est, quia pater eorũ pro tempore absens est, qui ita loquit: Non re- Ioan. 14.c linquã uos orphanos. Benedictio pueri, siue ut alij dixerunt, perituri, super me ueniebat & cor uiduæ consolatus sum. Pupillus fidelis & sanctus: puer, propter recta procatã innocentiã nuncupatus est. Perditus uerò idẽ appellatus est, quia sanguine dñi acquisitus est. Iustitia indutus sum, & uestiuit me sicut diademate iudicio meo. Iustitia ergo pietatis meæ, ait dñs, uestiuit me sicut uestimẽto. Et diademate iudicio meo. Hoc inquam uestimento, in quo per euãgeliũ iustitia patris reuelat: in ecclesia dicit se esse circũdatũ, cuius figurã habuit uestis eius in monte clarificati. Oculus fui cæco, & pes claudo. Lumẽ, inquit, fum peccatori in uitiorũ suorũ tenebris ambulãti, & in præceptorũ meorũ semitis claudicanti factus sum gressus. Vnde ipse ait: Ego sum uia. Pater erã pauperũ: id est, humiliũ corde. Et causam quam nesciebã, diligenter inuestigabã. Hanc igit causam peccaminũ misericordia pietatis meæ indulturus, diligentissimè perscrutabar, ut radicẽ uulnerũ curãdo perquirerẽ, ut peccatorẽ, inuestigãte me, cõfitentẽ culpas suas, ab omni peccato criminis liberarẽ. Siue aliter: Nesciuit causas peccati dñs noster Iesus Christus, quas ab eo Iudæi quærebãt. Cõterebã molas iniqui, & de dentibus eius auferebã prædã. Hunc iniquũ diabolum esse rectè
D sentimus, cuius dentes ac molares sunt ad interimẽdũ sæui ac truces animi motus. De huiusmodi, inquit, dentibus uelut prædã captiuã humanũ genus abstraxi, de mortis utiq; illud interitu liberãdo: Omnes impij dentes sunt diaboli. Potest & hæreticus quisq; intelligi, in cuius dẽtibus doctrina perspicua sentiat. In molaribus uerò lateant remota & secreta & nephanda mysteria. Dicebamq; in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.] Nidus dñi saluatoris, ecclesia eius potest intelligi. Hic igitur dñs, in ecclesia quasi nidulo suo, quẽ sibi fœno carnis humanæ congessit: & in qua procreat ac fouet filios, mori dicit, dum membra eius, quorũ ipse caput est, uitijs ac cõcupiscẽtijs huius sæculi moriunt. Sequit: Et sicut palma multiplicabo dies eius. Igit post humilitatẽ ecclesiæ, quam in nidulo superius dñs indicauit, gloriã altitudinis eius in palma arbore uoluit ostẽdere: cuius radix aspera uidet in terra, unde etiã nidulus appellat: sed comis pulchra sub cœlo, cũ ex resurrectione fuerit glorificata, palmæ celsitudinẽ obtinebit: id est, uirtutũ suarũ merita cõsequet, quæ in palma significant. Siue nidulus hic populus Iudæorũ posit intelligi. In hoc igit nido, pati & mori pro nobis uoluit, sicut ait Iudæis: Moriar, & in eorũ mentibus crucifigar: ubi secundũ hominẽ cõuersatus & natus sum, & in gentib. ubi palma uictoriæ meæ, crucisq; uexillũ erectũ est, multiplicabo dies, dicens eis: Ecce ego uobiscũ Mat. ult. sum omnibus diebus usq; ad cõsummationem sæculi. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.] Ita erit in nationibus radix: id est, fides qua mihi placere uolui, ut omnes sancti in præteritis placuerunt, ut pateat gentiũ aquis, id est, populis, ut in me scilicet credãt: quibus utiq; in retributione æterna, ros gratiæ & muneris erit me largiẽte profluus. Siue radix charitatis meę atq; dilectionis, quæ fixa est in cordibus diligentium me: aperta est in eis ad aquas eloquiorum

meorum. Gloria mea semper innouabitur.] Hic gloriam, ecclesiã intelligere possumus: Gloria quidem patris est filius, cui dicit pater: Exurge gloria mea, exurge. Sed aliter ecclesia gloria est, quæ iustificata est per gratiam. Et arcus meus in manu mea instaurabitur.] Arcum hunc uirtutẽ intelligere possumus, qua pro ecclesia sua usq; ad finẽ seculi pugnare non desinit.

Qui me audiebant, exspectabant sententiam, & intenti tacebant ad consiliũ meum.] Quotidie clamat Christus per dispensatores uerbi sui, & obedientes ei, sententiam definitionis eius expectant. Et intenti tacebant ad consilium meũ. Hoc uerbo silentij, sanctorum significatur obedientia, qui tardi sunt ad loquendum, ueloces autem ad faciendum: siue, qa in ipsa inquisitiõe legis, sancti intenti esse dicuntur.

Verbis meis nihil addere audebant.] Statuta utique & decreta non conuellentes ecclesiæ, in qua fundamentum est ueritatis, stabilitũr. Hæretici autem & schismatici, præsumptione superbiæ, qua præstant cæteris, uerbis domini, inuenta de corde suo atq; superflua dogmata plenitudinis superponere moliuntur. Et super illos stillabat eloquium meum. Sensim utiq; sermo doctrinæ meæ, diligentia mea, diligentium me uiscera penetrabat: in quo profectus animorum quotidie in uirtutibus intelligendus est. Vbi quasi à parua stilla principiorum, peruenitur ad uitam plenam perfectionis, tan quam ad pluuiam cordis, terram suam copia saturantem. Expectabant me quasi pluuiam: & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinũ.] Omnes sancti antiqui, saluatorem in carne uenturum expectauerunt, & omnes nunc pariter ad iudicium uenturũ indubitanter expectant: ad cuius imbrem serotinum, id est, euangelium, ora cordium suorum nunc sitientes aperiunt,
Eccls 10 quia meliora sunt, ut Ecclesiastes ait: nouissima sermonis, quàm initium eius. Si quando ridebã ad eos, non credebant: & lux uultus mei non cadebat in terram.] Id est, Iudæi non credent mihi hilari pietati futuræ beatitudinis lætitiam & æterna gaudia promittenti, & peccatores pro reatu conscientiæ suæ, uix credent miseri cordiæ meæ, & sibi salutem dari posse præ magnitudine criminum desperabunt, cum ego cõuertentibus ad me maiora quàm spe possint capere, collaturus sum. Et lux uultus mei non cadebat in terrã.] Gratia, inquit, præsentiæ meæ, qua mundo uniuerso innotui, illustro corda fidelium, quia ego sum lux mundi: & quicquid promisero custodientibus pactum meum, irritũ non erit, sed totum in tempore retributionis implebitur. Si uoluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumq; sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.] Ita sentiendũ est, qui cum apud sanctos suos magnus & excelsus habitet, qui & angeli plerunq; dicuntur: & de quibus secundum aliam editionem dicit: eram quasi rex concinctus fortibus, cõunctos tamen & cõtritos corde non despexit.

Caput xxx

NVnc autẽm derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum uirtus manuũ mihi erat pro nihilo, & uita ipsa putabant indigni. Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria. Et manducabant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapiẽtes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. In dẽsertis habitabant torrentium, & in cauernis terrę uel super glaream. Qui inter huiusce modi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant. Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parẽtes. Nunc in eorum canticum uersus sum, & factus sum eis in prouerbium. Abominantur me & longè fugiunt à me: & faciem meam conspuere non uerentur. Phãretram enim suam aperuit & afflixit me, & frenum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea: insidiati sunt mihi & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. Rẽdactus sum in nihilum

Cap. xxx

NVnc autem, etc.] Manifestũ est. *b* ¶ *Quorum non dignabar, etc.*] Nõ hoc typho superbiæ atq; diuitiarum iactantia fecerat, sed uilitate impiorum, ut deridentium illum, quorum patres, nec canibus quondam eius digni fuerint comparari. *c* ¶ *Quorum uirtus, etc.*] Id est ignominiæ uilitate despecti. *d* ¶ *Qui rodebant, etc.*] Præmiseria & auiditate, hæc etiam quæ extra cibũ erant uel hominum uel ferarum, tanq; epulas ac delicias inuadebant, humectas cõualles præ nimia egestate sugentes. *e* ¶ *In desertis habitabant, etc.*] Qui etiã, ut ait, in locis sterilibus & inaquosis siue humidis quasi repẽtia terræ in foraminibus morabantur, quos imbres montium rigant. *f* ¶ *Et esse sub sentibus delicias computabant.*] Si in æstu suo, uilissimorum stirpium foliis tegerentur. *g* ¶ *Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus, etc.*] Obscuri & memoria penitus indigni. *h* ¶ *Phãretram enim suam aperuit, & afflixit me: & frenum posuit in os meum.*] Phãretram existimo multitudinem plagarum, uel ipsum diabolum, uel potestatem illius hoc loco intelligi oportere. Quam sicut Iob ait deus aperuit, dum circa eum diabolus suam exercuit potestatem, unde eum & iaculis tormentorũ affixit. Insuper etiam frenum ei silentij in ore ne loquere tur, imposuit. *i* ¶ *Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico surrexerunt, etc.*] Id est, uel in ipso tempore felicitatis, qđ grauissimum probatur, exortæ sunt: uel permissu diuinæ potestatis impositæ sunt. Ipse est enim oriens ex alto: ipse dextera & uirtus altissimi. *k* ¶ *Pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.*] Id est calamitates meæ, frequenti repetitione me affligentes: uelut fluctibus omnes uias rectas conuersationis meæ subuerterunt. *l* ¶ *Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & nõ fuit qui ferret auxiliũ, etc.*] Id est itinera mea, quibus per uiam iustitiæ quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbauerunt, in iniuriã meam ex insperato uelut ex insidijs erumpentes, negantibus mihi proximis meis consolationis auxilium. *m* ¶ *Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me: etc.*] Tam ueloci, inquit, impetu prædicta mala super me irruerunt, ut nullo resistente obstaculo, in me desuper uolueren tur. *n* ¶ *Redactus sum in nihilũ. Abstulit quasi uentus desiderium meum, & uelut nubes pertransijt salus mea, etc.*] Quo remunerationes

A nerationes tuas pro mandatorũ tuorum custodia præstolabar: pariter cũ salute, quasi uenti impetu, & quasi transuolantis nubis celeritate rapuisti, quia abripi permisisti. *a* ¶ *Nunc autem in memetipso, etc.*] Marcescit, id est, à uigore suæ intentionis dissoluit. *b* ¶ *Nocte os meum, etc.*] Manifestum est, quia uermes qui carnes eius comedebant, noctes ducebãt peruigiles. *c* ¶ *In multitudine, etc.*] Scatẽtium uermiũ multitudo semper se commouens, & per diuersos uulnerũ meorum sinus discurrens, uestẽ quoq; meã dum permere repere non cessat, attriuit: quem totum atq; ex oĩ parte circundatũ, & quasi in unum uulnus redactum, incessabili esu haustuq; discruciat. *d* ¶ *Comparatus sum luto, etc.*] Ad summã uilitatẽ perductũ se dicit: qui uulneribus & sanie, sicut lutũ computresceret & fœteret: exiccantibus rursus carnis eius putredinem sordibus pulueris. *e* ¶ *Clamo ad te, etc.*] In clamore intentio est orãtis ad deũ. In eo uero quod stare se perhibet, perseuerãtiam se ad deum habere indeclinabilem dixit. Fiducia iustitiarum suarum ad deum: hæc liberè Iob sanctus loquitur. *f* ¶ *Mutatus es mihi in crudelem, etc.*] Pium & misericordem deum esse dicit in prosperis suis: durum atq; crudelem cum manus duritiam atq; graues pœnas sustinet & atroces. *g* ¶ *Scio quia morti trades me.*] Post delictum parentis, inquit, domus inferorum est constituta, id est, mors ipsa, non conditione eius creata. Illuc ergo & me tanquam peccatoris Adę filium, secundum iustam sententiam abire uoluisti. *h* ¶ *Veruntamen non ad consumptionem eorum, etc.*] Reconciliationem mundi prophetat in Christo futuram, dum dicit homines non in perpetuam consumptionem redigendos, sed aliquando ab inferis reuocandos. *i* ¶ *Emittis manum tuam, etc.*] Si post redemptionem, qua per fidem in Christo saluamur, iterum per peccatum ruerint homines, manu pietatis alleuante per pœnitentiam ipse saluabit. *k* ¶ *Flebam quondam super, etc.*] Factum est, ut pro bonorum exspectatione, qua miseros consolabar, mala nunc omnia sustinerem, & pro luce prosperitatis, tenebras incurrerem tormentorum. *l* ¶ *Inferiora mea efferbuerunt, etc.*] Vbi ait, quod cum dies afflictionis præuenerint, puto quod tempus iudicij uoluerit indicare, quo præuentum se idcirco uidetur dixisse, quia eum sibi necdum uenturum putauerit: ubi etiam magnum dolorem gehennarum significat, dum suas illis comparat pœnas. *m* ¶ *Mœrens incedebam, etc.*] Tristis & affectus mœstitia, quia pœnæ meritum nesciebam, & sine furoris iracundia, eram in spem animi uirtute consurgens: quia deus docuerat me patientiam, ut æquanimiter ferrem: publica satisfactione uociferans & exorans. *n* ¶ *Frater fui draconum, etc.*] Cruciatu pœnarum affectus, dolores meos sibilis temperabam: quemadmodum facere dicuntur dracones quando ab elephantis capiuntur: ut propheta ait: Faciam planctum uelut draconũ, quem faciunt, ut dixi, quando ab elephantis interficiũtur. Et socius struthionum: fatuus factus sum & insipiens, ut struthio auis stultissima, ut præ dolore frustra me existimem laborasse. *o* ¶ *Cutis mea denigrata est super me, etc.*] Et hoc ad pœnarum eius cumulum pertinebat, ut in stercore constitutus, per multa tempora, solis ardentissimos usq; ad ossa pateretur radios. *p* ¶ *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocẽ flentium.*] His rebus dicit felicium dierum suorum atq; prosperitatis lætitiam & iocunditatẽ in luctum esse cõuersam. Nunc autem deridẽt me iuniores tempore.] Legimus in euangelio, quem admodum irrisus est & illusus. Quorum non indignabar patres ponere cum canibus gregis mei.] Ego canes in bonã partem dictos existimo, qui gregẽ dñi à bestijs spiritualibus uigilando defendũt. De quib. dicit propheta: Canes muti non ualentes latrare. Iudæorũ quoq; patres, qui sunt utiq; sacerdotes & principes, pastorali ab eis quippe ablata dignitate, nõ posui, ait dñs, cũ sanctis greges ouiũ meorum custodibus, ob maliciã infidelitatis suæ, ne sacerdotio funganť mihi abieci eos. Quod etiã in euangelio dicit: Auferet à uobis regnũ, & reliqua. Vbi iam incipit tollere panẽ filiorũ, & mittere canibus: sicut ad eum in euangelio sub typo ecclesiæ dicitur: Nam & catelli edũt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Quorum uirtus manuum erat mihi pro nihilo.] Hæc uirtus manuum erat Iudæorum, ut mandatis seniorum & obseruationibus deseruirẽt. Siue in tempore passionis domini, potest hic locus intelligi: ita ut uirtus operum prædictorum usq; ad mortem saluatoris peruenerit. Vel ita intelligendum, cum ei uitam fierent finitam esse per crucem, triumpho resurgentis ex mortuis, ad nihilum conatuũ pessimorum uirtus redacta est. Et uita ipsa putabantur indigni, egestate & fame steriles.] Vitiorum suorum & criminum turpi egestate affecti, & fame eloquiorum dei facti steriles, & mendici: uita insuper præsenti indigni sunt habiti: sicut propheta ait ad deum: Disperge illos in uirtute tua. Vnde nunc in medio nationum sunt uelut captiui: uitam ducentes degenerem. Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborũ cortices, & radix iuniperorũ erat cibus, &c.] Plerunq; ubi deus nõ habitat, id est, non colitur: solitudo

Esaiæ 36.d

Matt. 21.d

A siue cremus appellatur: in qua secundū Apocalypsim
Apoc. 17.a mulier, id est corruptela sedere dicitur. Mandere enim
siue rodere, opus est dentiū: quoniam uox articulata,
dentibus & plectro linguæ efficit: ideo his uerbis do-
ctrina prædictorū significatur: qui populos tanq̄ her-
bas & infructuosarū arborū radices mādendo atq; ro-
dendo, in errores suos multiplices uelut in suū corpus
traijciunt. Etenim pasci se arbitrantur, si ab hominibus
quos solet scriptura arbores appellare, quicquid habēt
uitale subtraxerint. Radicib. iuniperorū nihilominus
alunt: arborū scilicet longa ætate uiuentiū, & in quarū
lignis multo diutius ignis q̄ in cæteris durat. Ista sunt
ligna, quę arceuthina appellantur. Sub arborū harum
uocabulo, magnos quosq; nomine in populo Iudaico
intelligere possumus, quorū prædicti doctores intima
uiscerū depascunt, furando eis prædicatione legis præ-
teritæ, bonū gratiæ Christi. Qui de cōuallibus ista ra-
pientes, cum singula reperissent, ad ea cū clamore cur-
rebant.] De cōuallibus utiq; herbas ut fures, quod alij
trāslatores dixerūt, & arborū cortices rapiūt. Non em̄
eos quos herbas, cortices & radices arborū p ænigma
tis similitudinē intelleximus, in excelsis locis atq; simi-
libus potuerunt inuenire, sed in conuallibus, humili-
bus scilicet locis, & in inferiora depressis: ubi significati
sunt carnales populi Iudæorū: quorū intellectus in oc-
cidentis literæ sensibus, uelut in inferiorib. cōmoratur.
Hinc eos primores eorū depopulant, dū cæci cæcis du
catum præbent. In desertis habitabant torrentiū, & in
cauernis, &c.] Non tantū in desertis prędictorum, ubi
cultura dei non erat, morabant: sed etiā in cauernis ter
ræ, & super glareā: per quā puto carnaliter legem intelli
gendā, ubi nihil pingue spirituali sensui admisceat, quo
posset fœcunditate ubertatis, per fidē filios sanctitatis,
matre gratia procreare, & ob hoc in cauernis terræ esse
B perhibent, terrenis uidelicet sensibus inhærentes. De
Phil. 3.d quibus siens dicit Apostolus, inimicos crucis Christi.
Aliter. Torrētes sunt peccatores, qui in hoc mare seculi
per deserta notitiæ defluunt: hi ergo in cauernis sensuū
cōmorantur, eorumq; delectātur officijs ad peccandū:
ipsi sunt senestræ domus, per quas mors ingredit. Siue
cauerna serpentis, est pectus nostrū quādo in eo uene-
nata cōsilia, & mortiferos actus recōdimus. Ipsi uero si
militer super glareā habitāt: qui terrā suā nulla sermo-
num dei diligētia colunt: ut accepta ubertate pinguedi
nis, possint fructus facere sanitatis. Qui inter huiusce-
modi lætabant, & esse sub sentib. delicias cōputabāt.]
Inter hæc mala quæ sunt dicta superius, ita exultantes
Psal. 77.a gaudio uiuūt, tanq̄ si quærerent uirtutes. Filij stulto-
rum & ignobilium, & in terra penitus nō parētes.] Ita
enim & de eorū patribus propheta iam ante prædixe-
rat: Generatio praua & peruersa, populus stultus & nō
sapiēs, alienati à terra uiuentiū. Nunc in eorū cantucū
uersus sum, & factus sum eis prouerbiū.] Id est, in pri-
mo sermone, & in eorū ore ego sum, & ab eis in delecta
tione obtrectationis assumor. Abominant me, & fugi
unt à me, & faciē meā spuere non uerētur.] Faciē uero
cōsputā dñi saluatoris, ipsa passio eius nobis in euāge-
lio manifeste demōstrat. Pharetrā em̄ suā aperuit, &c.]
Hic pharetra diabolus intelligi potest. Et quoniā credi
mus saluatorē uerum hominē assumpsisse, non absur-
dum est, ut credamus quod & dolores corporis uolue
rit in passione sentire: secūdū illud prophetæ: Ipse infir-
mitates nostras suscepit, & pro nobis dolet. Et frenum
posuit in ore meo.] Illatas cōtumelias patiētia demon-
Esa. 53.d strauit: sicut ipse filius in psalmo ait ad patrē: Quoniā
Psal. 70.a tu es patientia mea dñe. Et in euangelio, interrogatus
Iesus non respondit. Ad dexteram orientis calamita-
tes meæ, illico surrexerunt.] Id est, de uoluntate patris:
ad cuius dexterā filius sedet. Vel hoc ait, quod ad filiū
dei etiā ad eā partē qua impassibilis est, cōtumelia passi C
hominis assumpti peruenerit: secundū Apostolū dicen
1. Cor. 2.b tem: Si enim cognouissent, nunq̄ deū maiestatis cruci-
fixissent: qm̄ ipse est dextera patris, manus & brachiū,
per quem facta omnia gubernātur, & discipuli magis
de dextris illius erant: quē in tempore passionis dereli
Psal. 141.a querūt. De quibus ait: Considerabā ad dexterā, & non
erat qui cognosceret me. Pedes meos subuerterunt &
oppresserunt.] Quasi fluctibus semitis suis dissipaue-
runt itinera mea. Insidiati sunt mihi, & prævaluerūt, &
nō fuit qui ferret auxiliū: quasi rupto muro & aperta ia
nua, & ad meas miserias deuoluti sunt. Pedes, humana
substātia, quā crucifixerūt intelligi potest, uel certe euā
gelizandi officiū. In fluctibus amaros Iudęos erga præ
dicatores euāgelij, & inquietos esse demonstrat. Dissi-
pauerunt etiā itinera mea.] Prophetarū meorū oracu-
lis, aduentus mei in carne illis præsentiā pollicebar, &
in uisionibus reuelationū sæpe ueniebam ad eos. Hæc
utiq; itinera mea, incredulitate atq; impietatis suæ scele
re dissipauerunt. Possunt etiā pedes eius, prædicatores
uel apostoli eius intelligi. Et non fuit qui ferret auxiliū,
Matt. 26.f qa & ipsi discipuli relicto eo fugierūt. Quasi rupto mu-
ro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas mise
rias deuoluti sunt, id est, per necē meam in ruinā suam
lapsi sunt: ut quasi truculentissimi hostes, & ferocissimi,
irruptis ciuitatū munitionibus, domibusq; effractis,
in necē meā oēs pariter prosilirēt. Miserię aūt passiones
sunt, flagella, illusio, probra, alapæ, sputa, colaphi, spi
næ, & ignominia crucis. Redactus sum in nihilum.]
Iudæi despicientes eum, pro nihilo habuerunt. Abstu
listi quasi uentū desiderium meū, & quasi nubes per
transiit salus mea.] Ventus, præsens hæc uita potest in
telligi, quę plerunq; uenti siue spiritus nomine appella
tur. Ex persona ergo ueteris hominis susceptі in deo,
homo Iesus Christus hæc loquit. Desideriū uero uete- D
ris hominis illud erat, ne uitā hanc temporalem amitte
ret: quod ipse dominus proximus passioni demōstrat,
dicens ad patrem: Transeat à me calix iste. Verum, in- Matt. 26.d
quit, nō quod ego uolo, sed quod tu. Nunc aūt in me
metipso arescit anima mea, & possidēt me dies afflictio-
nis.] Dies afflictionis eius, dies sunt passionis. Inde ait
saluator in euāgelio: Tristis est anima mea usq; ad mor
tem. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me
comedunt, nō dormiunt.] Nocte, quia uespere captus
per totā noctē scribis & principibus sub interrogatio-
ne quæstionis auditus est. Vel noctē tristitiæ & passio-
nis, ait dñs apostolos, qui propter dilectionis & chari-
tatis meæ fortitudinem ossa dicuntur: aculeis doloris,
timorisq; compuncti, usq; ad negationis noxam per-
forati sunt, id est, penetrauit uirtutē animi eorum titu-
batio fidei, ut ad horam tentationis in charitatis solidi-
tate nutarēt. Illi uero qui me usq; ad mortē persequen-
do uidentur consumere, nō dormiunt, id est omni ui-
gilantia mētis insistūt, ut ad me deuorandū perueniāt.
In multitudine eorum consumitur uestimentū meū.]
Conuenientibus in unum Iudæis, caro mea iniurijs,
clauis, cruce, morte confecta est. Et quasi capitio tuni-
cæ cinxerunt me.] In necem meam omnes undiq; me
uelut extrangulares circundederūt, & ut me præfoca-
rent in morte, tanq̄ ora capitij, fortib. uidelicet laqueis
falsorum testimoniorū me cinxerūt, & intra passionem
meam & crucem, quasi intra tunicam me incluserunt.
Comparatus sum luto, & assimilatus fauillæ & cineri.]
Per mortem quam uolens suscepi, comparatus sum ui
libus, & peccato obnoxijs, atq; in Adam dei sententia
condemnatis, cum ipse peccator nō sim, nec; ita ut om
nes peccatores fuerim natus. Clamo ad te, & nō exau
dis me: sto, & non respicis me.] Ita in uicesimoprimo
psalmo, in cruce clamauit ad patrem: Deus meus, &
reliqua

A reliqua: Et clamabo per diē, & non exaudies, & cætera.
Hæc igitur uerba dicuntur ex persona crucifixi: sicut &
alia quæ iam dixi superius. Clamabo, inquit, per diem
ad te: id est, in rebus prosperis huius uitæ, ut nō muten
tur: nec exaudis, qui uerbis delictorum: clamabo & in
nocte: id est, in aduer
sis uitæ huius clama-
bo, ut prosperentur,
& similiter non exau
dies. Neque hoc satis
ad insipientiam mi-
hi, sed potius ut sa-
piā quid clamare me
ueris, non uerbis de-
lictorum ex desiderio temporalis uitæ, sed uerbis con-
uersionis ad te in uitam æternam. Mutatus es mihi in
crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.]
Dum pater unico filio non pepercit, sed pro nobis om
nibus tradidit illum: crudelitatis species uidebatur, qđ
erat piæ dispēsationis affectus. Eleuasti me, & quasi su
per uentū ponens elisisti me ualide.] Quod est, in cru-
ce, & non credentibus Iudæis me allisisti. Scio quia
morti trades me, ubi constituta est domus omni uiuen
ti.] Quia ante domini resurrectionem, etiam iusti in in
ferni partibus fuisse creduntur. Vere non ad consum
ptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint,
ipse saluabis.] Ad hoc utiq; morti trades me, ut nō con
sumantur debita pœna, qui diuina sentētia morti æter
næ sunt deputati: sed potius mea morte saluent. Quod
autem dicit: Si corruerint, ipse saluabis. Post gratiam
baptismi, remedium saluti delinquentibus, per pœni
tentiam repromittit. Flebam quondam super eum
qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea paupe-
ri.] Duabus autem de causis saluator Hierusalem defle
B bat. Vna est, qua pro conuersis flens patrē orabat. Alia
uero est, qua pro non credentibus dolens flebat, præui
dens utiq; ut deus ob incredulitatis duritiam perditio
nem eorum. Et compatiebatur anima mea pauperi.]
Quomodo animæ sanctæ in scripturis pauperes appel
lantur, non habentes superbiæ spiritū: uel peccata tan-
quam mundi huius diuitias: Ita econtrario omnes pec
catores pauperes nuncupantur, eo quod superbiæ spi
ritu tumeāt, & sint inopes sanctitate, de quibus in psal-
Psal. 106.a mo canitur: Sedentes in tenebris, & in umbra mortis:
uinculis ligatos in mendicitate & ferro. Ad deflendos
huiusmodi pauperes, utpote diues in miserationibus
deus ex affectu misericordiæ tristitiā sustinebat. Expe-
ctabam bona, & uenerunt mihi mala.] Expectabam er
gō per patientiam, ut bonū conuersionis eorum gau
dens super correctos perciperē. Sed illi diuitias bonita
tis meæ, & longanimitatis per contumaciā contemnen
tes, thesaurizauerūt sibi iram in die iræ, & reuelationis
iusti iudicij dei. Hæc igitur mala eorū, ad conspectum
meum uentura sunt, ut reddam unicuiq; secundū ope-
ra sua. Præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.] Lu
cem in eis fidei, & sanctorū operum præstolabar, & in-
fidelitatis eorum ac uitiorum tenebræ prævaluerunt.
Interiora mea efferbuerūt absq; ulla requie.] Siue qđ
dolore tactus, intrinsecus animus eius sollicitudine &
anxietate ferbuerit, super eorū perditione: siue q̄ uer-
bo carne facto, & habitāte in homine Iesu saluatore no-
stro, interiora eius, id est, animæ illius motus sine cessa
tione, diuino igne feruebant. Pręuenerūt me dies affli
ctionis.] Dies afflictionis, dies iudicij erunt, in quibus
prædictam gentē iudicaturus sum. Sed tamen nunc &
in hoc tempore nimijs sceleribus suis prævenerūt me:
ut secundum iustum iudiciū meum reddam eis: sicut
postea accidit in passione, quando à Romanis Hieruſa
lem templumq; subuersum est. Mœrens incedebam,
sine furore consurgēs in tenebris clamabam.] Sine ali C
quo utiq; iracundiæ furore erat: quoniam donare atq;
concedere peccata eorū aduenerat, nō punire. Ait etiā
Euāgelista: Stabat Iesus & clamabat: Qui sitit, ueniat ad
me & bibat. Frater fui draconū, & socius struthionū.]

Caput XXXI

PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Quam enim partem haberet in me deus desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiā? Nonne ipse considerat uias meas, & cunctos

Iudæos in euangelio dñs serpētes frequen
ter appellat & uipe-
rus, ita dicēs: Serpen- Matt. 23.d
tes, genimina uipera
rum. Et propheta ait: Esa. 59.d
Oua aspidum rupe-
runt, cum malorum
generationē multipli
cari uideret. Item: Furor draconū uinum eorū, & furor
aspidum insanabilis. Sed idcirco fratrem eorū se nun-
cupauit, quoniā de eorū genere secundū carnē est pro-
creatus: de quibus in psalmo ait: Socer factus sum fra- Psal. 58.b
tribus meis, & hospes filijs matris meæ. Et quia secun-
dum præsentem uitam, qua dum hic mortalis fuit: in-
ter eos est conuersatus, struthionum se socium dixit, id
est, in eadē gente sua cum stultis & insipientibus habita
uit, sicut ipse dominus in euangelio ait: Stulti & cæci.
Cutis mea denigrata est super me.] In cute, carnē suā,
id est, Iudæam gentē suam, unde saluator carnē assum-
psit: à parte totum dixisse intelligendus est. Quod autē
super me ait, denigrata est cutis mea: ita est, uelut si dice
ret, propter me, id est in persona mea: odio persecutio-
num & scelere blasphemiæ, peccatorū etiam infandorū
criminibus, terra ac nigra effecta est caro generis mei,
& quasi Aethiopissa calorē nigredinis non amittens, &
eo est infelicior, q̄ hanc nigredinem noctis & tenebra-
rum, non in superficie corporis, sed in corde cōtraxit.
Vnde ait dñs per prophetā: Nocti assimilaui matrē ue- Tren. 2.d
stram. Et ossa mea aruerunt præ caumate.] Ossa cor- D
poris ecclesiæ, cuius caput est Christus, sancti quidem
omnes, sed præcipue apostoli intelligendi sunt, quorū
sanctitatis robore atq; uirtute omnia mēbra infirmio-
ra ecclesiæ sustinētur. Horū igitur adeps pinguissimus
charitatis, nimio persecutionis æstu in passione saluato
ris exæstuauit. De quibus ipse dominus in psalmo: Et Psal. 101.a
ossa mea sicut cremiū aruerunt. Item in alio psalmo: Si
cut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea,
ut ait Euangelista: Et relicto Iesu fugerunt discipuli. Sed Matt. 26.f
rursum per confessionem nominis eius charitate illius
uberrima impinguati sunt, ut nullo postmodū quāto-
libet feruēti caumate persecutionū, fides Christi in eis,
& bonū charitatis aresceret. Versa est in luctū cithara
mea, & organū meū in uocē flentiū.] In cithara & orga
no lætitia & exultatio intelligitur. Quam Christus se ha
bere demonstrat, quando super salute credentiū dele-
ctatur, sicut ipse in euangelio ait, ubi parabolā centum
ouiū ponit: de quibus unā ait perisse, & inuenta ea ait:
Amen dico uobis, quia plus gaudebit super eam, q̄ su Luc. 25.d
per cæteras nonagintanouē. Itemq; cum renunciassent
apostoli dño, quia in nomine eius plurimæ sanitates p
eosdē factæ fuissent: ait euangelista: In illa hora exulta-
uit Iesus in spiritu. Hæc ergo musicorū nomina, cordis
significāt lætitiā, quæ super infidelium obduratione uer-
sa est in tristitiā: sicut de eodē dño ait euangelista: Et con Matt. 16.e
tristatus est super duritiā cordis eorum. Ea uero quę se
quuntur usq; ad finē parabolæ, quæ secundum uirtutē
sancti Iob superius exposuimus: iam confessi sumus nō
posse nos secundū mysticos intellectus dissere. Si aūt
quis possit illa allegoricæ interpretationi rationabili-
ter coaptare, assensum præbere me fatebor.

CAPVT XXXI

PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uir-
gine. Quam, etc.] Abhinc usq; ad finē iustitias suas

uel

uel maxime et misericordias atq; uirtutes enarrat: quas usque ad quindecim numeros digerit: uelut uir perfectus qui ascensus in corde suo disponens, per gradus quosdam profectuum: usque ad domum dei ascendendo peruenit. Ego, inquit, animo cum his obtutibus carnis meæ, desiui ac statui, ut nihil omnino turpe atque obscœnum mihi intrinsecus nunciaret: quod delectatione uoluptatis intra me iniquis cogitationibus uoluerē. Senserat credo aliquando fortassis delectatione carnē suā & uoluptatibus illecebrarum titillari: & idcirco se continentiæ uirtute præcinxerat: timēs oculū dei, cum scrutator cordis sit, & omnes uias conuersationis humanę, cunctosq; gressus actuum mortaliū nouerit. a ¶ *Si ambulaui in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam.*] Sanctus Iob certus de æquitate iustitiæ dei, se manifestari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat deus, ut examinando cognoscat, sed sciat deus, ita dixit beatus Iob, ut scire cęteros faciat. Tentat uos deus dominus, ut sciat utrū diligatis eum, id est, ut scire cęteros faciat. b ¶ *Si declinauit gressus meos de uia, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula: seram, & alius comedat, et progenies mea eradicetur.*] Nihil mādatorum dei, ait, præterij: quia nec cor meum acquiescens sequutū est oculos meos: cum concupiscentiæ imagines ei offerrem prius quàm pactum cum ipsis haberem: ne quid intrinsecus turpe transmitterent. Vnde nec in operibus manuum mearum ulla peccati macula potuit adhærere, & hoc ipsum cū quadam iuramenti execratione confirmat. c ¶ *Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortū alterius sit uxor mea, & super illā incuruentur, etc.*] Secundum naturæ bonum loquitur, quod in Tobia scriptum est: Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris: proinde ait, nefanda res est & iniquitas maxima: hæc funesta ac detestabilia cogitare uel facere, ignis est incentiuę libidinis, omnia bona uirtutum deuorans, atque uniuersa in homine sanctarum rerum incrementa consumens. d ¶ *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea cum disceptarent aduersum me.*] Siue ut alij dixerunt, apud me. e ¶ *Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus, & cum quæsierit quid respondebo illi? Nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in uulua unus?*] Magna humilitas sancti uiri huius & magna futri iudicij cogitatio. f ¶ *Si negaui quod uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci?*] Manifestum est. g ¶ *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum.*] Manifestum est. h ¶ *Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uellęribus ouium mearum calefactus sum.*] Hoc dicto ostendit, quemadmodū opus misericordiæ fieri debeat, id est, ne alijs auferas, unde alijs rectę dare te arbitreris. Vnde Salomon ait: Honora deum de tuis iustis laboribus. Et Esaias: Ego dominus diligo iudicium, & odio habeo rapinam in holocaustum. i ¶ *Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum uiderem me in porta superiorem: humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. etc.*] In humero, opera, in brachio, uirtutis perseuerantia, atq; instantia bonorum operū accipi potest. Nisi ita est, inquit, irrita ante deū inueniantur omnes labores mei. k ¶ *Si putaui robur aurum meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, et quia plurima reperit manus mea.*] Veræ homo philosophiæ, nullo uitio tenebatur, sicut nunc cupiditatis & elationis contemptor fortissimus, aurum etiam pro nihili se habuisse testatur. l ¶ *Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, etc.*] Tantæ uirtutes & tam præcipuæ nihil prosunt: quāuis quisq; in eisdem perpetrandis sit sapiens, magnus & clarus, si errorū stultitia teneatur. Non solum, inquit, quorumcunq; idolorū culturis, uerū etiam nec horū pulchritudine ac specie magnorum luminū delectatus sum: nec quasi adorās ea inter corū uenerationē osculatus sum manū meā: nec creaturā, p creatore ueneratus sum: qđ in epistola ad Romanos sanctus Apostolus detestatur.

Si

& cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulauī in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in stathera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de uia, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula: seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptū est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit uxor mea, & super illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima: ignis est usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si cōtempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea cū disceptarent aduersum me. Qūid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus, & cum quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in uulua unus? Si negaui quōd uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci? Si cōmedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uellęribus ouium mearum calefactus est. Si leuāui super pupillum manum meam, etiam cum uiderem me in porta superiorem: humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum, & pondus eius ferre non potui. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea. Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum. Si

a ¶ *Si gauisus sum ad ruinam, etc.*] Cum magnum sit, si de inimicis suis quis cum possit non studeat ulcisci, quanto apud deum studiosius est de eorū ruina nec in corde delectari. b ¶ *Si dixerunt uiri tabernaculi mei, etc.*] Pro hospitalitatibus eius & uirtute, qua & cæteri sancti deo placuerunt, odiū seruorum contraxerat. c ¶ *Si abscondi quasi homo, etc.*] De his peccatis tantum, quæ cogitationibus cōmittuntur, hoc loco mihi dixisse uidet: eo q nec ipsa cælare uoluerit, quandoquidē secretorum suorū intima manifestauerit hominibus, se consensione iniqua cuiuslibet peccati non fuisse participem. d ¶ *Si expaui ad multitudinem nimiam, etc.*] Ad propinquorum suorum personam despicientiū eū, locus hic pertinet: q ei inter miserias calamitatum posito, inde sinentes iniurias irrogabant: contra quos sibi iurgantes posuit custodiam ori suo. e ¶ *Quis mihi tribuat auditorem, etc.*] Quem librum sanctus Iob demonstraturus cæteris, in humero suo, in loco uidelicet cunctis conspicuo confert, eo q libro, p laboris sui merius uelut corona gloriæ coronatus, per singulos gradus uirtutū siue profectuū suorū incremēta ante deū transeundo, pronunciat. f ¶ *Si aduersum me terra mea clamat, etc.*] Terra, caro hominis rectę sentit. Hanc dicit beatus Iob sibi àduersariā nō fuisse, necessario utiq; : quoniam bene sibi eam obedientē fecerat circa ornamenta uirtutū. Cuius etiam sulcos metaphoricos appellat: q siue propter bonos mores excolēdos: siue propter continendā aquam uerbi dei infusam diuinitus terræ suæ, sulci ab eo dicti sunt: secundū illud psalmistæ: Sulcos eius inebriās multiplica generationes eius. Agricolas aūt istos terræ suæ, beatus Iob sanctas cogitationes, ut arbitror, dixit: quibus uinus ager mentis suæ strenue colebatur. Quorū agricolarū, ideo anima una ab eo refertur, ut animaduertamus unum eorundem fuisse cōsensum. Non est hoc in moribus sanctorū notabile siue reprehēsibile: quādo seipsos laudāt. Non enim iactantię uitio detinentur, ut in suis laudibus gloriam humanā requirant, sed faciūt hoc ueritatis intentione, qua ante deum simpliciter ac sinceriter uiuunt.

CAP. XXXII

O Miserunt autem tres uiri isti, etc.] Cedentibus aduersarijs, Iob post multa prophetiæ suæ mysteria, & ipse finit sermonē. Quod aūt dictū est: omiserunt aūt tres uiri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi uideretur, scriptor historiæ huius ex sensu respondentiū dixit, eo quod iustus sibi uideretur, nō ex iudicio suo, cum referret uel scriberet, quæ in præconium tanti uiri stilo suo posterorum memoriæ commendabat. h ¶ *Et iratus indignatusq; est Heliu filius Barachiel Buzites, etc.*] De progenie & generatione Huz & Buz filiorum Nachor & Melchæ, sororis Sarę uxoris Abrahā, nascitur Iob & Heliu. De Huz Iob nascitur, & de Buz hic Heliu: unde & Buzites dicti, qui fuit sicut hic scribitur, filius Barachiel. Hunc igitur Heliu doctissimi scripturarū dicunt ipsum esse Balaam hariolum: quem in Numerorum libro Balach rex Moabitarū ad Israelē maledicendū conduxerat, & hæc scriptura refert, q hic Heliu de cognatione fuerat Ram, & hunc Ram Abraham esse intelligamus, de cuius cognatione & familia Heliu fuerit procreatus. Hic utiq; fratris sui Nachor posteritas proculdubio Abrahæ cognatio erit, ubi qui hunc librum scribit, quē Hebræi Mosen autumāt, in generationis Heliu nominibus nobilitatē natiuitatis eius uoluit demonstrare. Quod autē in hoc libro Ram, quasi partito siue diuiso nomine sanctus Abram dicitur, ita & diuersis locis scriptura dei, secundū incrementa in eo diuinæ gratiæ nominat. Vnde quando Ram dicitur, habeat excelsus, quando uero Abram, proficiens in uirtutibus, pater excelsus sit. Item cum fides eius gentibus ad imitationem præponitur, Abraham, id est pater multarū gentium appelletur. Hic igitur Heliu, sicut apparet, secundum bonū naturæ, homo iustus uidetur fuisse: qui & spiritum habuit prophetiæ: sed puto nō eodem modo, uel cadē gratia ut sancti prophetæ. Vnde & ipse dīs ad sanctum Iob de eo locutus est: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? quod est, improperij uerbis atq; inordinatis sermonibus, sensus propheticus narratur: ubi non reprobat dīs quod Heliu loquitur, sed quod præpropere ab eo dicitur, hoc reprehendit. De hoc inquam Heliu & sui similibus, & in principio libri huius diximus: quod prophetiæ mysterio usi sint etiam qui exorbitauerant à uera religione: quia & illis dedit deus uerbum suū, ut mysteria futura pronūciarēt hominibus: ubi maxime fides & admiratio gentilium pēdet: ut qui nostris nolunt credere propheris, credant saltē diuinis & uatibus suis. Hunc itaq; Heliu, qui est Balaam, figuram habere gentiliū diximus, aduersanuū Christo: sicut & illos amicos beati Iob, hæreticorum figurā. Quod aūt ait, finita sunt uerba Iob: possumus intelligere tanq; dixerit, firmissime stabilita sunt uerba diuina, & irrita esse non possunt: quæ usq; ad æternam promissionē fideliter credentes perducunt. Isti uero qui iustū uirū & sempiternū, præsumptione adiuentorū dogmatū audent disceptare, æterno quandoq; silentio conticescent. Quod aūt Heliu duobus nominibus uocitat, nō est mirū: familiare est hoc scripturę diuinæ: ut Salomō Idida, & cognatus Mosi dictus est Ietro, & Raguel, & Petrus Simon. Vnde non paruā obscuritatem hæc uarietas nominum solet legentibus exhibere.

¶ *Iratus*

Universidad de Sevilla Biblioteca

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Iratus est autē aduersum Iob, eo quod iustum se esse diceret coram deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Igitur Heliu expectauit Iob loquentē: eo quod seniores essent qui loquebantur. Cum autem uidisset, quod tres respondere non potuissent, iratus est uehementer. Respondensq; Heliu filius Barachiel Buzites, dixit: Iuniōr sum tempore, uos autem antiquiores: idcirco demisso capite, ueritus sum indicare uobis meam sententiam. Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur: & annorum multitudo doceret sapiētiam. Sed ut uideo, spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicām: audite me, ostendam uobis etiam ego meam sapientiam. Expectaui enim sermones uestros: audiui prudentiam uestram, donec disceptaremini sermonibus uestris: & donēc putabam uos aliquid dicere, considerabam. Sed ut uideo, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex uobis sermonibus eius. Ne forte dicatis: inuenimus sapientiam, deus proiecit eum, nō homo. Nihil locutus est mihi: & ego non secundum sermones uestros respondebo illi. Extimuerunt, nec respondērūt ultra, abstuleruntq; à se eloquium. Quoniām igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec ultra responderunt: respōdebo & ego partem meā, & ostendam scientiam meā. Plenūs sum enim sermonibus, & coartat me spiritus uteri mei. En uēter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo. Non accipiam personam uiri, & deum homini non æquabo. Nescio enim quamdiu subsistam: & si post modicum tollat me factor meus.

Cap. XXXIII

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & sententiam labia mea puram loquentur. Spiritūs dei fecit me, & spiraculum omnipotentis uiuificauit me enim me, mendaciū est, uiolenta sagitta mea absq; ullo peccato. Tertia locutio eius ita habet: eodē Heliu dicēte ad Iob: Dixisti ēm, nō tibi placere quod rectū est, id est, deo dixisti, ait, qd tibi prodest si ego peccauero? Quarta uero locutio Heliu cōtinet, quod pro deo locuturus operatione sua deū iustū probare disponat: quod usq; in finē quarti huius sermonis sui inter prophetiæ suæ mysteria acerrime & cum summa instantia prosequit, & non desistit. c ¶ *Ideo dicam, audite me, etc.*] Quoniam prophetiā suscipiamus: Sciat quisquis est, quē hoc mouet, illa quæ spiritu dei prædicta sunt, suscipienda à nobis & credēda: Hæc uero quæ elatione cordis ab eo deprompta sunt, reprobanda: quoniā de proprijs suis, ut diabolus locutus est, non ex deo. i ¶ *Spiritus dei fecit me, & spiraculum, etc.*] Vt det autoritatem se audiendi, ita locutus est, quod non possit non recta & uera dicere, is qui spiritu dei factus sit, & omnipotentis spiraculo animatus: ubi trinitatis deum intelligere debemus. In deo enim nominat patrē, in omnipotente filium, in spiritu spiritū sanctum. Trinitatis enim deus creauit omnia: sed quando hominē fecit, propria & speciali quadam significatione nominū, per diuersam operū nuncupationē se uoluit demonstrare, ita legislatore dicente: Et creauit deus hominem, ad imaginē dei creauit eum, masculum & fœminam fecit deus. Itemq;: Et fecit deus hominē de limo terræ, & inspiranit in faciem eius spiraculum uitæ: & factus est homo in animam uiuentem: ubi in faciēte & inspirante, uel etiam benedicente, sine ulla discretione uel dissonantia uolūtatis, operatam trinitatem sentire debemus. Non enim refert aliquid uel diuersum intelligere facit, uerbum creauit, inspirauit, & benedixit: ubi secundum naturæ ueritatē, una est uoluntas opusq; cōmune. a ¶ *Si potes responde mihi, etc.*] Prolaturus uerba eius, responsionem deposcit, ut sub blādimento quodam & consolatione simulata, minarum terrorem incuteret: quo perturbatus Iob, facile multiloquio ipsius cederet. b ¶ *Dixisti ergo in auribus meis, &, etc.*] Quod ergo Heliu ait ad Iob: Hoc est ergo in quo non es iustificatus, id est, accusare debueras te, non laudare: non illud dicere, Mundus sum, sine peccato & immaculatus: iniquitas quoque non est in me, hoc est inquam in quo non es iustificatus, quia iustificatio per humilitatem acquiritur. Laus uero elationis condemnationem meretur. Potuit quidem ut uir iustus, & de sanctis operibus suis sibi bene conscius audenter aliqua quæ uera sunt, deo dicere: non potuit tamen hæc quę ei Heliu falso obijcit, uelut sacrilegus loqui. Denique illa quæ dixisse Iob dicit, ita inquiens: b ¶ *Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est inimicum sibi, etc.*] Non legimus hæc Iob dixisse, quę utiq; ex sensu eius, quasi à sancto Iob dicta, suis hic uerbis composuit. Vnde huncpotius non recte uerba dicere nouerimus, quàm eundem sanctum Iob dixisse credamus. d ¶ *Respondebo tibi ô Iob, quia maior sit deus homine.*] Ab ipso principio mūdi, & deinceps semper locutus est deus hominibus, & semel nihilominus loquitur: sed ubi frequēter loqui dicit deus, uel lex eius multiplex, uel prophetarū & mandatorū eius diuersitas indicat. Vbi uero semel loqui significat, stabilita ac definita eius sentētia demonstrat. Loqui enim deum efficientiæ eius res intelligitur. Semel loquit deus, & secundo idipsum non repetit, id est non immutat deus, nisi hoc ipsum uitæ nostræ mutatio depoposcerit. Hoc loco de duobus quibusdam correptionum gradibus Heliu diligenter enarrat & dicit: quòd eruditio diuina, uel castigatio circa hominem & noctis uisionibus fiat, itemq; in lectulo, unde ait: Contabescere faciat hominem, donec ad uitę huius extrema perueniat. Et cum ab aliquo sancto pro eo fuerit interuentum, ut fecit Esaias, p Ezechia rege, restituatur pristinæ sanitati. Et ait in subsequētibus, quod tribus uicib. hæc circa hominem operetur, id est euidenter et probabiliter & confirmatiuo modo: uel propter trinumeri perfectionē, uel propter triū testium ueritatem. Quo genere etiam patientiam dei, clementiamq; significat: quæ non statim, sed per partes, & per uices castigat & arguit delinquentē: ubi ei nec præceptis ueritatis iudiciū, nec inutilis remissio, nec iustitiæ imputat iniquitas. c ¶ *Increpat quoq; per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in uita sua panis, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Accesit usq; ad mortem anima eius, & omnia ossa eius marcescere facit. Cum per hæc itaque correctus homo atq; consumptus, morti & infernalibus mini-

uit me. Si potēs, responde mihi: & aduersus faciem meam consiste: ecce & me sicut & te fecit deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. Veruntamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & uocem uerborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus, & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respōdebo tibi, quia maior sit deus homine. Aduersus eum contendis, quod non ad omnia uerba responderit tibi. Semel loquitur deus, & secundo idipsum non repetit. Per somnium in uisione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures uirorū: & erudiens eos, instruit disciplina: ut auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius de corruptione, & uitā illius ut nō transeat in gladium. Increpāt quoq; per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in uita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius, & uita illius moriferis. Si fuerit pro eo angelus loquens unum de similibus: ut annuncient hominis æquitatem: miserebitur eius, & dicet: Libera eum, ut non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propicier. Consum-

stris appropinquauerit: si fuerit quispiam sanctorum, qui nomen sancti angeli habere mereatur: is pro huiusmodi qui pro peccatis suis à deo ita corripitur, poterit imperrare: si tamen de multis operibus bonis quæ operari debuerat: saltem unum bonū opus eius, quod tanquam sacrificium pro eo placabile offerat deo, uaIuerit inuenire. Exaudiet, inquit, & iubebit, ut prædictus ad correptionem infernorum cruciatuum nō descendat: eo quod uir magnus quidam extiterit, cuius preces deus non potuerit non audire. Et angelus quilibet de cœlo assistens ante faciem dei: potest pro quolibet peccatore in flagellis castigationum posito intercedere: ipsis enim est cura iniuncta à deo, uel maximè ut diuersis hominibus uel nationibus, defensionis siue custodiæ suæ opem ferant. De quibus Apostolus: Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatē capient salutis. Exemplum aūt rerū præsentiū, de quibus nunc loquimur, in scripturis dominicis reperiemus: ubi legimus, in somnis homines fuisse correptos, ut Nabuchodonosor regem superbissimū, & Laban qui parētis sui Iacob interitū disponebat, & Abimelech regem, qui sancti Abrahæ domum contaminare tentabat, & uxorem Pilati, quæ ait ad eū de domino nostro Iesu Christo: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum per somnium

Heb. 1.d

Dan. 4
Gen. 31
Ibid. 20
Matt. 27

propter eum. Et magi in euangelio in somnis admoniti per aliã uiam regrediũtur. Fideles etiam uiri à deo in somnis instruunt, ut Iacob patriarcha: & alios legimus infirmatos esse propter peccata, de quibus illum paralyticum fuisse discimus, cui ait dominus: Remittũtur tibi peccata tua. Legimus & sanctos ęgros fuisse, ut Trophimũ et Epaphroditũ: quos utiq; uelut iustos tali castigatione examinatos credere debemus, non ut peccatores infirmitatis uerbere flagellatos. Sequitur: *a ¶ Consumpta est, etc.*] Recepit, inquit, mala pro meritis suis & suppliciorũ atq; pœnarum mensuram: sufficiant hæc ei uerbera castigationis, quibus reuocatus est ad emendationem: nunc indulgentia diuinę pietatis, ad dies adolescentiæ reuertat, id est sit iterũ sanus atque incolumis. *b ¶ Deprecabitur, etc.*] Quod interim corde fit, cum per deum bonum cõscientiæ possideat. Videbit autem dei faciem propicium sibi uultum illius sentiens, redditurus ei digna satisfactione iustitiã. *c ¶ Respiciet homines, etc.*] Magna res est, deoq; plurimum acceptabilis: ut homo errores suos confiteri non erubescat: præsertim si, p eis se intelligat castigari: & ita se humiliet, ut quicquid castigationis sustinuerit, pro meritis suis parum se passum pronunciet. *d ¶ Liberauit animam suam, etc.*] Id est, agnitionis dei lucem & immensa beneficia illuminatus agnosceret. *e ¶ Attende Iob & audi me, etc.*] Quasi hac ratione Heliu sanctum Iob conuicerit, ait illi: Audi me, id est, docenti te obediens esto, & præbe cõsensum. Quod autem dicit, ut taceat, eloquentem & tanquam minus eruditum, uel impatientem iubet ut fileat.

Caput XXXIIII.

Pronuncians itaque Heliu, etiam hæc locutus est.] Quasi sententiam Heliu pronunciare dicitur, & præsentes amicos sancti Iob ad audiendum se cohortatur. *g ¶ Audite sapientes uerba mea, & eruditi auscultate me. Auris enim uerba probat, & guttur escas gustu dijudicat.*] Quemadmodum igitur, inquit, à faucibus ciborum sapor dinoscitur: ita & uerba, aurium iudicio cõprobantur. Et idcirco ait Heliu: *h ¶ Iudicium eligamus nobis.*] Id est, prius discutiamus: antequam hominem condemnemus. *i ¶ Quia dixit Iob, iustus sum.*] Non sermonem hunc Iob dixit: sed dum uirtutes iusticiarum suarum notas fecit, iustum proculdubio se esse mẽstrauit, quem & dñs iustum iam dixerat. Quod hic dicitur: *k Deus subuertit iudicium meum.*] Similiter & hoc ipsum nõ legimus, sed scriptum tenemus: Viuit deus, qui abstulit iudicium meum. Subuertere autem iudicium, ad iniquitatem respicit iudicantis: abstulisse uero iudiciũ, id est, pro tẽpore distulisse, ad dispensationem iusti iudicis pertinet. Et multiplicauit uulnera mea etiam sine causa. Proinde hoc loco asserẽte Heliu, hic esse sensus uidet: quod cũ Iob ita dixerit, fefellit deũ iudiciũ meũ, nõ recte & uere iudicauit, & ideo erga me mendacio agit. Quæ autẽ locutus est Iob, magis incaute & præsumẽs de iustitia dei dixisse credẽdus est. Proinde iuste ei et merito deus ait: Vtique qui arguit deum, debet respondere ei, in quibus utiq; uerbis dei increpatur. Hoc resonat quod beatus Iob non recte aliqua fit locutus: sed qui optime nouerat, quod bona in eo plurima essent: unde & illi placuerat, concedit ea quæ immoderatus eũ loqui in summis angustijs dolor cõpulit. *l ¶ Quis est uir ut Iob, etc.*] Cuius uiscera tanquam aquæ abũdãtia, ueneno huius passionis impleta sunt. *m ¶ Dixit enim: Non placebit uir, etc.*] Inuidiose de deo sancti Iob locutũ fuisse mentitur: quia beatum Iob tam infeliciter sapuisse non credimus, sed nec alicubi eũ hoc dixisse meminimus. *n ¶ Ideo uiri corda ti, etc.*] Quasi exposita impietate sancti Iob: & in medio audientium prolata in inuidiam Iob, quasi impia sit locutus. *o ¶ Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, etc.*] Id est, nũquid alium rectorem posuit, qui à creatoris iustitia discreparet. Ipse ergo quàm potens conditor, tam pius est moderator, quia opus suum agnoscit & diligit. *p ¶ Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad, etc.*] Id est, mundi: nam si omnia quæ in eo quotidie geruntur, secundum regulam iustitiæ suæ uoluerit intueri, deficiet ac peribit, sed eum pietate potius gubernat ac sustinet. Nam si iniquitatem obseruauerit, quis sustinebit: Spiritum dixit animam, quæ uiuificat hominem: & flatũ, ipsam præsentem uitam, quæ corporibus nostris per anhelitum ex hoc aere ministratur. Hæc ergo Heliu dicit ad se trahere deum: cum aufert hominibus uitã, quã eis creando tribuerat. Possunt per spiritum prophetiæ hæc loca ita uideri figurata: ut nunc in Christo cõpleantur, qñ dispensatione carnis assumptæ, pater eundẽ filium

lium suum, per quem omnia fecit, ad hunc modum ex suo eructatum corde direxit: ut spiritum eius & flatum ad se traheret, id est ut auferret ab eo per humilitatẽ crucis spiritũ, id est superbiam spiritus mundialis: flatum quoq; tumẽtis eloquij, quo anhelans gloriabat in sermonibus suis. Sic quoque homo in se represso tumore deficeret: ac reuertens in seipsum, cognosceret se terram esse, & cinerem, ubi secũdum moralem intelligentiam, illud de psalmo sentimus: Et auferes spiritum eorum, & deficiẽt, & in terram suam conuertentur. Postea ergo quàm de uirtute dei & iustitia prędictis locutus est, Heliu se rursum ad Iob conuertẽs dicit: *a ¶ Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, et auscultа uocẽ eloquij mei. Nunquid qui non, etc.*] Manifestũ est, inquit, quia is qui iuste & recte iudicare non diligit, neq; sanare à uitijs animam, neq; corrigere quenquam potest, & quomodo tu sanator es languorũ nostrorum, qui iniquitates notare præsumis? *b ¶ Qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannum, dum disceptaret contra pauperem.*] Secundum mysticos intellectus, principes isti Iudæorum scribæ & pharisæi & sacerdotes possunt intelligi, quos in euangelio increpat. Tyrannum uero eundem populum Iudæorum, non ab re esse sentiamus: qui contra cœtum sanctorum ecclesiæ, pauperem, humilem spiritu, contritum corde, reijciendo hodie disceptat: quod facere & tempore apostolorum non desinebat, quando per omnes ciuitates contra eos pugnas & seditiones agebat. Hos igitur ut infideles & impios dominus non cognoscet, quibus etiam manifeste dicturus est: Non noui uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur, dicente Heliu de his, de quibus dicit superius. *c ¶ Subito morientur, & media nocte.*] Secundũ sensum apostoli est, qui ait istud de filijs tenebrarum: Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Mediam uero noctem dictam ideo existimo, eo quod in profunda cordis cæcitate positi, spiritualiter moriantur. *d ¶ Turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent uiolentum, etc.*] Secundum psalmistam: Cum uiderit, inquit, iustus uindictam impiorum, exemplum uidelicet peccatorum hominum pertimescens, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabuntur populi, qua perturbatione terram sensibilem legimus conturbatã, sicut propheta ait ad deum: Commouisti terram, & conturbasti eã: sana contritiones eius, quia mota est. Sic enim quasi boni uiatores ad futurũ seculum pertransibunt, ubi locus non erit impio: aliter nullum habebit adiutorium uiolentus, quo defendi uel erui possit à pertrahẽtibus eum ad suppliciũ mortis. *e ¶ Non sunt tenebræ, etc.*] Siue ut alij dixerũt in fine huius uersiculi, ut latitẽt qui faciunt iniquitatẽ. Quod utrunq; secundũ illum psalmistæ sensum est, ita dicẽtis: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? *f ¶ Neq; enim ultra, etc.*] Id est, si habuerit in potestate ut ueniat, potest habere ut non ueniat. *g ¶ Conteret multos, etc.*] Vt de Heli sacerdote & Samuele, & Saul, & Dauid Iudęorum populo & gentium. *h ¶ Nouit enim opera eor. etc.*] Sub his quoq; uerbis Heliu significasse potuit ob merita sua Iudæos nocte infidelitatis exęcandos: ut conterantur & humilientur, sicut prophetа & Apostolus ait: Dedit illis deus spiritum compunctionis. *i ¶ Qui quasi de industria, etc.*] Omnes qñ peccatores & impij contra inditum sibi bonum naturæ agũt, sicut Apostolus ait: Qui cum cognouissent deum, non sicut deũ glorificauerunt. Vbi autem cognouerunt deum, nisi inspiratione & iudicio mẽtis? Vbi ergo deo gloriam suam habuerũt contemptui, ubi ab ea contra suam conscientiam recesserũt, omnesq; uias mandatorum dei, quas suis cordibus habent ingenitas, nosse & intelligere detractarunt: cum hominibus quoq; ita impie & iniuste egerunt, ut ad deum pauperum oppressorum clamor ascenderit. Siue Iudæos impios atq; incredulos percusit deus in loco uidẽtium, id est, in lege Mosaica, ubi prophetæ qui uidentes dicti sunt inhabitabant. In ipsa spe legis & promissorũ compositione tanquam in quodam uidentium loco iuste percussi à deo sunt: intantum ut oratio illius qui propter nos pauper factus est cum esset diues, ascenderet ad deum: Disperge illos in uirtute tua. Siue uiuentes sunt omnes, qui in Christo ex fide uiuunt: in hac enim spe positi, mente contemplantur futuram beatitudinem. In hoc igitur loco, ubi quasi fide stantes sunt: quidam sub fidei huius uocabulo habent speciem pietatis: uirtutem autem eius sunt abnegantes. Hi ipsi igitur, qui hæretici intelliguntur, in loco dei male stantes, à deo percutiuntur, apostolis & ecclesiarum doctoribus, id est, pauperibus Christi, contra eos resistentibus, & ad deum clamantibus. *k ¶ Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? etc.*] Propheta ait ad populum: Orate pro uita Nabuchodonosor, ut illius pace sit pax uobis. Siue pacem ecclesiæ & quietem ipse concedit, quando non surgunt aduersus eam pugnæ persecutionum, siue quando hæreticorum lites & scandala conquiescunt. Necnõ contra uitiorum bella quietis & pacis silentium ipse donat: quando deuictis eis, & ue lut acerrimis hostibus expugnatis, pax fit in homine summa uirtutum. Quod autem ait: *l ¶ Ex quo abscondit uultum suum.*] Hoc est, quòd nisi ipse dignatus fuerit se homini reuelare, quis est qui possit eum suis uiribus

Universidad de Barcelona Biblioteca

A intueri, nel perſcrutando ad maieſtatē eius accederes? a ¶ *Qui regnare facit, etc.*] Quod manifeſte in Saule rege apparuit, & ſicut dñs ait: Auferam de Hieruſalem iudicem & prophetam, & ſapientem & conſiliariū: & dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabūtur eis. Et Nabuchodonoſor iuſto iudicio dei, multa regna, & plurimas nationes accepit. Poteſt & diabolus homo iſte intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomē ſortitus eſt, de quo dominus ait in euāgelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita uero & ſimulator ideo eſt appellatus, quoniam transfigurat ſe in angelum lucis: cū ipſe potius autor ſit tenebrarū, id eſt, omnium criminum, & peccatorum inuētor. b ¶ *Quia ergo, etc.*] Quaſi in iudicio cōſtitutū: permittit eum interloqui: ut ſi quid forte ſibi eſt dicendū, non taceat.

c ¶ *Si erraui, tu doce me: ſi iniquitatem, etc.*] Id eſt non loquar. d ¶ *Num quid à te de. etc.*] Tu dixiſti quod iniquus eſſet deus: quia à te iniquitatem & iniuſtitiam uitæ, iniuſta correptione exigeret: cui neceſſe eſſet iniuſte afflictum contra eū loqui iniuſta, & ob hoc inique diſplicuit tibi deus, dum eius iuſtitiam qua te punit inſontem, non uis ueram eſſe iuſtitiam. e ¶ *Viri intelligentes loquantur mihi, & uir ſapiens audiat me.*] Heliu ſanctum Iob deſpiciens, conuertit ſe ad eos qui communus aſſiſtebāt, & ita de beato Iob definite pronūcians, ait ad eos. f ¶ *Iob autem ſtulte locutus eſt, & uerba illius non ſonant diſciplinam.*] Manifeſtū eſt. g ¶ *Pater mi.*] Quiā ab ipſo eſt homo creatus & conditus. Probetur Iob, inquit Heliu: non examinetur, quod ſolet ad probationē eruditionis referri. h ¶ *Probetur Iob.*] Id eſt, manifeſtetur, probatum ſit omnibus cunctiſq; pateat Iob qualis ſit, ante probetur inquam Iob. i ¶ *Vſq; in finem.*] Id eſt, inſit in eo iugiter plaga flagelli huius, neq; deſinat infligere pœnas operantibus iniquitatem. k ¶ *Qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam.*] Id eſt ſuper hoc q' peccator eſt: addit ad cumulum peccatorum, ut in blaſphemiæ crimen erumpat, propter quod mala hæc cruciatuum ſuſtinet. l ¶ *Inter nos interim conſtringatur, etc.*] Condemnetur inter nos interim, ne & nobis in iniuſtitiam reputetur, abſq; crimine noſtro erit ſi poſtmodū deum prouocare tentauerit.

Caput XXXV.

IGitur Heliu hæc rurſum locu. etc.] Fieri poteſt, quod de ſermonibus ubi aſperius locutus eſt ad deū, q̄ forſitan debuit: aliqua inde hic Heliu deſcripſerit, & uerborū ſuorū inuidioſe, quaſi ſenſus illius dicere uoluerit. n ¶ *Reſpondebo ſer. etc.*] Pro eo quod nō potuerūt ei rationabiliter reſpondere. o ¶ *Suſpice ad, etc.*] Id eſt, cui te æquare præſumis? Hoc ait Heliu: qui deum corporaliter locis cōtineri arbitrabaē, quod in excelſis tantum atq; in ſublimibus deus dñs commoretur. p ¶ *Proinde ſi pec. etc.*] Quod ita dixiſſe mihi uideturi: non enim te peccante, deo dāni aliquid inferē, aut ſi pro multitudine peccatorum tuorum ulciſci te uoluerit, nunquid poteris ei contraire? q ¶ *Porro, etc.*] Hinc Dauid dicit: Quoniā bonorum meorum nō eges. r ¶ *Homini qui etc.*] Id eſt, homini nocere poterit impietas tua, ſi male agentē te æmulatus fuerit: quēadmodum filiū hominis iuſtitia tua adiuuabit, ſi uias tuas cū recte incedis dirigitē. s ¶ *Propter multitudinem, etc.*] Subhac qualitate diſputationis ſuæ, Heliu ſanctū Iob talibus admiſcet: eiſq; ſimilē iudicat, dum calumniatores & tyrannos, iniquos homines nominat: quorum calūniis & potentia, homo & filius hominis oppreſſi ingemiſcunt. Et modo ſpiritualiter hunc hominē & filium hominis, populum ſanctum nō abſurde ſentimus: qui propter unitatē totius corporis eccleſiæ, homo unus dicit, ſicut apoſtolus ait, & ſecundū pſalmiſtā filius hominis appellaē, ita dicentē: Fiat manus tua ſuper uirū dexteræ tuæ, & ſuper filiū hominis quē confirmaſti tibi. Poteſt hoc & de inuiſibilibus inimicis dici: q occulta impugnatiōe uitiorū, mentibus dominantur, propter quod fideles eiulātes in oratiōe ad deū dicūt: Eripe me de inimicis meis deus meus. i ¶ *Et non, etc.*] Quādo utiq; affligebāt prædictos quos ſibi per iniquā dominationē deo permittēte ſubegerāt: ita ut hi ſub tāta neceſſitate preſſurarū poſiti eiularēt, & clamarent ad deū: illi nō intenderunt animo, neq; intenderūt in cœlū, ut ſaperent quod deo cōditori ſuo hæc omnia diſplicerent. Non dixit inquā apud ſemetipſam talia multitudo iniquorū, ſiue dæmonū. u ¶ *Vbi eſt qui, etc.*] Hoc ait Heliu. Cum ergo iuſtos & recte uiuentes à ſupradictis, deus tribulari permittat, cōſolationem tamen eis in nocte tribulationū cōcedit. Nox enim ipſa tribulatio intelligitur, ſecundum illud pſalmiſtæ: Probaſti cor meū, & uiſitaſti me in nocte: ſicut & proſperitas aliqñ dies dicitur: qñ qui in proſperis eſt, quaſi quadā felicitate illuminatur. Vnde ait in pſalmo: Per diem ſol non uret te, neq; luna per noctem. Tantā, inquit Heliu, tolerātiam, iuſti homines à deo accipiunt, ut etiam in nocte tribulationis, hymnorum ſpiritualiū canticis delectent. Canti cum ergo ad exultationē cordis, uel maxime pertinet.

omnes homines. Qui rēgnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Quia ergo locutus ſum ad deum, te quoq; nō prohibebo. Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus ſum, ultra non addam. Nunquid à tē deus expetit eam, quia diſplicuit tibi? Tu enim cœpiſti loqui, & non ego. Quod ſi quid noſti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & uir ſapiens audiat me. Iob autem ſtulte loquutus eſt, & uerba illius non ſonant diſciplinā. Pāter mi, probētur Iob uſq; ad finē. Ne deſinas ab homine iniquitatis: qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam. Inter nos interim conſtringatur, & tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

Caput XXXV.

IGitur Heliu hæc rurſum locutus eſt: Nunquid æqua uidetur tibi tua cogitatio, ut diceres, iuſtior deo ſum? Dixiſti enim: Non tibi placet quod rectum eſt: uel quid tibi proderit, ſi ego peccauero? Itaq; ego reſpōdebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Sūſpice cœlum & intuere, & contemplare æthera quod altior te ſit. Si pecca ueris, quid ei nocebis? Et ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eū. Pōrro ſi iuſte egeris, quid donabis ei, aut de manu tua accipiet? Homini q ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filiū hominis adiuuabit iuſtitia tua. Propter multitudinē calūniatorū clamabūt, & eiulabunt propter uim brachij tyrannorū. Et nōn dixit: ubi eſt deūs qui fecit me, qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos ſuper iumentā terræ, & ſuper uolucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter ſuperbiam malorum. Nōn ergo fruſtra audiet deus, & omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur. Etiam cum dixeris: nō conſideratiudicare cum illo, & expecta eū. Nūnc enim nō infert furorē ſuum, nec ulciſcitur ſcelus ualde. Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum, & abſq; ſcientia uerba multiplicat.

Cap. XXXVI

ADdēns quoque Heliu hæc locutus eſt: Suſtine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetām ſcientiam meam à principio, & operatorē meum probabo iuſtum. Vere enim abſq; mendacio ſermonis mei, & perfecta ſcientia probabit tibi. Deūs potētes non abijcit, cū & ipſe ſit potens: ſed non ſāluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Nōn auferet à iuſto oculos ſuos, & regēs in ſolio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Et ſi fuerint in cātenis, & uinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, & ſcelera eorum: quia uiolenti fuerunt. Reūelabit quoq; aurem eorum, ut corripiat, & loquetur, ut reuertant ab iniquitate. Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. Si autem

A Proinde hęc exultatio de ſpe futuri gaudij naſcit in cor de canentiū, & faciunt more uiatorū: qa ipſi ut uiatores & peregrini tranſeūt per hunc mundū, q ut ad deſtinatū ſibi locū ſine labore perueniāt, cāntico fatigationē itineris conſolant ac ſubleuant. Et iuxta myſticos intellectus, noctē, ſecretum quoddā, ac diuinę diſputatiōis remotū ſilentiū intelligamus, qđ alijs ſeculis, ſicut Apoſtolus ait, nō fuit reuelatū filijs hominū. Quæ nox in quatuor uigilias ſit diſtributa: ut à principio mundi uſq; ad Chriſtū dñm noſtrū hanc noctē dicamus, ut ſit prima uigilia noctis huius, ipſe Adam primus & pater hominū, p cuius cōditionē euigilet animus humanus, ut credat creatorē omniū rerū deum. Secūda uero uigilia ſit tēpore Noe, quo naufragiū mūdi factū ſit, ut euigilent homines, ne & ipſi intereāt. Tertia aūt uigilia ſanctī Abrahæ tēporibus habeaē: per quē cognoſcat mundus, quēadmodū ſit fide uiuendū, & deo placendū. Quarta uero uigilia ſit circa tēpora Prophetarū: q auroræ & lumini diei appropinquāns, uiciniores fuerūt: quiq; in ipſum Chriſtum proximū ſibi diē penē electā noctem, fidei oculis intendebāt. In hac igit nocte per ſingula tempora prædictorū, ſiue prophetijs, ſiue ſignificatiōibus, de Chriſto lęta gaudioq; plena prēnūciata ſunt. Itemq; ad illā cōparationē futuræ reuelationis filiorū dei: ubi gloriā æterni illius diei percepturi ſunt, & in re ipſa beatitudinē poſſeſſuri: nox eſt prēſens hęc uita, cui fructus ſui in futurū abſcōditi ſunt, & ideo adhuc nox eſt, quia nondū uides quod ſperas. Proinde in hac nocte expectationis, hymni & cāntica ſcripturarū dicta ſunt nobis, donec diſcuſſa nocte fidei ad diē æternæ māſionis perueniamus. a ¶ *Qui docet nos ſuper iumenta.*] Docet in cōmunibus eruditum, ſubtilioribus: docet non ſolū per naturæ dona, ſed etiam per gratiæ munera. Secundum tropicum uero intellectum, iumenta, homines carnales plerunq; intelligūtur, qui gulæ & uentri, & luxuriæ dediti ſunt. Alij autem uolatilibus comparantur, ſiue propter leuitatem morum, ſiue propter ſuperbiā, qua tumentes quaſi in altum eleuantur. Vnde dicit Apoſtolus: Noli altum ſapere. & dñs in euāgelio: Quia quod eſt in hominibus altū, abominatio eſt ante deum. nam in Græco ſuperbus ὑπερφάνος dicit, quod eſt ſuperapparēs, ut elatā mentem hominis tumidamq; ſignificet. b ¶ *Ibi clamabunt, etc.*] Quod dixit, ibi clamabunt, fortaſis ſignificare uoluit locū pœnarū, ubi non exaudiendi ſunt peccatores, propter ſuperbiā malorum: ſiue ut alij dixerunt, ab iniurijs malorū: quia mali bonis & iuſtis inſectationis iniurias irrogare non deſinunt.

c ¶ *Non ergo fruſtra audiet, etc.*] Hoc ait, quod peccatores perſiſtentes in malis ſuis, non audiat deus: quoniam ſine cauſa utiq; ad eū clament, qui non merent audiri. d ¶ *Etiam cum dixeris, etc.*] Quando uides, ô Iob, quia nō ſtatim deus reddit peccatorib. quæ merent, noli puſillanimitate frāgi, ut in blaſphemiā erūpas, & dicas deū in iuſtū ſiue iniquū: ſed iudicare cum eo debes, id eſt, iudicijs eius cōſentire: nō contra eum præſumptuoſo iudicio tuo in eius iniuriā proſilire. e ¶ *Nunc enim nō infert, etc.*] Quoniā igitur ſtatuit diē, in quo iudicet de orbe terrārū, idcirco in hoc tēpore uindictā iuſtitiq; ſuæ non generaliter exercet. Et hoc totum in exprobrationem ſancti Iob loquitur, quem uelut reum criminū in hoc malum pœnarum dei ſententia pro parte cōdemnat. Vnde ſcribit cui reſtent plurima, quæ adhuc ſit poſtmodū recepturus. f ¶ *Ergo Iob fruſtra, et.*] Iuxta hæc conuictum ſanctum Iob Heliu arbitratur, & quadā uerborum ratione concluſum.

Cap. XXXVI

ADdens quoq; Heliu hæc lo. etc.] Id eſt, pro iuſtitia & cauſa eius cōſentiens

A qui dicunt in corde suo, nō est deus, æternis cruciatib. consumantur. *a* ¶ *Simulatores & callidi, etc.*] Ipsum sanctum Iob apertius in hoc loco uidetur Heliu quasi ex obliquo percutere, quod & ipse quasi callide & nequiter ageret, uirum quoq; egregium simularet. Quicq; etiā cum esset uinctus plagæ huius cōpedibus, clamare ad deum, & inuocare eum, ut à laqueis pœnalibus illigatus absolueret, minime curaret, quod utiq; desperatione siue cōtemptu faceret. De cæteris quoq; peccatorib. similiter hoc ipsum potest intelligi, qui cum uenerint in profundum malorum contemnent. Et de Iudæis, & de hæreticis, qui ficta dogmata quasi ueritatis uelamine operientes in noctis perfidia obstinato & obdurato corde persistunt. *b* ¶ *Morietur in, etc.*] Vitiosos & uitia esse nouerimus, quæ sicut de uirtutibus animi nihil in se habent quietū uirile, & frugi: sed totū turbulētum remissum & fragile: Ita necesse est ut uelut tēpestate, animā semper suis illecebris inquietent: portūq; uirtutum B hominē non sinant apprehendere, & fit istis talibus fluctibus, quod Salomon ait: ut taceat anima tanq; in corde maris, & uelut gubernator in magna tēpestate. Vel aliter tēpestas aduētus ac iudiciū dei est, de quo dicit: In circūitu eius tēpestas ualida. *c* ¶ *Eripiet de an. etc.*] Pauperē saluatorē nostrū intelligimus: q propter nos pauper factus est, qui in diebus carnis suæ, preces ac supplicatiōes patri obtulit, ut posset à morte saluū facere pauperē, sanctum populū dei humilē spiritu. Vel pauperē quemlibet iustorū, eruet de angustia pressurarū, sicut etiā in diuinis scripturis diuerso modo legimus liberatos. *d* ¶ *Et reuelabit in, etc.*] Id est, fortis sit unusquisq; eorū in tribulatione, corroborante uisitatione diuina: qñ à deo homo tribulari permittitur, cōsolationē in aure cordis dñi, illic audiēdo percipiet. *e* ¶ *Igitur salu. etc.*] Hoc in loco infernorū habitacula ab Heliu describuntur, quæ immensa capacitate sui fundamentū non habeāt. Ad quorum tū fundamēta in prophetis legimus, luciferū qui mane oriebat deposituū, multitudines quoque regū & populos innumerabiles gentiū. Ore autē angusto inferi ideo appellant: eo quod amplū sit ad recipiendū, angustum ad dimittendū: qm mortuos intra se teneāt, & eos ad uitam non patiant exire. Dauid quo Psal. 68. d que sanctus similiter ait ad deum: Libera me ex odiētibus me, & de profundis aquarū. Non me demergat tē pestas aquæ: neq; absorbeat me profundū, neq; urgeat super me puteus os suū. Proinde nouerimus quia loca infernaliū ergastulorū, secundū fidem scripturarum in rer immensas abyssi aquas sint constituta: ab illis inferi sedibus nullus homo merito suo liberatus est, nisi gratia dñi nostri Iesu Christi. Et non solum, inquit Heliu, à Tartareis angustijs liberaberis, uerumetiam in latissimo refrigerij nemore, uelut in cāpis spaciosis liber incedes. *f* ¶ *Requies autem men. etc.*] Amœnitatem paradisi & iocunditatem, requiem nominando significat, quæ sancti uiri in honorem diuinæ uenerationis merito laudauerunt. *a* ¶ *Omnes homines uident, etc.*] Per naturæ bonum, notitia creatoris inest cordibus hominū, & quamuis aliquis tam prauus sit & frigidus, ut alterius esse studeat à creatore suo deo: nullus tamē est qui se abscondit à calore eius. Et ideo unusquisq; mortaliū, licet delonge, sentit & intelligit, dissimiliter q̄dem omnino: quia nō tanquàm corpus aut sicut quencunq; spiritum creatum, ita sentit esse deum siue intelligit, sed alio multo & ineffabili modo, quo deus acie mentis est intuendus: ubi in ipso obtutu cordis intelligendo, uidet homo quod supra ipsum est illud diuinū nomen, quod cōtemplari conatur. *b* ¶ *Ecce deus magnus etc.*] Vincens scientiam nostrā magnitudine scientię suæ & altitudine iudiciorum suorum. *c* ¶ *Qui aufert stillas pluuiæ, etc.*] Hanc ergo pluuiam, legem Moysi intelligamus, quæ de cœlo uelut pluuia uenit populo Iudæorū. Et pluuia dicta est propter præceptorum multitudinem, sicut & ipse Moyses de eadem gente Iudæorū ait, diceris: Expectetur sicut pluuia eloquiū meum. Huius igitur pluuiæ stillas B de illa gente abstulit deus, ut est uel de incarnatione uel passione, uel de resurrectione Christi, quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt, quæ sunt parua quidem mandata legalia, ut ea ad euangelij fidem transferret, si- Rom. 9. f cut ait Apostolus: Verbū enim consumans & breuians in æquitate, & reliqua. Et de his stillis, paruisq; guttis, tonante euangelio, prædicationis Christi imbres effusi sunt super terrā. Et hi imbres adinstar gurgitum esse dicuntur, qui utiq; cum in terrā copiose descendant: profunditatem in se & obscuritatē continent mysteriorum, quæ in lege & prophetis per figuras & similitudines dicta uel facta sunt, in reuelatione aduentus dñi, obscuritate sui & profunditate mysteriorū, ueluti clausa signa inuenta sunt. Imbriū uero nomine, large effusam gratiam spiritus sancti esse nouerimus, sicut ait Apostolus, per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christū. *d* ¶ *Qui de nubibus fluunt, etc.*] Nubes scimus plerūq; in scripturis sanctos appellari, sicut & manifestum est quodā Esa. 5. b loco, dicente dño: Et nubibus mandabo, ne pluant super eam pluuiam, id est uineam, quod est, super gētem peccatricem Iudæorum, uerbis suis salutis pluuiam nō effunderent. De talibus igitur nubibus, apostolis uidelicet & apostolicis uiris prædicatoribus ueritatis: illi imbres pluunt talem pluuiam, quæ habeat in se similitudinem gurgitum, propter arcanorū cœlestium opacitatem: ubi congrue illud Dauidicum dicitur: Tenebrosa Psal. 17. b aqua in nubibus aeris. Hæ igitur nubes inquam, per quas imbres gurgitum fluunt in terrā, prætexunt cuncta desuper. Habentes enim intra se aquam euāgelij, ut flumina de uentre eorum fluant aquæ uiuæ, de superioribus mysterijs, quasi quodā prætextu & obscuritate aquarum obstaculum carnalibus faciunt & terrenis. *e* ¶ *Si uoluerit extendere nubes quasi, etc.*] Ita enim prædictas nubes extendit, ut de eis in omnem tertam exierit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba illorum: quēadmodum postea locutus est ad discipulos suos, id est nubes suas, dicens: Et eritis mihi testes in Hierusalem Act. 1. a & Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimum terræ: per quas utiq; nubes suas fulgura prædicatiōis resplenduerūt, & nomis Christi fama de cœlo uelut lumen effulsit. Maris etiā mundi uidelicet huius cardines occupauit: siue cardines mūdi possumus intelligere principes & capita gentiū diuersarum: quorum errorib. ac prauis doctrinarū suasionibus mūdus in loco superstitionis dæmoniorū uelut in cardine uertebatur. *f* ¶ *Per hæc enim iudicat populos etc.*] Istis enim rebus sacramentorum prædictis: statuit deus pietatis suæ iudicio uniuersis populis misereri, & dare escas doctrinæ uerbi sui, siue mysteriorum cunctis mortalibus, secundum quod ipse ait: Ego sum pa- Ioan. 6. c nis uiuus qui de cœlo descendi. *g* ¶ *In manibus abscondit lucem, etc.*] Potestate iusti iudicij sui, lumen notitiæ suæ abscondit à peccatoribus malum operantibus, & uenire eam ad illuminationem mētis præcipit, si deum D adiutorem eius quispiam fideliter quæreret. *h* ¶ *Annunciat de ea amico suo, etc.*] Deus luce manifestationis suæ fidelem sibi amicum in corde docet & instruit. Eruditēs quoq; annunciat ei, quod lux siue illa illuminationis gratia, siue diuinorum charitas promissorum possessio eius, & ad eam si disponat ascensiones in corde suo quotidie proficiendo perueniat.

CAP. XXXVII

Super hoc expauit cor meum.] Siue obstupuit cor meum, ut alij dixerunt. *k* ¶ *Et emotum est de loco suo.*] Prædictis diuinis mysterijs & luce cognitionis dei patefacta, quæ nisi amicis dei & fidelibus demonstratur: perterritum est, inquit, cor meum Heliu, & zelo ignorantiæ ad sacramentorum cognitionem translatum. *l* ¶ *Audiet auditionem in terrore, etc.*] Quemadmodum uult deus audire quod dicit, ita audite: quoniam terret uox eius tantis sacramentis mysteriorum præualida: sonumq; oris eius, siue ut alij dixerunt, strepitum, pari modo audite. Hic ergo sonus est maxillarum dei, qui forte ideirco sonus dictus est, non simpliciter sermo, ut inobedientia surdos & obdurato corde incredulos uox clarior percuteret, & rotos ad timendum dominum commoueret. *m* ¶ *Subter omnes cœlos ipse considerat, etc.*] Quid sit hoc mirum de omnipotentia dei, qui ubiq; est in cœlo, & in terra, in mari, & in abyssis. Sed uideamus secundum allegoricum intellectū quid sit quod de Heliu ait: Subter omnes cœlos considerat. Sanctos uiros, cœlos scriptura diuina appellare consueuit: propter cœlestem utiq; conuersationem, quibus ita dicitur: Conuersatio uestra in cœlis est. Dominus er Philip. 3. b go subter hos cœlos considerat: uel dum ea quæ intra eos sunt, arcanorum scrutator introspicit: uel dum imbecillitatem corporum eorum quæ animi imperio crucis uirtute se subdiderint, gubernat, ac sustinet, & cōtra

tem non audierint, transibunt per gladiū & consumentē in stultitia. Simulatōres & callidi prouocāt irā dei, neq; clamabunt cū uincti fuerint. Morietur in tēpestate anima eorū, & uita eorū inter effœminatos. Eripiēt de angustia sua pauperē, & reuelabit in tribulatiōe aurē eius. Igitur saluābit te de ore angusto latissime, & nō habente fundamentū subter se. Requies autē mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciūq; recipies. Nōn te ergo superet ira, ut aliquē opprimas, nec multitudo donorū inclinet te. Dēpone magnitudinē tuam absq; tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Nē protrahas noctem, ut ascendāt populi pro eis. Cauē ne declines ad iniquitatē, hanc enim cœpisti sequi post miseriā. Eccē deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutāri uias eius: aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? Mementō quod ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri. Omnēs homines uident eū: unusquisq; intuetur procul. Eccē deus magnus uincens scientiam nostram. Numerus annorum eius inæstimabilis. Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper. Si uoluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoq; maris operiet. Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem, & præcipit ei ut rursus adueniat. Annūciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Caput XXXVII

SVper hoc expauit cor meum, & emotum de loco suo. Audiet auditionem in terrore uocis eius, & sonum de ore illius procedentem. Super omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Post

Id est, nec paruos nec magnos tua iniusta opprimas dñatione, uel omnes motus depone fortitudine superbiæ roboratus. *k* ¶ *Ne protrahas noctem, etc.*] Iam sufficit hucusq; in hac cæcitate uixisse. Iam ad lucē prudentiæ D ac iustitiæ uenire contende: siue noctem quā tibi ex diuersis peccatis cōtexuisti, ut in ea uelut in continuis ac iugibus & perpetuis tenebris ambulares: iā quæso ait, ne adhuc protrahas, & tanq; restem addendo peccata peccatis, in longum delecteris extendere: lumine ergo correptionis huius iam finē talibus impone peccatis: nā protractione hac, inemēdabilis uita tua fiet, ut pro omnibus malis operibus tuis, populorū preces ascendant ad deū: quos utiq; iniquissime deprimebas, interpellantiū cōtra te, suasq; miserias sibi à te irrogatas, ante sedem diuinæ iustitiæ deponentiū. *l* ¶ *Caue ne de. etc.*] Hoc, inquit Heliu, ne in desperationē declines peto, & blasphemiæ iniquitatē iam caueas, sed reuerti festines ad deū. Video enim te post huius plagæ tuæ horrendā miseriā: ad interitū tuū, hanc impietatis sequi uelle pernicie: & uoluntatē tuā & cogitationē, ad aduersariū mittere pusillanimitate deiectū. *m* ¶ *Ecce deus, etc.*] Si poterit ei esse quispiā, & potentia & uirtute similis: poterit & iustitia atq; sapientia, legisq; multiplicatiōe, iudicijs quoq; eius similis inueniri. Et ideo cognosce ait, quia nullus à deo qui solus est & fortis & sapiens, iniuste poterit condemnari. *n* ¶ *Quis poterit, etc.*] Quis utiq;, ni si impius superbus: siue sacrilegus uias diuinorū operū scrutari præsumat: quod non licet, & tamen quanta uis intentione mentis perquirat, eas inuenire non poterit. *o* ¶ *Aut quis, etc.*] Quis ergo tam temerarius & iniquus atq; iniustus, qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur. *p* ¶ *Memento quod ign. etc.*] Vel omne generale opus eius, uel certe speciale opus eius. Super omnia enim magna & mirabilia opera eius, est dispensationis Christi mysterium, quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Alij dixerunt: Memento, quia magna sint eius opera, quæ laudauerūt uiri. De omnibus operib. dei dicit, quæ

A carnalium passionū bella corroborat. Secundum hūc sensum est, quod timore cōcussus, propheta ait: Et subtus me turbata est habitudo mea. Termini quoq; siue fines terræ ipsi sancti sunt, finem terrenis passionibus & cupiditatibus imponentes: eo quod non sint in medio Babylonis, nec seculi huius uitijs circūdantur, secundum quod Petrus apostolus ait: Christus igitur in carne passus, reliquit nobis exemplum: quia passus est in carne, desijt esse à peccatis, ut iam non hominū desiderijs, sed uoluntati dei, quod reliquū est in carne, uiuat tempore: id est, uiuens p tempore, desinētibus in carne peccatis, uelut in finibus habitet carnis. In his finibus posita regina Saba, quæ typum gerebat ecclesiæ, ueri Salomonis meruit audire sapientiam. Tales igitur terminos deus lumine gratiæ suæ atq; agnitionis illustrat. a ¶ *Post eum rugiet sonitus.*] Siue ut alij dixerunt, fremet uox. b ¶ *Tonabit uoce, etc.*] Cum positis in extremo terræ hominib. deus in memoriam uenerit: illico super infirmitate mortalitatis suæ, gementes ad eum rugient, sicut propheta ait: Rugiebam à gemitu cordis mei. & tunc hic rugitus faciet sonitū in affectu orationis, clamantiū ad deum, qui perueniat usq; in cœlum. Vnde & tonabit eis dominus uoce præceptorū suorū, ut timeant à facie eius. Quo fragore tonitrui simul agnoscerā deus ante desiB derium eorum inuestigabilis sit & immensus. c ¶ *Tonabit fortis, etc.*] Alij dixerunt, tonabit deus. Deus mirabiliter operatur: quando istud tonitruum nominis sui quo in toto mundo famæ eius noticia crebrescit, in auribus facit animæ personare. d ¶ *Qui præcipit niui, etc.*] Niuem candorē gratiæ quæ per baptismū fidelibus spiritus sancti dono tribuitur: superius diximus posse significari, & exēpla illic testimoniorū de scripturis multa protulimus, de quibus & illud Dauidicū, ubi ait in psalmo: Niue dealbabuntur in selmon, quod est in umbra. Hoc igitur ait, quod cœlestis, id est, deus de cœlo ueniens reges quoq; discreturus sit & separaturus, siue in umbra sint dealbandi: ubi hoc mihi significare uidetur, quia regeneratio uetustissimorū hominū in Christo, obumbrante spiritu sancto esset efficienda. Hæc igitur gratia, niuis nomine significata, ex præcepto diuinitatis descendit in terram, quod est per Iesum Christū uenit ad homines, per quam uetustas nostra instauretur in melius. Contra hanc gratiam Christi, tribulationes persecutionum futuras, in pluuijs hyemalibus uoluit indicare, & propter graues pressuras, hyemales pluuias dixit: quas tamen imber fortitudinis spiritus sancū, esset superaturus quia eis dictum est: Non enim uos estis qui loquimini: sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. e ¶ *Qui in manu, etc.*] In manu, id est, in liberi arbitrij potestate, secundum imaginē & similitudinem dei, qua homo est à deo conditus & creatus: habet hanc sapientiam ueluti quodam signo diuinæ operationis impressam, ut iuxta liberi arbitrij iudiciū, noueric unusquisq; hominū opera sua, siue ut alij dixerūt, infirmitatem suam nouerit: id est, ut uasa fragilia se subita morte cōfringi. f ¶ *Ingredietur bestia, etc.*] Bestiā istam, inuentorem malorū diabolum non absurde sentimus: qui idcirco & singularis ferus dicitur: quia præcedit siue, superat malicia eius, maliciam omnium operantiū iniquitatē. Hæc igitur bestia rationabilis, ingreditur latibulum suum, pectus scilicet humanum: quando ex permissu iudicij dei, potestatem accipit hominibus dominandi, & in antrum quod suum fecit, sibi constituit habitationem. Siue antrum uel latibulum diaboli, omnes peccatores intelligendi sunt: duri uidelicet infidelitate uel saxei: quos uitijs atq; illecebris possidet, & in quorū cordibus criminibusq; requiescit g ¶ *Ab interioribus, etc.*] Nō mihi uidetur quod de istius mundi plagis, siue qualitatibus, uel etiā secretis eius motibus dixerit, sed quemadmodum diximus antrum siue latibulum dæmoniorum, esse humana præcordia: ita hæc interiora cum ea ingressi fuerint, secreta eorū & abdita intelligamus consilia: unde in hunc mundum persecutionū tempestates uenire creduntur, ut & peccatores conterant sicut Aegyptios, quibus uenit immissio per angelos malos. Et sancti eadem tempestate tribulationū nimia conturbentur, sicut quidam eorum ait: Grauati sumus supra uirtutē, ita ut tæderet nos etiam uiuere. Frigus quoq; eius infidelitatis immittit, ut à charitate dei & calore fidei discedentes, in algorem negationis incurrant, quæ omnia immittunt dæmones per ministerium & sententias principum & infidelium potestatum. Arcturus uerò, quia in sinistra mundi est constitutus, adC uersariam partem significat: de cuius climate uentus aquilo gelidus spirat cōtra meridiem. h ¶ *Flante deo, etc.*] Quod hic dixit flante deo cōcrescere aquas, id est glaciari & concretas fieri, in psalmo econtrario dicit: Flauit, inquit, spiritus eus & fluent aquæ, id est resoluentur ac defluent: Sed siue hic flante deo siue in psalmo flabit spiritus eius, iubente deo, siue iubebit spiritus, intelligere possumus. Et quod hic dixit, concrescit gelu: hoc in psalmi superiore uersiculo ait: Emittit crystallū suum sicut frusta panis. Ita autem hyemali tempore fieri nouimus, ut flante, id est iubente deo, nimio frigore densentur, uel etiam cōcrescant aquę, & iterū tempore ueris resoluantur. Secundū mysticos uerò intellectus in præteritis generationibus ob meritū suum relinquēte deo genus humanū: flatu oris dei & iustitiæ eius manante sententia, dum remouetur ab igne diuino, omnis creatura concreta est tanq; gelu, & à uera dei cognitione, frigoris sui immensitate cōstricta. Nunc uerò per gratiam dñi & saluatoris nostri, sicut ait Petrus apostolus: Tempora ignorantiæ despiciens deus: rursum ab illo algore obliuionis atq; duricia, quæ sicut longi temporis gelu obduruerat, charitatis dei igne soluuntur aquæ populorum, ut fluant & recurrant ad deum. i ¶ *Frumentum, etc.*] Hoc est frumētū, de quo dñs in euāgelio ait p parabolā dicēs: Colligite zizania in fasciculos ad cōburendū, triticū aūt cōgregate in horreū meum. Proinde hoc uiuū frumentū, doctores uosq; ecclesiæ: qui uelut nubes portant aquas euāgelij, audire desiderat: sicut & illi qui erant de hoc frumento dominico, habitantes Antiochiæ Pisidiæ, rogabant Paulum & Barnabam, ut loquerentur eis uerbum dei, quod fecerunt apostoli suadentes permanere in gratia dei. Cornelius quoque ad Petrum ait: Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo assumus audire omnia quęcūq; tibi præcepta sunt à dño. Et Moyses ait: Excipiat uelut pluuia eloquiū meum, & descendant

Psal. 142

1. Pet. 4. a

Psal. 37. b

Mat. 10. c

Pòst eum rugiet sonitus, tonabit uoce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur cum audita fuerit uox eius. Tonabit dēus in uoce sua mirabiliter, qui fecit magna & inscrutabilia. Qui præcipit niui, ut descendat super terram, & hyemis pluuijs & imbri fortitudinis suæ. Qui in mānu omnium hominum signat, ut nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. Flante deo cōcrescit gelu, & rursum latissimè funduntur aquæ. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrant cuncta per circumitum quocunq; eas uoluntas gubernantis duxerit ad omne quod præcepit illis super faciem orbis terrarum: siue in ūna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. Auscūlta hæc Iob, sta & considera mirabilia dei. Nunquid scis, quāndo præcepit deus pluuijs, ut ostenderent lucem nubium eius? Nūnquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nonne uestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro? Tū forsitan cum eo fabricatus es cœlos: qui solidissimi, quasi ære fusi sunt. Ostende nobis, quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis nārrabit ei quæ loquor?

A descendant sicut ros uerba mea. Vnde & Apostolus ait:
1. Cor. 3. b Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Hæc nubes potest & ipse dñs, id est, assumptus homo in deum intelligi, sicut propheta prænunciauit, di-
Esa. 19. a cens: Ecce descendet dñs in nube leui in Aegyptum: per quē diuina gratia & doctrina cœlestis, mūdo effundenda prænunciabatur. Et pulchre nubes leuis dicitur: siue quia ipse saluator peccatum non fecit agnus dei: siue quia uirgo Maria mater dñi, non est uirili semine aggrauata, leuis nubes est dicta. a ¶ *Et nubes spargūt, etc.*] Lumen utiq; euangelij, prędicationum coruscatione mittentes, lumen euangelij spargunt supra corda credentium. Alij uero interpretes dixerunt: Et ipsa per circumitū uertitur in gubernaculis, ad operanda omnia quæ mandauerat eis. Hæc sunt igitur quę mā-
Mar. 16. d dauit & præcepit cæteris nubibus suis dicens: Ite in uniuersum mundum, prædicate euangeliū uniuersæ creaturæ. Proinde quasi uēto spiritu dei, quo ut nubes agebantur, prohibiti sunt ire Bithyniam, & de Iudæa Romam illis transire præceptum, & ita sicut ista ędicto cōtinet, orbē uniuersum lustrantes circumierunt. I ¶ *Siue*
Act. 1. a *in una tribu, etc.*] Hoc est quod ipse dñs ait in euangelio:
B Eritis mihi testes in Hierusalem & Samaria, & usq; ad ultimum terræ: ubi illud præcipue intuēdum est, quod ait: In quocunq; loco misericordiæ suæ iusserit inueniri: ubi per gratiam Christi, atq; pietatis suæ misericordiam, significauit ad fidem reuocandos. c ¶ *Ausculta hæc Iob, etc.*] Admonet Heliu ut sacramenta in Christo & ecclesia adimplenda, Iob aure cordis diligenter intendat, & in mentis suæ specula constitutus: ubi etiam uigilantia contuendi docetur stare, consideret miraculorū dei futura mysteria, quæ per nubes rationales operaturus sit. d ¶ *Nunquid scis quando, etc.*] More prophetarum pro factis futura cōmemorat. Præcipit igitur deus pluuijs euangelicis, ut nubium suarum lucem, id est, sancta opera sua doctores per infusionē fidei demonstrarent, & hæc ad illuminandos homines misericordia cœlestis operatur. e ¶ *Nunquid nosti semitas, etc.*] Hic dum dicit perfectas scientias, de rationabilib. se nubibus eui denter ostendit dicere & prædicatorū uijs & subtilium sensuū semitis. Die mihi quæso: si cognoscere potuisti, quæ semitæ in nubib. sunt magnæ & perfectæ scientiæ: Figurabat hæc dicendo, apostolicas nubes: quarū una ci-
Matt. 16. b tissima nubes ait ad saluatorē: Tu es Christus filius dei uiui, quæ qm̄ suspensa à terra & proxima erat cœlo, respondit ei dñs: Hoc tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus. Alius uero Apostolus tanq; nubes plena aquis perfectæ scientiæ, à tonitruo euangelij copiosum imbrē effundit ita dicens: in principio erat uerbū, &c. Quo ualidissimo tonitruo ubiq; resonante, ut omnem terrā ad fidem religionis tremore cōcuteret: alius in Iudæa per iteratā natiuitatē exortus: uelut parua nubecula ita creuit, & flante spiritu dilatatus est: ut pluuias mysteriorū à seculis secretorum perfectæ scientiæ, usq; in Illyricū spargeret, aliasq; totius mundi regiones largis effusionibus irrigaret. Et hinc est ut aliqui eorū appellarent filij tonitrui: alius uero diceretur filius suspendentis aquas. f ¶ *Nonne uestimenta tua, etc.*] Alij dixerūt C
tua stola calida est. Hoc quidem uerum est, quod meridianus uentus sit calidus, quo flante etiam uestimenta hominum, uel corporum, quæ animarum uestimenta sunt concalescunt. Sed quia nubes, homines sanctos, ueritas ꝓphetiæ nos intelligere compulit, uentum calidū à meridie spirantem: feruentem fidem, uel gratiā spiritus sancti ardentem & clarius illuminātem intelligamus, uel ipsum dñm nostrū, de quo legimus: Deus ab austro ueniet, quo rationalē terram perflante, uirtutes animi quæ sunt uestimēta interioris hominis inardescunt: & ideo uestimēta appellantur, quoniam ipsi qui eis utiē, pulchrā animam facīt & de-
Abac. 3. a
coram. Et ob hoc hortatur Apostolus dicēs: Fratres in- Col. 3. b
duite nos sicut electi dei & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatē, modestiam, patientiam, &c. Et hæc igitur ab Heliu sicut & alia spiritu prophetiæ dicuntur. g ¶ *Tu forsitan cum eo, etc.*] Hæc ab Heliu iuxta literam in iniuriam Iob per ironiā dicuntur. Hęc igitur prima fronte intellectus huius dicta sint. Nunc uero secundum prophetiæ spiritū, sensum mysticū persequamur, ut cœlos scripturas sanctas intelligamus, quæ de cœlo datæ sunt hominibus: quarū perpetuitatem ex æ- D
ris soliditate uoluit demonstrare. Sed dicit quispiam, quomodo æternæ erunt scripturæ diuinæ, si mundus certo fine, deo denunciante, est terminandus? sic enim
Matt. 24. c
ait in euangelio: Cœlum & terra transibunt. Verum est quidē quod librorū pelliculæ cum ipsis literis abolendæ sunt: sed quia subiungit dñs, uerba uero mea non præteribunt: proculdubio quod eisdem apicib. pollicetur, erit æternum. Hos igitur cœlos, ait Heliu, in quibus est diuinitatis secreta dispositio: tu forsitan cum deo uelut simili pollens sapientia, fabricatus es, quos deus æternus ante mundi constitutionē præfinuit quandoq; erumpere in corpora literarū, qui in illo æternaliter erant: non iam existentes, sed ipsi soli præscientiæ suæ luce conspicui. Et cœlos, sanctos angelos non absurde sentimus: qui propter cœlorū habitationē, rectissime cœli dicuntur, & sunt uelut æs æternitate solidati. De quibus
Psal. 113. d
psalmista singulari nomine ait: Cœlum cœli dño. Secundum tropicum intellectū, cœli, sancti omnes propter cœlestem conuersationem, & propter prædicationem mandatorum cœlestium nuncupantur. Heliu autem si prophetiæ spiritum habuit, secundū hunc intellectum quem diximus, potuit contēplatione mentis suæ, hæc in Christo reuelanda cognoscere: & alijs modis, quibus uidetur cœlorum nuncupationem sensisse, licet hoc ipsum in irrisionem sancti Iob dici nō debuerit. h ¶ *Ostende nobis, quid, etc.*] Insultantis uerbū est, & exprobrantis, ostende nobis: cum illud uerū dicat, sed ad cōparationē scientiæ sub ignorantiæ tenebris cōmanent. Nam quomodo à sancto Iob discere inquirit, quem in uerbis suis reprehēdit & reprobat? Ostende, inquit, ô Iob, si aliquid amplius & melius nosse te arbitraris: qm̄ nos grandis ignorantiæ arq; insciētiæ tenebris detinemur. Certū est ergo quod Heliu deridēs Iob atq; subsannās hæc dicat. i ¶ *Quis narrabit, etc.*] Dixi tibi quidē

ô Iob

A ò Iob, ut ostẽderes mihi quid loqui possem: sed hæc ipsa quæ de deo dico, quis ei ausus est loqui? Certè si loquutus fuerit quispiam, quod ei omnino nõ expedit, pro hoc ipso peccato temeritatis & irreuerentiæ deuorabitur, ut hic Heliu ait. Ita in psalmis legimus: Deuorati sunt iuxta petrã iudices eorũ: ubi intelligitur peccato diffidẽtiæ deuoratos atq; absorptos iudices populi Israelis in eremo: qui non crediderunt quod possent de petra, aquarũ flumina uirtute diuinæ p̃missionis educi. a ¶ *At nunc nõ uident lucẽ, etc.*] Ita infelicitate huiusmodi excæcati sunt: ut fiant quemadmodum aer quãdo crassescit in nubes: & ita in iusto iudicio dei uelut uenti in impetu auferentur: sicut impij quos deficit uentus à facie terræ. Alij dixerunt, omnibus autẽ non est uisibile lumen, quod fulget in nubibus & spiritus transit & fugabit eas. Hic mysticum nescio quid loquutus est, quod iam non omnibus resplendet illuminatio euangelij. His utiq; non resplender, quorũ sensus excæcauit deus, ut non uideant lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago inuisibilis patris. Hic igitur spiritus iustæ sententiæ dei, fugabit eos à cœtu beatorũ, ut non uideant lumẽ euangelij gloriæ Christi. b ¶ *Ab aquilone, etc.*] Audiui quendam ita dicentẽ, quod æstatis tempore sole in aquilone nascente aurora ardentior rutilat: ita ut ipse sol colorẽ aureũ præferat, & inde Heliu loqui uideatur aurũ uenire: id est, mundo flammeã rotam solis oboriri: & super hoc præclarũ sydus sit ad deum hominibus formidolosa laudatio. Nos autẽ aurũ sanctos intelligimus qui secundum spiritualem sensum ab aquilone diabolo, sanguine domini redimũtur. Hoc igitur modo uenit ad deum cœtus sanctorũ cum tremore laudantium eum: ac sibi cum quadam formidine, incredibile arbitrantiũ, quod potuerunt de hoste grauissimo liberari. Quotidie quoq; examinationibus uelut aurũ flãmis tentationũ excoctũ, de fornace mundi istius eruuntur. Alij dixerunt, ab aquilone nubes coloris aurei: in his est magna gloria & honor omnipotentis, nõ inuenimus similitudinẽ uirtutis eius. Ita enim sanctos homines qui sunt nubes dei, tẽtat frigor aquilonis, ut eos preciosos, & igne charitatis rutilos reddant. Et idcirco magna gloria domini & honor omnipotentis est. Non inuenitur alius similis uirtutis eius qui tanta bona ex rebus contrarijs speret. c ¶ *Digne eum inuenire, etc.*] Quoniã, inquit, sicut fortitudine magnus & potẽs est deus: ita iudicio & iustitia uerus est & enarrari nõ potest. Idcirco sicuti est, à creatura sua quæ adeo imbecillis est & infirma non potest inueniri: propter quod magni uiri atq; cordati non præsument scrutari incomprehensibilem, neq; cõtemplari inuisibilem conabuntur. Hoc autem totum in sancti Iob exprobrationẽ dicitur: qui dixerit se à deo, sine ullo iniquitatis merito flagellatum. Alij dixerunt, qui iuste iudicat non putas audire eum, propterea timebunt eum homines: timebunt quoq; & sapientes corde: hoc inquiunt, quia deus iuste iudicat: apud quem non est personarum acceptio. Omnes sapientes & idiotæ cõsiderantes semetipsos, timebunt eum: scientes quia secundum modum iustitiæ suæ ultor iniquitatum est, exaudiet enim iniqua patientes.

Psal. 140.b

C

Caput XXXVIII

RESpondens autem Iob, etc.] Sermone terribili & increpatiuo arguendus Iob, responsum à domino accepit: hoc em̃ ipsum quod de turbine dicitur, ad terrorem pertinet obiurgatiõis: q̃ esset ut dixi increpandus à domino. Dixerat enim Iob se iustũ iniuste à domino castigatum, de turbine ergo dominus ait. e ¶ *Quis est iste, etc.*] His uerbis amouetur Heliu cum suis confusis atq; permixtis disputationibus cõtra Iob: ubi dei uerba uidentur intelligi. Et si tu ò Iob loquẽdo talia in me, delicta aliqua cõmisisti: iste quis est q̃ te audeat redarguere: præsertim cum ad increpandũ non sit idoneus qui uelut melior obiurgare te debeat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis eius sententijs, conuertit se dominus ad Iob & ait ei: ut ad increpationẽ eius audiendam se præpararet, dicẽs hoc modo. f ¶ *Accinge sicut uir, etc.*] Omnis igit̃ qui cum deo est locuturus, lumbos prius castitate iubetur accingere. Populus etiam legem auditurus, & pascha celebraturus in eremo, lumbos mentis iubetur accingere: ne fluctuantes sinus carnaliũ cogitationum, gressum sanctæ conuersationis impediant, uel super lumbos nostros corporeos uestimenta præcingimus. Dicendo ergo: g ¶ *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ.*] Deo respondere non potuit, quasi hoc modo loquitur ei deus. Tu igitur Iob, qui circa unum hominunculũ iniuste me arguis operari: ubi eras cum ego mundum quem ex nihilo feceram gubernarẽ: & cum omnẽ creaturã moderatione iustitiæ regam, in te eram iniuste aliquid acturus? Hic deus hoc sermone sub animalium, auiumq; nominibus, magna & ualde obscura & ecclesiæ sacramenta contexit. Deus ergo secundũ mysticos intellectus in prædestinatione apostolos præciuos sanctos ecclesiæ fundamenta constituit, sicut ait Apostolus: Superædificati, inquit, super fundamento apostolorum & prophetarum. Siue ut alij dixerũt: ubi eras cum fundarem terram, id est, cum ecclesiam de terra humani generis congregatam, uirtute fidei stabilirẽ. h ¶ *Quis posuit mensuras eius si nosti, uel quis tetendit super eam lineam.*] Virtutem suam deus & potentiam mensurasq; & mundi conditionẽ describit: super quem lineam boni rectiq; operis sui tetenderit. Aliter: mensuræ ecclesiæ sunt à solis ortu usq; ad occasum: in qua adhuc mensuræ intelligi possunt æqualitas & plenitudo trinitatis, cui ecclesiæ dicitur per prophetam: In exortu eius dilata locũm tabernaculi tui, & pelles tabernaculorũ tuorũ extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida, ad dextram & sinistram penetrabis: semen enim tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Super has igitur mensuras locorũ omnium, uniuersum mundũ rectæ fidei tetẽdit, ut esset omnibus in Christũ credentibus labium unum: hæc ergo mysteria ante secula constituta, Iob quippè qui dũ non esset scire non potuit. Siue mensuras ecclesiæ, diuersitates gratiarum rectè intelligimus, quas Apostolus diuisiones

Psal. 117.c
Ephe. 2.d
Esa. 54.d

B D

A diuisiones spiritus appellauit: qui ita cũ de diuersis gratijs diceret, ait: Hæc aũt omnia operat̃ unus atq; idẽ spiritus diuidens unicuiq; prout uult: Itẽ ait, unicuiq; aũt nostrũ data est gratia secundũ mẽsurã donationis Christi. Per has igitur gratias intensio est contemplationis, uelut linea rectæ credentiũ in deo, sicut dicitur in Actib. apostolorũ. Erat illis cor unum & anima una in deũ. a ¶ *Super quo bases, etc.*] Vnde potuit creatura rationalis & sapiẽs opus creatoris antequã esset ipsa cognoscere: cũ etiã nũc uix posset aliqua ex operib. eius sensu attingere. Aliter, super quo bases terræ ecclesiæ solide stabiliunt̃, nisi super Christũ petrã, qui est principiũ fundamentorũ eius. Bases aũt ecclesiæ sunt sancti quiq; potentes & fortes: à quibus eadẽ sustinetur & regit. Alij dixerũt, super quo circuli eius fixi sunt, ut intelligamus pondus roboris mundi secundũ illũ sensum esse, quo psalmista de hoc loquit̃, dicens: Etem̃ firmauit orbẽ terræ qui non commouebit̃. Circuli em̃ rotundi figura, est figuris cæteris pulchrior. Nã circulus ex omni parte sibi est congruus & æqualis: totusq; per semetipsum solidus uadit: & inter oculorũ aciẽ, per suũ infinitũ habitũ: quia sine ullo fine semper in seipsum recurrit, & inexplicabiliter ducit. Hic igitur significare mihi uiderur hominẽ in nullo sibi aduersantẽ, neq; se ex parte aliqua oppugnãtẽ, quales erunt in futuro beato seculo: tunc em̃ caro non concupiscet aduersum spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Quamuis huius pacis
B beatitudinẽ etiã in hoc seculo nonnulli sancti ex parte præsenserint: non quidẽ nullã interioris exterioris q̃ se in ipsis sentiendo discordiã, sed hostilẽ uitiorũ exercitũ resistentib. fortiores superando uirtutibus: ut Helcana pater sancti Samuelis uir unus dictus est: Sic itaq; totus in se erit sibiq; conueniens: & immobiliter in illa gloria ac fine fine consistens. Hi igitur circuli figurati per dilectionis dei copulã, ligno crucis affixi sunt: & unusquisque eorũ dicit: Confido em̃, quia neq; mors neq; uita, &c. b ¶ *Aut quis demisit, etc.*] Hic lapis angularis Christus qui à deo patre positus est in fundamẽto terræ dominicæ: ipse est em̃ non solũ fundamentalis, sed & angularis: in quo duo populi, Iudæorũ uidelicet & gentiũ cõtinentur. De quo & psalmista ait: Lapis quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et Apostolus ait: In summo angulari lapide Christo Iesu in quo omnis structura cõpaginata crescit in templũ sanctum. Hunc igit̃ pater demisit in terrã ut in fundamentũ poneret. c ¶ *Cum, ut ait, laudarent, etc.*] Demisso itaq; in fundamentis Sion lapide precioso: qui est secundus homo de cœlo cœlestis, laudauerũt, inquit, me simul astra matutina & iniubilarũt oẽs filij dei. Astra & filij dei angelirintelliguntur, qui in natiuitate saluatoris exultauerũt: Sicut ait angelus ad pastores. Ecce euãgelizo uobis gaudiũ magnũ: quia natus est saluator qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. Itẽ euãgelista: Et subito facta est cũ angelo multitudo, &c. Ideo aũt angeli astra matutina dicunt̃, quia inter creaturas rationales primi facti sunt in die qui est Christus, & filij dei sunt: nõ sunt filij tenebrarũ, sicut illi q̃ de eorũ numero collapsi sunt, facti nõ solũ filij tenebrarũ: sed etiã rectores tenebrarũ, id est, hominũ peccatorũ. Tũc uoce magna, sicut supradictũ est, laudauerũt me oẽs angeli mei: Quẽadmodũ in illius ouiculæ humani gẽris salute laudãtes deũ gauisi sunt. Itẽ astra matutina oẽs filios ecclesiæ nõ absurde sentimus, q̃

Rom. 8.g
Psal. 117.c
Ephe. 2.d
Luc. 2.b

per baptismũ renascunt̃ Christo, sicut ait Apost. ad ecclesiã scribẽs: Omnes uos estis filij per fidẽ in Christo Iesu. Hi ergo propter uigiliã matutinã, in qua dñs resurrexit, astra matutina dicunt̃, uel pro incipiente eis gratiæ nouo lumine, unde & Neophyti nuncupant̃. d ¶ *Quis conclusit ostijs, etc.*] Cũ in cõditione mũdi aquæ omnẽ terrã operirẽt & tenebræ essent super faciẽ abyssi, tũc secundũ fidẽ libri Geneseos, præcepit deus die tertio, ut omnes aquæ in locũ unũ cõgregarentur: Quibus etiã terminũ finemq; imposuit: ne se foras limites suos, ad operiendã terram rursum effunderent. Vuluã de qua mare procedebat κεφαλαιωδῶς ipsam terrã subiacẽtem possumus intelligere, ut de ea & in ea aquã creatã à deo esse credamus. Duas em̃ partes mundi magnas, cœlũ & terrã deus ex nihilo fecit: & ima carũ de materia informi: cæteras aũt creaturas distinctas siue formatas instituit, inter quarũ creationẽ, & aquas credimus factas: quarũ quidẽ conditionẽ, in principio Geneſis scriptã nõ legimus: aliarũ uero penè omniũ factura in libris dominicis recensẽt: licet & de ipso mari sanctus Dauid dixerit, cũ de beato uiro loqueret̃. Spes eius in dño deo ipsius, qui fecit cœlũ & terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt. Hũc ergo maris processum, effusionẽ aquarũ dicere mihi uidet̃: qui de occultis uenarũ terræ sinib. emanabat & operiebat omnẽ faciem terræ. Quod in diluuio manifestius factũ legimus, ubi dicit̃: Et omẽs fontes abyssi magnæ erupti sunt. Proinde uulũ maris, terræ sinũ dictũ existimo, ut mare de cadẽ progenitũ nouerimus. Sed dicit aliquis: Ego aquarũ moles cœlo & terræ dico esse cõgenitas, & simul creatas. Denic̃ de aquis quẽadmodũ & de terra fecit deus siue produxit cæteras creaturas. Si ergo hoc opinionẽ ũtã confirmat: ut ideo & aquæ ex nihilo creatæ dicant̃, quia & de ipsis alia & alia in ipsis iubẽte deo quàm plurima animãtia, processerunt: de cœlo quid dicemus, qd̃ est pars mũdi præstãtior: de quo nõ legimus, quod ex eo quasi de informi materia aliquid procreatũ sit. In quo etiam quod ad maiorẽ decoris eius pertinet pulchritudinẽ, stellas ac diuersos astrorũ globos deus fecit, ordinauit, & cõposuit. Et iuxta hanc assertionẽ, meliora crũt maris & terræ elemẽta, quàm cœlũ, cuius ornatũ pulcherrimũ admirantes suspicimus, qñ præcellit uel maxime cæteras creaturas. e ¶ *Cum ponerem, etc.*] Cum ergo ait, magnũ sit mare latitudine & longitudine & profundo: per fortitudinẽ tamẽ potẽtiæ meæ illud uelut paruũ elementũ, nube tanc̃ uestimẽto contexi & caligine, moditis uidelicet & uilib. rebus operui, quæ assimilant̃ pannis infantiæ. Et quia mare superius diximus, quasi de uulua procedere, seruans translationẽ nominis, ipsum mare uelut paruulũ procreatũ: tanc̃ pannis infantiæ ait caligine obuolutũ: siue ut alij dixerũt, & nebula obuolui illud. f ¶ *Circumdedi illud terminis, etc.*] Termini isti, diuini sermones sunt: qui sentẽtia immobili uelut terminis defixi intelligunt̃: hoc ipsum est & illud quod sequit̃, deo dicẽte, posui uectẽ & ostia. Aliter, qs conclusit ostijs mare: Seculũ hoc scripturæ diuinæ frequẽter mare appellãt, ut etiã sanctus Dauid ait: Hoc mare magnũ & spacioſum manib. Itẽ: Qui descẽdũt mare in nauib. Et Abacuc: Misisti in mare equos tuos. Et Esaias: Occidit cetũ qui in mari est. Proinde hoc mare præceptis diuinis, uelut quibusdã limitib. sacrorũ eloquiorũ cõcludit̃, ut de utero cordis sui, ubi cogitatiõib. uelut ex semine, curas

Psal. 135.d
Gen. k
Gen. 7.b
D
Psal. 103.c
Psal. 106.c
Abac. 3.d
Esa. 72.d

atq;

A atq; illecebras mũdiales uoluptatũ & delectationes cõcipiebat: iam non in opus quasi parturiendo erũperet, secq; effunderet in diuersa facinora perpetranda. Et ideo cũ uidisset, ꝓpheta mũdũ credentẽ deo, hoc bonũ in se

Psal. 73.c cõtinentiæ possidere, gratulatus ait ad deũ: Tu cõfirmasti in uirtute tua mare. Mundũ dico fidelem sanctæq; ecclesiæ populũ, qui mare speciaLiter dicit, & habitat in hoc mundo. Et iste

Ioan. 3.b est ille mundus fidelibus, de quo dñs ait: Sic enim dilexit deus hunc mundũ, ut filiũ suum unigenitũ daret pro eo. Est & mundus incredulorũ: de

Ioan. 15.c quo similiter dñs ait ad discipulos suos: Si mũdus uos odit, scitote quia priorem me odio habuit, &c. Sic itaq; duos mũdos populorũ in hoc corporali & in animali mundo dicimus habitare: q & duo maria secundũ exemplũ superius positũ dici possunt, ab hoc scilicet mari aquarũ metaphoricõs nomẽ accipiẽtes, quia & domus bona siue mala & ciuitas optima siue pessima. Mare uerò tropicõs dicunt populi fluctuantes q; in hac uita inquieto motu incertoq; iactant. Cũ ponerẽ nubẽ uestimentũ eius, & caligine illud uelut pannis infantiæ obuoluerẽ. Nubẽ omnia operientẽ spiritũ sanctũ, creaturis omnib. infusum ac superfusum accipiamus, de quo

Gene. 1 ait: Spiritus dñi superferebat super aquas. Caligo autẽ quicquid est inane trans mundũ: ubi leuitas est, id est, retro defectus intelligi potest. Moraliter autẽ iuxta auctoritatẽ scripturæ nubes sunt unusquisq; ueritatis annunciator. Horũ igit uerbis consolatorijs atq; doctrina, rorando desuper, ait dñs, mundũ fideliũ ab æstu tentatio-

B nũ protexi, eiq; umbrã supra promissione æternæ beatitudinis præbui, hoc est, uestimentũ per sanctos meos ministros euangelij ei super mare populorũ expandi, ne uidelicet infideli caumate torreret. Quod etiã mare populorũ intra prædicationẽ perfectã euangelij positum, propter morũ infantiã in quibusdã lactea doctrina, uelut uilioribus uestimentis operitur, eo quod sacratiora mysteria non ualeant intueri, quæ sunt eis intelligentiæ inuoluta caligine. Circũdedi illud terminis meis, & posui uectẽ & ostia. Hucusq; uenies & nõ procedes amplius, & hic cõfringes tumentes fluctus tuos. Terminis, inquit deus, mandatorũ meorũ, prædictum mare, intra unius fidei cõfessionẽ cõgregaui atq; cõclusi, & ad cõdensandũ se, fortissimũ illi uectẽ charitatis opposui: ostia quoq; infidelitatis obstruxi: ut quantalibet tempestatũ ac persecutionũ uiolentia, defixos obedientiæ limites transcendere cõpellat, nunq; charitatis meæ circũsepta transiliat, cui dixi: Hucusq; uenies & non ꝓcedes amplius, & hic cõfringes tumentes fluctus tuos. Id est, si qui fortẽ cogitationũ malarũ fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant, uentusq; ualidus pressurarũ te funditus cõmouere pertentat, de statu quoq; tuo in aridam siccitatẽ, uelut in arenas steriles impellat: hæc munimẽta fidei & charitatis meæ caue ne transeas: & ita fiet ut minaces uenti insurgẽtes allisi in petra ualidissima dissoluant. a ¶ *Nunquid post ortum, etc.*] Hoc dñs ait ad Iob quod cõditarũ ac secretarũ rerũ suarũ per gyros suos recurrentẽ ad ordinata loca redire quotidie ipse disponat: & idcirco Iob arguit: qui deum factorẽ & gubernatorẽ rerum omnium diceret, nullo moderamine æquitatis operatũ: & quasi ita dicens ait ei: Tu qui uallde sapientẽ te arbitraris, & quasi coæqualis lucẽ meam fueris fabricatus & de meis iudicijs disputare posse credis: si elementa astrorũ præceptũ impleant creatoris, te forsitan disponente ministerij sui pergunt cursum: cum ista prius quàm tu in Adam per me existeres sint creata. Aliter: Hoc diluculũ saluator noster est, qui & sol iustitiæ appellat. Ipse calore fidei & splendore gratiæ suæ, ecclesiã mundũ scilicet rationalẽ illuminat. Igitur nunquid tu Iob præcepisti huic diluculo, ut oriretur de cœlo, resplẽdens his qui sedebant in tenebris & umbra mortis. quẽ admodũ ergo tu Iob post initiũ tuũ præcipere non potuisti, æternis ut mũdo in errorũ tenebris cõstituto esset diluculum: ita nec post mortis occasum eius, resurrectionis & locũ gloriæ eius in dextra patris sui ostendere potuisti: quẽ post mortẽ quam sponte susceperat, ad me iterũ reuocaui. Sicut ipse dñs Iesus ait in euangelio: Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. b ¶ *Et tenuisti, etc.*] Potest hæc terra ecclesia intelligi, de cuius fundamentis dñs superius dixit: de qua in extremis terræ, id est, in nouissimo seculo excutiendi sunt peccatores, ita ipse dñs ait: Ecce mandabo, & concutiã in omnibus gentibus domum Israel, sicut cõcutit triticũ in cribro. Deus ergo qui secundum prophetã mẽsus est aquas pugillo & cœlos palmo ponderauit & tribus digitis terrã appẽdit, ipse pro magnitudine utraq; manu tenens margines terræ: quasi cribrum huc atq; illuc cõcutit, siue excutit tanq; uestimentum, ut impios uelut paleas & loliũ excutiat à frumẽto iustorum. Proinde hæc omnia operantis non solũ fortitudo, uerum & iustitia demõstrat: & inde est quod sancto Iob dñs cum increpatione loquit: quare dixerit innocẽti sibi pœnã acerrimæ tentationis illatã. Secũdum moralẽ uerò sensum intelligentiæ loci huius, ut æstimo facilior exitus est, ut terrã interpretemur naturã humanam: qa ab humo homo dictus est, & extrema sint sanctorum uita, quia in carne positi, sine carnalibus illecebris uiuunt. Et ideo in extremis terræ dicuntur: de terrenis actibus euntes, non in medio tanq; in tota carne uiuentes. Hæc igitur extrema, siue fines terræ in manu dñi sunt, sicut ait propheta: Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: quos hic ait dñs se tenere atq; cõcutere, ut tremant à facie eius, sicut de eo propheta ait: Qui respicit terrã & facit eam tremere: Et ita de terra eorum excutit impios: quos utiq; execrãdos mores intelligimus uitiorum. Excutit ergo dominus à sanctis suis huius mundi impios: quãdo eos ab illis purificatos, constituit innocentes. De talibus impijs & peccatorib. propheta dicebat: In matutino, id est, in cognitione scientiæ dei, fidei in me lucerna nascente, interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate dñi: qualibet utiq; anima sancta, omnes operantes iniquitatem. Siue in nouissimo tenebit deus mundum, quasi reum ad iudicium suum: quo tempore extrema etiam terrarũ, conscientiæ tremore quatient, ubi minimos quosq; in extremis terræ intelligere possumus, qui & ipsi iusto iudicio dei, ut superbi & impij de terra mansuetorum excutiendi sunt: Beati enim mites, quoniam ipsi possidebũt terram. c ¶ *Restituetur ut lutum, etc.*] Signaculum istud, anima hominis intelligitur, quæ ad imaginem dei facta est. Expressa est in ea similitudo bonitatis dei, omniumq; uirtutum decus. Hoc igitur signaculũ imaginis dei & similitudinis, per Adæ peccatum attritum fuerat & obliteratũ, & rursum per Christum iterata impressione restituetur. Quod signaculum nunc quidem per fidem & baptismi gratiam renouatur: & uita melior, menti insculpetur. Sed in resurrectione totum omni modo restaurabit: quando sicut humani corporis lutũ in

Psal. 94.b

Psal. 103.d

Psal. 100.b

Mat. 5

A in incorruptione reparabit: ita & anima cum eo pariter uestimẽto immortalitatis, uelut stola gloriæ uestietur: Vt quemadmodũ ipsa gloria & incorruptio immortalitatis, id est Christus manet in æternũ: ita & is qui ea indutus fuerit, gloriosus sine fine permaneat. De quo uestimẽto respiciens ad

1.Cor. 15.g lutũ carnis suæ Apostolus ait: Oportet corruptibile hoc induere immortalitatẽ. Hoc tamẽ diligentius est intuendum, quod in scripturis diuerso intellectu uestimenta dicunt. Vestimentũ ergo aliquando dicit ipsum corpus nostrũ, quo anima uelut amictu circundat: sicut propheta ait ad animã peccatricẽ: Operiet iniquitas tua, uestimentũ tuũ. Item uestimenta, sunt animæ uirtutes, quibus eadẽ anima componit & ornatur. De quibus propheta ait ad iustũ misericordias operantẽ: Tunc erũpet matutinũ lumen tuũ, & uestimenta tua cito orient. Et qm̃ hæc uestimenta uiua sunt & rationabilia non fient tibi, sed orient in te. Et peccata aliquando uestimenta nuncupant: ut Zacharias prophe-

Esa. 58.b

Zach. 3.a ta ait: Et Iesus erat indutus uestimentis sordidis: Dixit angelus ad eos qui stabant corã se dicens: Auferte uestimẽta ab eo: dixit ad eũ: Ecce abstuli iniquitatẽ tuam. Supra diximus uestimentũ esse gloriã immortalitatis: cuius luce quæ nunc̃ deficiet, homo est æternaliter uestiendus. Alij interpretes ita dixerũt: Et tu sumens terræ lutũ: figurasti hominẽ & famosum eũ posuisti super terrã, id est creaturis omnib. præeminentẽ. Dum hæc dñs ad Iob loquit, uehementer arguit: Secundũ autẽ mysticos intellectus, obumbrãte spiritu sancto, figuratus est homo Iesus Christus de terra Mariæ uirginis. Hic igit

B homo de luto carnis humanæ assumptus est. Lutũ hoc loco nõ propter uilitatẽ nominis dictũ nouerimus: sed propter ipsam materiã, de qua sumptus est Christus: ue luti Adã in principio, qui de limo terræ plasmatus est. Et sicut ille per unũ exitit de sinu terræ: ita & hic per unum creantem se, formatus est in utero matris. Et ita famosus est super omnẽ terrã: unde iam à solis ortu usq; ad occasum laudet nomen dñi. a ¶ *Auferetur ab impijs, etc.*] Lux impiorũ est huius mũdi gloria & felicitas, quæ mũdo prætereunte tranſibit: sicut & Salomõ ait: Lumẽ

Prou. 20.c impiorũ extinguet: & eorũ uirtus & potentia, quæ bracchij nomine dicta sunt, illico conterent. b ¶ *Nũquid ingressus es, etc.*] Prouidentiã suã deus qua cuncta dispẽsat & regit in his locis multo copiosoq; sermone significat: Vnde ait ad Iob: Si potes ubiq; esse & nosse omnia quæ creata sunt: & si abditos terratũ sinus penetrare potuisti: si etiã profunda maris & nouissima eius atq; extrema abyssi peruagatus es. Ad increpationẽ ergo Iob ista dicunt. Vbi alij dixerũt: Nunquid ingressus es fontem maris: initiũ atq; originem: unde ipsum mare, quasi de matrice, de mari oceano emanat, dicere uidet: quod oceani perenni cursu ac recursu fieri nouimus: feruntq; hoc atq; cõfirmant, quod illa immensa effusio maris oceani, per omniũ regionũ ac prouinciarũ fluuios itura, uno pũcto temporis fiat. At nos tamen scimus omniũ dierũ ac noctiũ alternatis succesibus: per horas uiginti quatuor uenire: atq; unius horæ æquinoctialis dorante trãsmisso: tardius sine intermissione, siue die uenire, siue nocte: per quinq; æquinoctiales horas refluitura, æstu uiolentoq; impetu siue in opertis tm̃ siue retusis magnorũ quoq; fluminũ curſib. ad superiora conscendere, ac per septẽ eiusdẽ mensuræ horas cursu paulo leniore diffluere, & ea tantũ quæ quinq; horis fuerãt suppleta uacuare. Proinde incredibile uideri potest: qd̃ in eodem mari uelut fons quidam, tantum aquarum ebulliat: de cuius profunditate & sufficiẽte abysso, desinito sibi tẽpore aquæ illæ in superficie profundãtur: & rursum recurrentes in cosdẽ profundissimos sinus decidant: præcipitesq; discedãt: & à deo sibi cõstituta lege perpetua, ab imis semper ebulliãt atq; iterũ in ima decurrant. & inde forsitã dixerit deus ad sanctum Iob: Nunquid ingressus es fontẽ maris? Quoniã deo soli nota sunt quæ creauit. Porrò secũdũ mysticos intellectus hoc

C Aũferetur ab impijs lux sua: & brachium excelsum confringetur. Nũnquid ingressus es profundum maris: & in nouissimis abysi deambulasti? Nũnquid apertæ sunt tibi portæ mortis: & ostia tenebrosa uidisti? Nunquid

dixisse deũ puto: quod circa finẽ seculi pro redemptione hominis ad inferos esset descensurus: ubi pro potestate descendentis deambulasse eũ dixit: Quia impossibile erat: ut quasi reus peccati infernalib. uinculis teneretur. Ipse enim solus factus est, sicut homo, ad præsens quidem sine adiutorio, sed tamen inter mortuos liber. Quod aũt infernus in imo terrarũ sit: Ionas propheta qui specialiter habuit figurã saluatoris, in oratione sua quã in uentre piscis effudit, manifeste demonstrat: quẽ infernũ abyssi aquæ circunluãt, & multis alijs locis scripturæ de qualitate inferorũ loquunt. Possumus & moraliter hunc locũ ita sentire: ut quia mare per figuram, hoc seculũ dici nouimus: profunda eius super omnes iniquos & peccatores: qui quantũ illud diligunt tãtum in eius obscurissimã profunditatẽ demergunt: ut omnino non uideant lumen euangelij, & gloriæ Christi. Nouissima uero abyssi sint omes impij & sacrilegi: qui in profundiores peccatorũ tenebras descendentes: lasciuiarũ nimio fluxu, uelut aquarũ multitudine deprimunt. Ad hos dñs noster neminẽ despiciens: omnesq; saluare cupiens: uenire dignatus est: ut corda eorũ infidelitate cæcata: per gratiã suã illuminaret, & effecti lux

D in dño: fierent templũ eius: ut inambularet & inhabitaret in eis, & esset eorũ deus. c ¶ *Numquid apertæ tibi, etc.*] Nulla creatura est quamuis præpotẽs & fortis: quæ dei maiestati posset obsistere. Et ideo quia per naturã sentiunt creatorẽ, cedunt diuinæ potentiæ qua ei omnino nequeunt contraire. Vnde antiqui interpretes ita dixerunt. Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis. Vbi intelexerunt, quia huiusmodi portæ, quæ unic̃ metuuntur non sint insensibiles & inanimales: sed sint illi potius spiritus immũdi, inimici nostri: aduersariæ uidelicet potestates: per quas generi humano introitus inuẽtus est ad mortẽ. Ipsæ sunt & ostia tenebrosa: quorum animos maliuolos & obscuritate inuidiæ plenos, deus solus perspicit. Igitur qm̃ hi de quibus loquimur tenebræ factæ sunt recedendo à uero lumine & potestates sunt tenebrarũ appellatæ, id est principes hominũ peccatorũ: & idcirco etiã ostia tenebrosa dicũtur: qm̃ deceptione eorum, factus est homini per peccatorũ tenebras ingressus ad mortẽ. Vbi ergo dictũ est, ostia tenebrosa uidisti, quod nos iam exposuimus: alij interpretes locũ in-

C pſum manifestius transtulerunt, ita dicentes: Aut ianitores inferni uidentes te timuerunt: qui locus expositione non indiget, quin potius quod obscure prius dictum est, apertissime declarauit. Vel certe in passione & in morte dñi, hæc quæ dicuntur luce sunt clariora: qui claustra inferorũ aperuit & sanctorũ inde animas liberauit: leges tartari exiens inferos soluit, sententiã mortis resurgens irritã fecit: principatus & potestates tremẽtes, qui erãt ianitores & ostia, trãsduxit fiducialiter: siue palãm triũphãs in semetipso. Secundũ tropicã uero intelligentiã, portæ mortis, sensus sunt nostri: quæ portæ tunc uirtutib. clausę sunt quãdo à uitijs obtinent, & per eas mors peccati ad arcẽ mẽtis ingredit. Quæ ostia tenebrosa, ideo appellant: quia in tenebras peccatorũ siue

Universidad de Navarra Biblioteca

Nûnquid consideraſti latitudinem terræ? Indica mihi ſi noſti omnia, in qûa uia lux habitet: & tenebrarum quis locus ſit: ut ducas unumquodq; ad terminos ſuos: & intelligas ſemitas domus eius. Sciẽbas tunc quod natus eſſes: & numerum dierum tuorum noueras? Nûnquid ingreſſus es theſauros niuis aut theſauros grandinis aſpexiſti: quæ præparaui in tempus hoſtis, & in

A cuam pœnarum, aditum pandunt. Iſtę itaq; portæ, ſiue hæc oſtia aperiuntur hominibus ad ſalutem, cum euictis uitijs tanq; hoſtibus ſuis expugnatis atq; in fugam uerſis, ſanctitatis eas uirtutibus homines aperuerint, ut audiant cum exhortatione ſermonem prophetæ dicentis: Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor domino. Sanctus enim homo ad poſſidendũ ſanctitatis teſtimonium & uirtutũ monilia, conſeruantis affectu & congaudẽtis ingreditur: quoniam ex participatione theſauri cõmunis, fit illis cor unum & anima una in deum. Et ita in hoc mundo uelut in fornacis examinatione pariter poſiti: quaſi ex uno ore benedicunt deum in omni tempore, & ſemper laus eius in ore eorũ. a ¶ *Nunquid cõſideraſti, etc.*] Quis hominum noſſe poterit, quanta magnitudine diſtenda
Eſa. 40.c tur, niſi ipſe ſolus qui omnia condidit? De quo prophe ta ait: Qui menſus eſt aquas manu, & cœlum palmo, & omnem terram clauſit pugillo. Item aliter. Nunquid tu Iob præuidiſti latitudinem terræ, id eſt eccleſiam futuram: quam per totum mundum, creſcente ubiq; euangelio dilataui: Indica ergo mihi ſi hoc ſapere, ſiue aliquando intelligere potuiſti. Siue latitudinem ſapiẽtiæ meæ: quam terræ, domui meæ, id eſt eccleſiæ tribui: nun
3. Reg. 4.d quid ut futura præuidens, oculo mentis accenſo per temetipſum inſpicere potuiſti? quæ ſapiẽtia dilatauit cor Salomonis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris: eiq; dedit prudentiam multam nimis, & quæ in exitu cani-
B tur: & in latitudine ſuarũ fiducialiter agit: cuius multi-
Prou. 22.b plices ſenſus & latitudine diſputationum diuiſimos, iubet eadem ſapientia in corde hominis deſcribi triplici-ter. Hæc ergo uerba poſſunt ex perſona patris ſuper ſapientia, quæ eſt filius diſſerta intelligi. b ¶ *In qua uia lux habitet: etc.*] In uia ſanctæ conuerſationis hominis, lux uirtutum habitat: tenebrarum uero, id eſt uitiorũ lo-
Matth. 25.d cus eſt homo peccator: uel ille locus de quo dicit: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Noſti ergo Iob diſcernere uniuſcuiuſq; meritum, & ſecundum iuſtitiam unumquemq; horum ad terminos præfinitos retributionis perducere: cogitationes cordium ipſorum, tanq; ſemitas domorum ſuorum intelligere potuiſti. Item in qua uia, ſiue terra, ut alij dixerunt, lux habitet: lux fidei & cognitionis habitat in corde credentis: ſiue lux in terra: Chriſtus in eccleſia. Tenebrarũ autem, id eſt ignorantiæ & infidelitatis locus, eſt cor inſipientium atq; incredulorũ. Et ideo per quaslibet ſemitas tendant boni & mali, ſecundum meritum ad domũ æternæ conuerſationis iuſto & bono dño ducente perueniunt. c ¶ *Sciebas tunc quod, etc.*] Quis hominũ nouit antequam ſit, quia futurus eſt, ætatisq; ſuæ dies annosue cognoſcit? Item in Adam peccator & filius mortis effectus, quãdo ſcire uel ſapere potuiſti, quod ſpiritu & gratia baptiſmi naſciturus eras de uiſceribus matris eccleſiæ, & in æternum ſecundum nouiſſimam reſurrectionem reparandus & numerum dierum tuorum, qui ſine fine ſunt, unde ipſe per temetipſum cognoſcere potuiſti? d ¶ *Nunquid ingreſſus es, etc.*] Potentiã ſuam deus quam etiam in ſecretis creaturæ ſuæ rebus atq; inuiſibilibus habet, his uerbis uoluit demonſtrare dicens ad Iob: Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? non enim loca ſunt quædam in aliqua parte mundi immenſa capacitate ſpacioſa, quæ moles atq; congeries infinitarum niuium intra ſe habeant conditas: ut merito ob hoc, quaſi loca theſauri appellentur: de quibus olim hę congregatæ ſint ſpecies, quæ quãdo deus uoluerit proferantur: ſed ita eſt potius, ut in alio loco ipſe dñs ait: Et ſpecies agri mecũ eſt. Quæcunq; enim uoluerit facere, ſtatim uoluntas eius in effectũ procedit. Et ideo theſauri nominati, nõ in aliquo immenſo & capaci loco, ſed in eius uoluntate, & diſpoſitione ſunt cõſtituti: ſicut in alio loco ait: Et ſpecies agri mecum eſt: apud quem nihil eſt impoſſibile: quia nõ eſt affectum: quia nõ eſt aliud cogitare illius: aliud facere: ſed protinus ſit, quod uoluerit. In hac ergo ſecreta cordis ſui diſpoſitione diuina, ubi eſſent iſti theſauri iſtarũ rerum cum adhuc in ſe corporaliter non exiſterent, interrogat Iob ſi intrare poterit. Nemo enim ſecretũ illud diuinæ maieſtatis poteſt adire, ſiue cognoſcere, niſi filius qui eſt in ſinu patris, uniuſq; naturæ atq; ſubſtantiæ. Hæc ergo præparata dicunt a deo in tempus hoſtis pugnæ & belli. Multis igitur modis ac diuerſis alijs innumerabilibus iudicijs ſuis deus flagellat & corripit genus humanũ: ſicut etiã Aegyptios, quos fulminib. & grandine deuaſtauit. Et generaliter alijs rebus frequentat hominũ caſtigationẽ. Hoſtili humiliat incurſu, terrarũ motu hiatuq; uaſtat, turbinibus perdit, ruinis opprimit, naufragijs demergit: alijs quoq; plagis innumeris uerberat, ſiue lentis infirmitatibus, ſiue acutis lãguoribus, atq; aere corrupto. Vnde in Deuteronomio legimus, quæ hoſtibus Deut. 7
B ſuis repugnantib. & rebellantib. præparat: ut eis ſecun- & 20
D dum iuſtitiã ſuam infligat debitas pœnas tribulationũ. Item aliter. Niuẽ nunc in bonã partem, nunc in cõtrariã accipimus: & idcirco ſub niuis nomine præfiguratũ hoc loco corpus aduerſariarũ poteſtatũ colligũt, quod à charitate dei longe diſceſſerit, id eſt deũ habitantẽ in cœlo reliquerit: ut iuſto iudicio dei, proijceret in terrã. Huius aũt niuis & grãdinis, quaſi in quandã duritiam ſuæ naturæ oblita tranſierit, quaſi quædã ſecreta, cogitationum ſcilicet machinamẽta, theſauros deus uoluit
Ezec. 28.d nominare: ſicut propheta Ezechiel de eorum principe ait: In multitudine negociationis tuæ impleta ſunt interiora tua iniquitate. Huiuſcemodi igitur dñs cogitationũ omniũ ſolus cognitor perſcrutatorq; eſt. Hos inquam theſauros qui per ænigmata niues & grandines nominati ſunt: ait deus ſe præparaſſe in tempus hoſtis diemq; pugnæ & belli. Et quoniã inſipienti corde nunquam ad deũ conuerſuri eſſent, diſpenſatione diuina magiſtri pœnarũ effecti ſunt: ut alios dei iudicio ad emendationẽ flagris correptionũ caſtigẽt, alios uero ſecundum iuſtam ſententiã dei puniant: alios duris tribulationib. affectos conſtituant clariores. Sicut & in iſto ſancto Iob manifeſte apparuit. In Aegyptijs quoq; ſimiliter demonſtratũ eſt, quibus cum uolũtate dei pugnantibus, plagæ horrendæ immiſſæ ſunt per angelos malos. Item, Nũquid ingreſſus es theſauros niuis, etc. Potuit dñs de aduentu ſuo in carne hoc dixiſſe, quo ut ignis æternus & ignis cœli: ignisq; diuinus per quẽ omnes creaturæ rationabiles concalefcunt, dignatus eſt ad terrã deſcendere: qui uelut ad niueã regionẽ & frigidã mũdi huius atq; inſtar grãdinis nimio infidelitatis
Luc. 12.f frigore duratã exclamauit & dixit: Ignẽ ueni mittere in terrã. Proinde huiuſcemodi humanorũ cordiũ theſauros, obliuione uidelicet dei ſui frigidiſſimos, ingreſſũ ſe patitur: ut expulſo perfidiæ frigore, dilectione eius flagrarent

A grarent & dicerent: Concaluit cor meum intra me: & in
Pſal. 38.a meditatione mea exardeſcit ignis. Itemq; ut ad intelligentiæ ignẽ profectu fidei de ſtultitiæ frigore uenientes
Luc. 24.c dicerent: Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis: cum illuminato corde atq; accenſo charitatis fonte aperiret nobis ſcripturas leſus? Sic itaq; ingreſſus mundũ ac utilitãs eũ, aſpicit corda mortaliũ, quæ etiã & theſauri ab ipſo dño nũcupant in euangelio:
Matth. 12.c ita dicente: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Hæc igit deus facere præparauit quę diximus, hoſtis pugnæ & belli, in tẽpore utiq; pro nobis moriens, hoſtẽ grauem ac moleſtiſsimũ inimicum diabolũ in inferis triumphauit, & reſurgens à mortuis, in Iudæa fidei ſuæ aduerſarios expugnauit. a ¶ *Per quã uiam, etc.*] Quis poterit proprie ſcire mortalium, quæ ſit uia ſolis, quam ordinato curſu agit in dextro climate cœli, ſpargentis lucẽ ſuper terras: aut quemadmodum æſtus per uices temporũ, ſiue per loca regionũ omniũ diuidat: ut alibi plus eodẽ rempore feruear: & ipſe alibi temperato calore ſentiatur. Item, Per quam uiã ſpargit lux, diuiditur æſtus ſuper terrã. Via eſt euangelij prędicatio, per quã lux fidei, ſpargitur ſuper corda credentiũ: Et pulchre ſpargitur, quia infidelitate mentes hominũ aridæ, ubertate diuinæ gratiæ irrorantur: & ita diui-
Eph. 4.a ditur æſtus ſancti ſpiritus ſuper terrã fideliũ. Sic inquã diuidit, cum unicuiq; datur gratia ſecundũ menſuram donationis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Siue hoc modo diui-
B ditur, cum alijs annũciatio Chriſti odor uitæ in uitam fit, alijs uero odor mortis in mortẽ. Sic ergo diuiditur ipſum bonũ euangelij, ut nitã alijs largiat, alijs mortem crimine infidelitatis operetur. Itemq; uia ſanctæ conuerſationis hominis, luxq; timoris dei, ſpargitur ſuper omnẽ corporis terrã, ut fugiant ab eo tenebræ peccatorũ: & æſtus eis tentationũ opitulante dei gratia temperent, ne exorto ſuper ſe ardore ſolis exæſtuet. Et ſic itaq; æſtus diuidit: cum eis non totũ ſimul tribulationũ
1. Cor. 12.e põdus imponit, ſicut ait Apoſtolus: Fidelis enim deus,
Prou. 10.a qui non patitur uos tentari, etc. Et Salomon: Effugiet æſtus filius prudens, uento aũt corrumpitur in meſſe filius iniquus. b ¶ *Quis dedit uehementiſsimo, etc.*] Hic uehementiſsimus imber, ſaluatoris eſt euangeliũ, qui emiſit eloquiũ ſuum terræ, ut uelociter curreret ſermo eius:
Eſa. 2.a hic inquam imber in montib. Hieruſalẽ, de imo terræ in ſublime ſurrexit: quoniam de Sion exiet lex, ait propheta: & uerbum dñi de Hieruſalem: & eleuatus à ſanctis apoſtolicis nubibus, uelut aqua effluens, copioſe currit, aura ſibi flante ſpiritus ſancti, in uarijs ſignis atq; uirtutibus uiã ſibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis dei atq; miraculorũ tonitruo præcedente. Alij dixerunt, præparauit flumen omniũ populorũ. Et flumẽ inquã eccleſiæ præparauit, ut pluuia copioſa & ualida ſpiritus ſancti inundaretur, ſicut in ipſo principio naſcentis eccleſiæ ſuper Apoſtolos ſanctoſq; cæteros demonſtratũ eſt. Quod aũt in laudem imbris euangelici dicitur: quod pluerit ſuper terrã inhabitabilẽ, quæ hominẽ non haberet, non erit mirabile, ſi ut ſonat tantum intelligatur: ſed in deſerto, id eſt nationibus doctrinam dominicæ prædicationis copioſe effudit. In deſerto inq; ubi nullus hominũ fuerat cõmoratus, id eſt, qñ nullus ꝓphetarũ ad gẽtes à deo erat miſſus, ut impleret inuia & deſolata, & ꝓduceret herbas uirẽtes euangelij. Imber terrę eccleſię quę fuerat deſolata à deo, et pluuia charitatis dei, adipe repleuit eam atq; in pinguedine ut ex ubertate bonorum cœleſtiũ produceret ac proferret herbas uirentes ſatiui ſeminis, ſecundũ genus ſuũ, ſicut ait in pſalmo. Et florebit de ciuitate ſicut fœnũ terræ: & mul
Pſal. 71.c tiplicatis fructib. faceret ſecundũ parabolam dñi: aliud
Mat. 13 triceſimũ, aliud ſexageſimũ, aliud centeſimum fructũ, & audiret cum exhortatiõe ſe conſolantẽ. Lætare
Eſa. 54.a ſterilis, quæ nõ paris: erumpe & exclama quæ non parturis, qa multi filij deſertæ, magis quàm eius quę habet uirũ. c ¶ *Quis eſt pluuiæ pater, etc.*] Quis eſt huius pluuiæ & huius imbris dominici autor & conditor niſi deus. Quam pluuiã uoluntariam ſegregauit
Pſal. 2.b hæreditati ſuæ, ſicut dicit pater ad filiũ: Fili pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſsionẽ terminos terræ. Ipſe etiã deus genuit ſtillas roris: hinc & propheta ait ad deum: Ros enim qui à te eſt, ſanitas eſt illis. Proinde in fluuio, affluentiſsimã affluitatẽ largitatemq; diuinæ gratiæ demonſtrauit. In rore aũt eãdem gratiã, ſenſim inſueſcentem uiſceribus, & medullas animæ penetrantem. Alij dixerunt, uel quis genuit glebas roris. Has igitur glebas unumquemq; ſanctorũ non abſurdũ erit intelleXiſſe, quæ ſunt in agro eccleſiæ: quibuſq; di-
1. Cor. 3.b cit Apoſtolus: Dei agricultura eſtis. Illic ergo iſtæ glebæ
Eph. 2.b per baptiſmũ in Chriſto ſunt genitæ: ſicut ait Apoſtolus: Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. Vnde hoc rore cœleſti perfuſi, pingues in ſanctis fructus & uberes extiterũt. d ¶ *De cuius utero, etc.*] Vteri nomine, cordis ſecretum ſignificaſſe mihi uidetur. Non enim pro-
D babiliter glaciem egreſſam de ore dei intelligere debemus, ſed de illo mentis ſuæ ſecreto & inſcrutabili iudicio, iuſtam ac diſtrictã manaſſe ſententiam. Egredi ergo glaciem dixit pro egrediente iudicio, quo ſecundũ ſuũ meritum, quidã hominum percutiuntur plaga obdurationis, & corda eorũ duriſsimo atq; inſolubili quodam gelu & frigidiſsimo conſtringuntur: ut non ſentiant ſeruentis diuinæ charitatis calorem. De angelis apoſtaticis, ueriſsime dici poteſt, & ſpecialiter de Iudæis intelligendũ eſt, quibus aquæ eloquiorũ cœleſtium glaciatæ ſunt, ut in fructus gentiũ gratiæ largitate profluerent: de quarũ uocatione dictum eſt ſuperiore ueriſculo, & de quibus, poſuit deſertũ in ſtagna aquarũ & terras ſine aqua in exitus aquarũ, & inhabitare fecit ibi eſurientes, id eſt eſurientes iuſtitiam: Et ſeminauerunt agros & plantauerunt uineas & fecerunt fructũ natiuitatis: & benedixit eos, & multiplicati ſunt nimis. Qui ergo mente ſpiritualiter, nunc ubiq; poſitã contuetur eccleſiam, uidet terrã eius, quæ fuit deo aliquando deſerta, nunc prædictis omnibus ſpiritualibus coptijs abundare: ſic itaq; prædictas ſtillas roris de cœlo defluentes
Iudic. 6.g ſuſcepit eccleſia: & ſecundũ Iudicum librũ, quod tempore Gedeõ ducis factum legimus, ros unius ouiculæ gentiſq; modicæ, totã terram Chriſto credentẽ, qui roris eſt gratia benedictionis infudit, & impletũ eſt illud myſterium, quod pſalmiſta prædixerat dicens: Sicut ros
Pſal. 132.a Hermon. Hermon utiq; mons qui interpretat anathema, ſignificat altitudine ſua populũ Iudæorũ. Illius ergo ros, gratiæ uidelicet & benedictionis, deſcendit in montẽ Sion. Sion nanq; mons excelſus uirtutibus atq; ſublimis eccleſia eſt. In quo conſtituta eſt ſpecula cõtemplationis futura credentiũ. Vnde & ipſa uirtutũ ſpecies Sion interpretatur. Et ut noſſemus propriũ roris iſtius nomen ait pſalmiſta: Quoniam illic quidem, ſcilicet in

A monæ Sion, mandauit dominus benedictionem & uitam usq; in æternum. Et sequitur dicente domino. d
Psal. 132.c ¶ *Et gelu de cœlo quis genuit.*] Hoc igitur modo de cœlo obdurationis sententia sacrilegi feriuntur, quod utiq; malum fuste eis à deo dicitur procreari, ut Pharaoni scilicet & Iudæis, quos p̃pter infidelitatem suã & nimiam obstinationem cordis legimus obduratos. Sequitur de huiusmodi, dicente dño: b ¶ *In similitudinem lapidis, etc.*] Nomine aquarum secundum scripturarũ auctoritatem populi intelliguntur: Sicut Ioannes apostolus ait: Aquæ autẽ quas
Apoc. 17.d Psal. 143.b pulit sunt: & Dauid ad dñm: Libera me, inquit de aquis multis, de manu filiorũ alienorũ. De his ergo mihi dicere uiderur: qui nimio obliuionis dei frigore obrigue-
runt, & instar lapidum, solidi & nimiũ duri effecti sunt. Deinde ait. c ¶ *Et super faciem abyssi.*] In abyssо, profunditatẽ mẽtis puto intelligendã, quæ ita obtusione infidelitatis nimiæ operiat, & constringat quodã gelu impietatis, ut saxo similis fiat: ita ut tali mente, non sit ad deũ ullus aditus respirandi secundum illud
Rom. 11.a quod apostolus de Iudæis testimoniũ propheticũ assumens, locutus est, dicẽs: Dedit illis deus spiritũ cõpunctionis, oculos, ut nõ uideãt, & aures ut nõ audiãt usq; in hodiernũ diẽ. In psalmo quoq; centesimo quadragesimoseptimo, de gelu, uel glacie & crystallo secũdũ hũc sensum quẽ dñm dixisse hic legimus, prophetã mystice locutũ manifestũ est. Possumus hæc loca & simpliciter intelligere: & gelu de cœlo quis genuit? Cœlũ appellan-
B tes glacialia montiũ & excelsorũ cacumina, & per immẽsum aerẽ, loca cœlo uiciniora, uel magis proxima. secundũ hanc ergo cõsuetudinẽ scripturarũ, ipse dñs in-
Matth. 6.d quit in euangelio, uolatilia cœli: His secundũ literã nũc omissis ea potius, quæ sacrate à deo prædicata sunt intelligere & credere nos oportet. d ¶ *Nunquid coniungere, etc.*] Nũc de cœli ordine & astrorũ circuitu loquitur ad Iob. Pleiades appellat stellas, quæ iũctæ, uelut septẽ esse mõstrant. His ergo Græci, quod multæ simul essent, nomen ab ipsa multitudine posuerũt: plithys uel plithos eñ multitudo dicitur: & inde deriuatũ est, ut pleiades appellent. Ait ergo dñs ad Iob: Nunquid ut hæ stellæ iunctæ & simul sint, tua potentia facere potuisti? Septentrionis quoq; siue arcturi circuitũ, quẽ indesinẽti gyro per sinistrã plagã mundi in se feci recurrere: ut totus in se uadat semper & redeat: nũquid tu poteris dissipare?
Iosue 15.a De astris cœli siue signis: & in alijs locis scripturæ legi-
Iudic. 1.g mus, sicut in Iesu Naue & Iudicũ: Fuit, inquit, terminus Amorræi ab ascensu scorpionis petra & superiora loca. Vt igitur dñi uerba secundũ mysticos intellectus dicamus: cœlũ interpretemur ecclesiã, quam superius dñs terræ uocabulo nuncupauit: sed ibi propter originem suã terra est appellata. Nunc uero sublimata per Christum in gloriã: cœlum rectissime intelligit. In hoc igitur cœlo etiã stellæ pleiades & septentrionis, unã in se sacræ interpretationis cõtinent formã. Ipse enim septenarius numerus septiformis spiritus gratias in se demonstrat, quæ in hoc cœlo micant, ipsiq; gratiarũ spiritus, in eodem firmamẽto cœli sunt fulgentes. Istæ igitur stellę per prophetã, septem oculi dñi appellantur quorum ocu-
Esa. 11.a lorum gratias atq; uirtutes Esaias propheta enumerat, ubi de saluatoris natiuitate uaticinatur dicẽs: Et requiescet super eum spiritus dei: spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & uirtutis: spiritus scientiæ & pietatis, repleuit eum spiritus timoris dei. Quemadmodũ ergo quisquàm non potuit indissociabilis luminis spi- C
ritualia astra coniungere: ita omnino fieri nõ potest: ut hæ stellæ gratiarum, ecclesiam meam circunlustrantes ab unius connexione insolubili separentur. Quod autem alij dixerunt, aut intellexisti nexus pleiadis, ad spiritualem intelligentiam erigit animum cõtuentis: ut aliquid allegoricũ laboret inquirere. e ¶ *Nunquid producis luciferum, etc.*] Stella est quam lucifer dicimus stellis cæteris clarior, quam ferunt etiam doctores ecclesiæ, unam esse de illis quinq; stellis quas planetas uocant, quia dissimilem aliarum stellarũ cursum habeant, multoq; uelociorem, & inde planetæ, id est uagantes siue errantes dicantur: eo quod non certum, sed mutabilẽ cursum habeãt. Hunc igitur luciferũ apparituru terris, post biennũ in oriente autumant nasci. Aliã uero stellam quã uesperum appellauit, eo quod circa diei uesperũ suo tamen tempore mundo monstret: hanc, inquit deus ad Iob, super filios terræ consurgere facis? Qui ergo intelligis potentiã omnia gubernantis, & in te operantis agnosce iustitiã. Hanc stellam multi putant hesperũ dici. Vnde & Italia hesperia nominata sit, eo quod illic tempore suo primũ apparet. Spiritualiter aũt uerba sunt patris, de filio suo saluatore nostro dicentis sic: Nũquid educes luciferũ in tempore suo: & uesperũ super filios terræ consurgere facis? Vbi & aduentus dñi in carne uenturi significatus est, & resurrectio eius ex mortuis figurata, ue-
niente plenitudine temporis: Ait aũt, misit deus filium Gal. 4
suum factum ex muliere, factum sub lege. In hoc igitur D
tẽpore suo, eductus est à deo patre: ut terras inuiseret: qui ideo lucifer nuncupatus est, quia ueniens de sublimibus, tanquàm post biennũ, post legem & prophetas ortus est, & super nos positos in tenebris & umbra mortis lucẽ nobis fidei ac tempestiuæ cognitionis exhibuit. Vesper uero idem filius hominis appellatur, qui
in cruce tempore passionis occubuit. De quo ait pro- Psal. 117.c
pheta populis credituris: Iter facite ei qui ascẽdit super occasum, dñs nomẽ illi. Qui utiq; in tempore occasus, quando ait ad patrẽ: In manus tuas cõmendo spiritum Luc. 23.f
meũ, posuit tenebras & factæ sunt in corde infidelium Iudæorum. Hunc ergo deus pater, ut pastorem magnũ ouium excitauit. Hunc, inquã, uesperum, eo quod sacrificiũ uespertinum in uespera seculorũ missus obtulerit, filium hominis, super filios terræ consurgere fecit: utinã non sint caro & terra esca serpentis, neq; filij nocẽs & tenebrarũ, sed sint filij luciferi, filij dei. f ¶ *Nunquid nosti ordinem, etc.*] Si numerũ astrorum omnium potest quispiã mortaliũ nosse, potest & militiæ eorum ordinem perscrutari. Nemo ergo hæc proprie nouit nisi solus ille qui condidit. Spirituali aũt sensu ita intelligi potest. Nunquid tu Iob quasi cognitor futurorũ, iam nosti quo ordine in cœlo ecclesiæ, quàm diuersæ atq; multiplices gratiæ spiritus mei, uelut stellæ refulgeant: siue qua gloria, uel quo ordine meritorũ, ut siderum radiantiũ globi, sancti in resurrectione fulgebunt? Hunc locũ alij ita uertunt: ut omnia quæ sub cœlo sunt pariter fiant: Vbi hoc dicere uidentur, quod uolubilitate siue temporũ siue stellarũ per spacia sibi succedentia redeat & recurrat. Spiritualiter aũt ita dictum existimandum est, quod dispensatio per Christũ reconciliationis humanæ, usq; in finem seculi crescat, ad noticiã omnium nationũ: siue quia sancti ut ad calcem uirtutũ perueniant, quotidie morum sanctitate proficiãt: & ideo sub cœlo.

id est

A id est sub obedientia ecclesiasticæ disciplinæ sunt constituti. d ¶ *Nunquid eleuabis in, etc.*] Primo auditu hoc ita intelligendũ est. Nunquid habes tantã potentiã, ut ad imperiũ ac nutum tuũ illico imbres infundentes & operientes de cœlo descendãt. Secundũ altiorem uero intelligentiã: uocem, inquit, eleuo: ait dominus quãdo hominib. clamo: uenite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & pietatis affectu pulso secreta mentis ipsorũ: ubi est uelut nebula caligo peccati: & nomi-
nis mei ualde obscura obliuio, ut obedientib. uoci meę innumeris populis circundatus, quasi impetu influentibus aquis operiar, quibusq; uelut uestimẽto induar:
Esa. 61.d ut in eis habitem sicut propheta ait: sicut sponsa induit me uestimento. Alij dixerunt uocabis nubem uoce, & in tremore aquæ ualidæ obediet tibi. Aqua ualida tremendum diuinæ uoluntatis præceptum est: quod deus quemlibet sanctum uoce, id est affectu clamoris & insinuationis instinctu, ut obediẽdo saluetur obseruare iubet. Nunquid tu Iob aliquid simile facere potuisti? b ¶ *Nunquid mittes fulgura, etc.*] In his sermonib. dei, adesse uirtuti eius credendũ est quæcunq; uoluerit, cui etiam omnia insensibilia, quasi sensibilia sunt: sicut dicit pro-
Psal. 113.b pheta: A facie dñi commota est terra, à facie dei Iacob. Reuerti autem fulgura ideo appellantur: quia ista mittuntur à deo, ut prædicatione euangelij mundum illuminent, quibus dñs ait: Vos estis lux mundi. Et iterum:
Matt. 5.b Posui te in lucem gentiũ, ut sis in salutem usq; ad ultimum terræ: & in fine seculi reuertentes cum fructibus
B manipulorũ suorum, uenient in exultatione, & dicent:
Matt. 25.b Quinq; talẽta mihi tradidisti: ecce alia quinq; lucratus sum. Siue fulgura sunt inspirationes diuinæ, quibus illuminantur corda sanctorum, ut eis accensis in amore charitatis Christi conflagrent. Hæc aũt fulgura illuminationis dei reuertentur ad deũ, qui ea ad desiderium sui excitandũ emiserat: quando per eandem uisitationem diuinã, ardenti animo & feruenti opus suæ illuminationis effecerunt. c ¶ *Quis posuit in, etc.*] Manifestũ est quod homo quando ad imaginẽ & similitudinem dei factus est: sapientiã rationis accepit, ut præstaret cæteris animantibus, quæ ratione & prudentia carent. Quibus autẽ bonis, à deo homo donatus sit: lectorẽ ad eos transmitto qui de bono naturæ, eiusq; uirtutibus plurima conscripserunt. Gallo etiã gallinaceo deus huiusmodi sensum dedit: ut emenso noctis tempore, quasi proximæ lucis memor eandẽ mundo canens annunciet reuertentem. Secundũ intelligentiam uero spiritualẽ ita sentiendũ est: quoniã Christus dei est uirtus deiq; sapientia. Hunc pater in uisceribus hominis posuit: sic enim dei sapientia, qui est filius eius ait: cũ eum Petrus
Matth. 16.b filium dei confessus fuisset, dicens: Tu es Christus filius dei uiui: non tibi reuelauit hoc caro & sanguis, sed pa-
Gal. 1.c ter meus qui est in cœlis. Et Apostolus. Cum aũt complacuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit in gratia sua, ut reuelaret filiũ suum in me. Gallũ uero puto esse unumquemq; sanctorũ, qui in nocte & tenebris huius mũdi, accipiunt fidẽ, intelligentiã & uirtutis constantiã clamandi ad deum: ut inspiret iam dies permanens, & amoueant umbræ uitæ præsentis, cũ ur-
Psal. 24.a genti & frequenti clamore precum suarũ dicentes: Emitte lucem tuam, & ueritatẽ tuam. Quod & de prophetis intelligere possumus, qui certatim annũciauerunt diei ac solis aduentũ. Hoc in loco aliorum multo aliter interpretatio habet: qui ita dixerunt. Quis dedit mulieribus texturæ sapientiã, & uarietatũ scientiã. Si scientiã uarie- C
tatũ, & textrini operis sapientiã à deo solæ mulieres acceperũt: de quibus dicit: Sed mulieres doctæ dederũt, quę nouerãt in opus tabernaculi, de qualib. & dñs hoc loco, quasi specialiter ait: Quis dedit mulierib. texturæ sapientiã & uarietatũ scientiã: Quomodo in Exodo Beseleel & Oholiab, sacerdotũ & tabernaculi uestimẽta, uario ac polymitario opere texuerunt. Nouerimus ergo esse animas sanctas: quæ hoc opus efficiẽdi etiam nunc in historia per intelligentiã spiritus acceperunt: quibus utiq; sicut scriptũ est: dedit deus sapientiã & intelligentiã: quicquid etiã fabre adinueniri potest, dedit in corde eorũ. Sic itaq; repleti sunt spiritu sapientiæ & intelligentiæ & sapientiæ uel scientiæ, & omni doctrina ad excogitandũ & faciendũ omne opus: quoniã tabernaculũ illud legis, sanctæ ecclesiæ imaginẽ præferebat. Dicamus de hac uarietate morũ, siue meritorũ uelut uestẽ uero Salomoni ministrantiũ, quod per figurã
3.Reg.10.d regina Saba dixit Salomoni, cum admiratione laudãs sapientiã eius: & domũ, cibos, habitacula, & seruorũ ordinẽ, uestes & ministros & holocausta quæ offerebant in domo dñi continenter: hanc officiorũ uarietatẽ contextã esse per diuersas in toto mũdo ecclesias, per quas alibi cõiugati, alibi cõtinentes, alibi uirgines: hi per eleemosynas, illi per alienationẽ omnium facultatũ: illi per crucẽ & mortificationẽ terrenarũ cupiditatũ: illi per scientiã scripturarũ multiplicib. sancti spiritus gratijs: uelut diuersis coloribus. Christi corpus exornãt, sibiq; eternæ gloriæ, & immortalitatis uestimenta cõficiunt. Cõte D
xunt etiã perfecto intellectu fidẽ trinitatis, uelut spartũ triplex, quod non cito rumpit. Huiusmodi uestimenta istæ spirituales mulieres operant, id est siue sanctæ animæ, siue ecclesiæ per diuersa regionũ spacia constitutæ.
d ¶ *Quis enarrabit, etc.*] Certũ est, quia nullus cœlorum rationẽ uel stellarũ cursum poterit aut sermone narrare, aut mente concipere. Quod aũt ait: Concentũ cœli quis dormire faciet? Multis scripturarum locis laudare deũ elementa dicunt: pro eo quod in illorũ dispositione ac pulchritudine deus, uel ab hominib. uel ab angelis prædicet: Id est, quis homines in eius laudib. uitam exercẽtes dormire, id est quiescere faciet. Pro hoc itaq;
honore, qui ab ecclesiæ cõgregatione persoluit: quis alius quàm ipse requiem dabit ac refrigeriũ in sempiternũ. Dormitio eñ aliquando in scripturis requies intelligit: ut Esaias propheta ait: Iustitia dormiuit in ea, id est Esa. 1.f
in Hierusalẽ æquitas iustitiæ requieuit: nunc aũt homicidæ. Et sanctus quidã super quẽ signatum fuerat lumẽ uultus dñi: ait in psalmo: In pace in idipsum dormiã & Psal. 4.b
requiescã. Itẽ in alio loco: Si dormiatis, inquit, inter medios cleros, id est inter sortes duorũ testamentorũ requiescatis. Et concentũ cœli quis dormire faciet? Sanctos angelos intelligamus qui pro ipsa habitatione cœli, cœlũ dicti sunt per prophetã hoc modo: Cœlum cœli Psal. 67.c
dño. Huius igitur cœli concentũ, ait dñs, quis dormire faciet, id est quis erit ille qui eos à perpetuis laudibus, quibus me benedicunt, sanctus, sanctus, sanctus dñs, incessabiliter cõcinentes, ut cessent & quasi obdormientes posit inhibere? Quis narrabit cœlorum rationẽ. Et sancti cœlorũ nomine crebro dicũtur: de quibus secundum mysticos intellectus propheta uaticinatur, dicens: Cœli enarrãt gloriã dei. Horum igitur do- Psal. 18.a
nationes quas habent secundũ dei gratiam differẽtes: quis poterit uel ipsam fidei ipsorũ narrare rationem?

A a ¶ *Quando fundabatur, etc.*] Puluis de quo dñs ait, gentium infidelitatem signat: puluis uticꝙ aridus & solutus fundamento in ecclesia apostolico admiscetur: ut per fidem & colligationes siue compagines charitatis, conglutinatio in Christo fœdere unionis & pacis in augmentum dei uelut in terram solidam crescendo proficiat. Vnde glebæ agri dominici, effectæ frugiferæ, in unum corpus ecclesiæ charitatis copula compingũtur. Cœlorum quoꝙ appellatione scripturæ sanctæ recte dicuntur: eo quod de sursum sint hominibus attributæ, siue quia cœlestia in se contineant sacramenta. Horum igitur cœlorum, id est scripturarum rationẽ, quæ de mysteriorum obscuritatibus opacatæ sunt & profundæ: quis poterit animo perscrutari, uel eloquio proferre, aut quis eorum uaticinia cessare præcipiet. Antiqui interpretes ita dixerunt: Quis cœli organa in terram declinauit: id est, quis est qui cœlorum laudantium deum cantus, usꝙ ad hominũ inclinauit noticiã, ut imitatione laudis eius, socij angelorũ effici mereantur. b ¶ *Nunquid capies leænæ, etc.*] Ex his quæ per omnem textum sermonis huius enumerat, sex sunt quadrupedia, & quatuor uolatilia. Et in hoc decalogi perfecto numero, uideri potest quod omnem creaturam intelligi uoluerit deus quæ per eum utpote per autorem regitur. Decimus autem numerus perfectus est, quia per ipsum iterando, omnis numerus in infinitum multiplicatur. Ergo iuxta literæ superficiẽ, hoc ait. Ego qui omnia iusta dispensatione procuro, circa te tantum ô
B Iob uideor iniustus? Iuxta spiritualem intellectum, leæna siue etiam leo, diabolus est intelligendus, qui & in multis locis scripturarum propter sæuitiam & fortitudinem ita nominatur. De hoc igitur dñs ait: quod nemini nocere possit, nisi à deo acceperit potestatem: Iusto ergo iudicio eius traduntur: quia ille omnino uires nõ habet dominandi nisi ipse permiserit. Nunquid capies leænæ prædam, id est sicut ego eam capere permittam. Puto aũt hoc loco ideo catulos dictos, quia leænam nominauerat, quos ueneno maliciæ suæ siue nequitiæ, uelut lacte nutrierat ad homines perimendos. De quorũ
Psal. 103.c mortibus, nequissimorũ spirituum animæ reficiũtur: & de his in psalmo ait: Catuli leonũ rugientes, ut rapiãt & quærant à deo escam sibi. His igitur leonibus & draconib. escas dare deus dicitur: quando illos quos expetunt, in potestatem accipiunt. c ¶ *Quando cubant in antris suis (In syluis alij dixerunt) & in specubus insidiantur.*] Antra siue speluncæ sunt corda hominum impiorũ: in his latibulis sedent: siue cubant in insidijs, ut interficiãt innocentem. d ¶ *Quis præparat coruo escam suam, etc.*] Arbitror quod & hic coruus aduersariam partem significet sicut & pulli eius: Vt quemadmodũ superius leænã, & catulos eius intelleximus diabolum & turbam perditorum eius: ita & hic coruum eundem cum pullis eius intelligamus. Quod ergo dicitur uagantes, indicatur hoc uerbo quod quasi quandam famis rabiem patiantur circa hominum genus, ut perditionem portionis eius, uelut cibum sumant, & ideo satagere uidentur omni instantia, donec ad effectum uotorum suorum perueniant, sicut audiuimus spiritum sanctum, per Salo-
Prou. 30.c monem dicentem: Oculum irridentem patrem & contumelioſum senectuti matris, effodiant eũ corui de conuallibus, & deuorent eum pulli aquilarum. Possumus & ita sentire, ut coruum: id est diabolum & omnes socios eius quondã patres habuerimus cum errorib. eorum assimilaremur & uitijs: & inde etiã & pullorum no C
mine dicebamur. Sed relinquentes eos, quod & spõsa docetur, ut faciat: quæ spõsa nos sumus, cui dicitur: Au-
Psal. 44.c di filia & uide, & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum & domum patris tui: & inuocantes nunc dñm, potest fieri, ut pristino adhuc nomine appellemur, sicut propheta ait: ubi de
Psal. 146.b deo loquit. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et reor qđ ideo pristino nomine censeamur: ut nouerimus quid fuimus, & quid nunc per Christi gratiã simus: & inde hoc ipsum magnũ bonum intelligentes, magis deo gratias referamus, dicentes cũ Apostolo: Gratias deo patri qui eruit nos de potestate Col. 1.b tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Mos aũt sanctæ scripturæ huiusmodi est, ut pristina culparũ nomina, in sanctis frequenter recenseat, sicut beatus Esaias propheta ait de deo: Benedicent me bestiæ a-
Esa. 34.c gri, & Apostolus Matthæus dicitur publicanus. Videamus hunc locum, si & in bonã partem exponere possimus, ut istum coruũ & Christum interpretemur. Sicut enim secundum scripturarũ consuetudinem, montem dicimus dñm nostrum, & diabolum similiter appellamus, petram quoꝙ ac lapidem, arborem etiam & gladium dicimus: ita & coruũ fortasis dicere possumus. Nam & sponsa ecclesia, inter cætera præconia laudis de
Cant. 5.c Christo: ita ait in Canticocanticorum: Crines eius ut aetherij, nigri sicut coruus, sed quando diabolo corui nomen aptamus, dicimus eum nigrum criminibus atꝙ tetrũ, & qui in tenebris nequitiarũ commoretur. Quan D
do uero eo nomine saluatorem significari dicimus, mysteriorũ arcanis eum in scripturis suis obscurissimum esse sentimus. Et cum sciamus diabolũ in scripturis serpentem nominari, quis auderet de dño ita credere, nisi ipse in se serpentis similitudinem uerbis proprijs ex-
Ioan. 3.b pressisset, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in de-
Matth. 10.b serto: ita exaltari oportet filium hominis, & discipulos tales admonuit esse dicens: Estote astuti ut serpentes. Et serpens, id est diabolus maledictus à deo est, eo quod Euam seduxit astutia, & Christus maledictus dicitur: quia maledictus omnis qui pendet in ligno, Maledictũ
Deut. 21.d quippe hominis in se suscipiendo, id est eã quæ ex sententia dei uenerat mortem, ut maledictũ suspendit in li-
Gal. 6.b gno, & inde est quod pro nobis Christus factus est maledictũ. Hæc exempla protulimus, ut firmetur sensus supra prolatus: sequentia uideamus. Nũc igitur Christo coruo figuraliter dicto pater præparat escam: cum ei ex gentibus conuocat credituros, sicut de eodẽ patre pro-
Esa. 46.d pheta ait dicens: Quis suscitauit ab oriente iustum, uocauit eum ut sequeretur. Dabit in conspectu eius gẽtes & reges obtinebit. His igitur ad fidẽ uocatis dñs Christus uelut esca gaudio exultationis reficitur. Huius populi, id est discipuli, & omnes credentes clamãt ad deũ in oratione, panem substantialem quotidie postulantes, & hoc ipsum uagantes faciunt, quia peregrini & hospites sunt super terrã, ubi sedem sibi firmam & stabilẽ
1.Cor. 1.c non constituerunt, sed dicunt cum Apostolo, instabiles sumus. Hi igitur habent quidem cibos scripturarũ: quarum consolatione pascuntur, sed spei & fidei cibus est non alimonia rei proprie permanentis. Et idcirco in hoc mundo uagari dicuntur: donec ad immobilitatem quandam seculi futuri perueniant. Nam & ad hũc intellectum spiritualem pertinet, quod corui isti, rore pasci dicuntur: sicut philologi se referunt indagasse.

Nunquid

A Caput XXXIX.

NVnquid nosti, etc.] Ibices ipsi sunt quos Græci tragelaphos uocãt admixto nomine hirci & cerui, eo qđ necesse est ut simile sibi aliqd hæc animalia habeãt, & unũ horũ puto in Canticis canticorũ damulã uocari, quæ aliqñ & caprea secundũ legẽ mactabant. Et in Cãtico canticorũ cerebro simul ponunt, & mũda appellant quoniã cornuta essent & ruminarẽt: ungulãꝙ diuiderent. Istius ibi
Leuit. 11.b cis sunt & alia animalia quasi eiusdẽ generis, ut est coruorũ, sicut in lege dicit: Et oẽs coruini generis aues nõ mãducabitis. Hæc ergo animalia uel maxime in saxis nutriunt, & in cauernis petrarũ. Ibicũ tẽpus qñ pariũt nosti, ait dñs ad Iob, uel qñ ceruę parturiũt obseruasti? Quãta alia sunt in scripturis magis obscura atꝙ ab hominũ notitia lõge remota, de quib. aliqua in hoc libro ipse dñs uidet dixisse, ꝙ sunt quæ ad Iob nunc loquit. Quid em laboris est nosse tẽpus ceruarũ & ibicũ partu rientiũ: aut unde tam latebrosum est humanæ notitiæ, ut possit tẽpus horũ animaliũ parientiũ penitus ignorare, præsertim cũ hæc ipsa animalia penè in medio hominũ cõmorentur. Proinde, ne sit apud quosdã hic sermo dñi uilis, & forte ab eis superfluus existimet, altius qđ dixit intuendũ est, ut dicamus in mysterijs sub nomine horũ animaliũ, prefiguratos apostolos, etapostolicos uiros, & oẽs prædicatores ueritatis: q in fortitudine fidei & patiẽtia, uelut in petris per spiritũ imbuẽtem eos uerbũ euãgelij perfecte in se formatũ parturiãt: uel cũ doloribus persecutionũ parturiãt. In petra parturi-
B bat & ille q dixit: Nã in Christo per euangeliũ ego uos
1.Cor. 4.d genui. Hoc igit tẽpus futurũ constitui, & animas prædictorũ, uelut ceruas quę de timore meo cõcipiunt, ut spiritũ salutis pariãt super terrã, tu forsitã, quasi obstetricãtis officio diligẽtissima solicitudine obseruasti, dãs eis os & sapiẽtiã de utero mẽtis suæ, minus fortasse solidũ, uel integrũ uerbũ prædicatiõis, uelut fœtũ in hãc effunderẽt lucẽ. b ¶ *Dinumerasti, etc.*] Viuũ uerbũ dei & ualidũ, penetrãs usꝙ in diuisionẽ animæ ac spiritus, cõpagũ quoꝙ ac medullarũ: in hoc spirituali cõceptu profectus quosdã incrementorũ, uelut per mẽses tẽporũ in cordiũ sinib. operat, ut ipsis apostolis primũ apparuit, q in initio prędicatiõis, quasi parui & modici uisi sunt, sed paulatim corroborãte eos spiritu, uerbum in eis demõstratũ est, usꝙ ad mẽsurã plenæ gratiæ puenisse. Qđ uelut partu ædẽtes, totũ atꝙ perfectũ ac plenũ diuinis ꝓmissionibus scribẽtes, diuersis ecclesiis ædiderũt. Huiusmodi igit cõceptus & partus tẽpora qui hoc modo spirituali utero cordis fiunt, unde & tu Iob, ait dñs cognoscere potuisti? quorũꝙ tẽpora sunt in euãgelio prędicatiõis meæ cõsilio cõstituta. Vbi ergo dictũ est, & scisti tẽpus partus eorũ: Alij dixerũt, et dolores eorũ soluisti. Dolores sunt insectatiões & tribulatiões, quæ prędicatorib. inferunt: à quibus dolorib. isti tunc absoluunt, qñ inuitati ad requiẽ absoluunt à corpore. Siue tũc ab soluunt à doloribus persecutionũ, qñ in spe positi, promalis prędicentib. ad promissionẽ æternę remuneratiõis aspiciũt. c ¶ *Incuruantur ad, etc.*] Doctrinã lacteã propinã
1.Cor. 3.d do incredulis & infirmis, sicut ait apostolus: Lac uobis potũ dedi nõ escã: ab illa celsitudine sapiẽtiæ ad humiliora prędicatores quodãmodo humiliant atꝙ descendũt, ut uir fiat paruulus: & his q sine lege sunt, tanꝙ & ipse sit sine lege. Et dũ eos conant in Christo formare et parere, rugitus emittũt: dum ab inimicis Christi supra modum ac supra uirtutẽ suã grauant, ita ut tædeat eos

Caput XXXIX.

NVnqũid nosti tẽpus partus ibicũ in petris: uel parturiẽtes ceruas obseruasti? Dinũmerasti mẽses cõceptus earũ, & scisti tẽpus partus earũ? Incurũant ad fœtũ & pariũt: & rugitus emittunt. Sepãrantur filij earũ, & pergunt ad pastũ: egrediuntur, & nõ reuertũtur ad eas.

Quis collectam alloquit dicens: Vigilate memoria retinẽtes, Act. 20.f qñ per trienniũ nocte & die nõ cessaui cum lachrymis monere unũquenꝙ uestrum. Et iterũ ait: Ipsi scitis qualiter uobiscũ per omne tẽpus fuerim seruiẽs dño cum omni humilitate & lachrymis. Hæc igitur idcirco dicta sunt, ut sciamus qñ ad gemitus & rugitus pertineãt tribulatio, angustia, lachrymæ & dolor continuus cordis sanctorũ. Aliter, incuruant ad fœtũ & pariũt & rugitus emittũt: Vbi prædicatores ueritatis uerbum fidei cœperint æditione eloquij prædicare, ilico ab aduersarijs incuruant, id est custodijs carcerũ humiliant atꝙ uerberibus: sed quia nec in uinculis uerbũ dei est alligatũ, illic nihilominus id populis pariunt quo & ipsi in Christo nascunt: sicut ait ut diximus in regeneratos, sanctus apostolus: In Christo Iesu per euangeliũ ego uos genui: 1.Cor. 4.d deinceps ad deũ in orationib. rugitus deprecationum emittũt, uel pro persecutorib. suis deũ rogãtes, uel perseuerantiã fideliũ & adiutoriũ diuinę gratię suppliciter implorãtes. Aliter rugitus emittũt, quia qui adijcit scientiã, adijcit dolorẽ: gemũt sancti cogitãtes quãta sunt pericula huius uitæ, uel ꝙ lõge sunt à uirtutib. quas requi D
runt. d ¶ *Separantur fi. etc.*] Parturitione apostolica, filij quos sancti in Christo genuerint, siue à pristinis errori bus suis, siue etiã à carnalib. operibus separant: in quibus nũc erubescũt, ut iam nõ sibi uiuãt, sed Christo qui pro eis mortuus est & resurrexit: Pergũt ad pastũ: id est per scientiã profundioris intelligẽtię quotidie excitati cõuersatione proficiũt, dicẽtes animalia sancta ueri pastoris: Dñs regit me & nihil mihi deerit: & cętera, quę sequunt in psalmo eodẽ: Sic, inꝙ, pergũt sancti filij euangelizãtium pacẽ: sicut iam dixi, id est crescũt atꝙ proficiunt. Ad iustum pastum dñi & ad hanc alimoniã sanctarũ animarũ & ad tales delicias spirituales, egrediuntur utiꝙ ab infantia morũ quotidie proficiẽtes & profectũ uirtutũ merito in uirum perfectũ. Et non reuertunt ad eas. Non reuertunt ut iterum necesse sit eos doceri, quæ sint elemẽta exordij sermonum dei. Nõ reuertunt ad ea quæ retro sunt, sed ad ea quæ in ante sunt se extẽdunt. Nõ reuertunt ut quidã quib. ait Apostolus:
Gal. 4.c Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formet in uobis: sed potius subeunt gradus ascensionum, inambulãt de uirtutibus in uirtutẽ. Huiusmodi ergo filij nõ possunt audire, ut Galatæ, uocẽ increpantis Apostoli: uellẽ esse apud uos & mutare uocẽ meam. Hic ergo sermo dei sub figura caprearũ, & ibicũ, describit apostolos sicut iam dixi, & apostolicos uiros atꝙ omnes doctores ecclesiæ, per quorum doctrinã ecclesia spirituales sibi filios generat. Et unaquæque anima de uerbo dei cõcipiens parit filios bonorũ operum, quæ tamẽ ceruæ sit similis & ibici, ut in mõtibus habiter & in petris nutriat, ueloxꝙ sit & alacris ad currendã uiam dñi. Serpentes quoꝙ de terra sua educat & uiuat multo tẽpore: audiẽs prophetã: adijcient tibi anni uitæ tuę: talibus ceruis sunt montes excelsi quos dñi uox perficit, & quorum pedes in consummatione perducet.

Universitätsbibliothek Basel

A a ¶ *Quis dimisit, etc.*] In cerua & ibice superius figuram ecclesiæ esse monstrauimus. Nunc uero onagri nomine, arbitramur populũ ludæorũ posse intelligi, quẽ deus ob incredulitatẽ eius dimiserit, sicut ait: Et dimisit eos
Psal. 80.c secundũ desideria cordis eorũ. Quod multis in alijs locis scripturarũ deus hoc futurũ esse testat: Cuiusq; uincula præcepta esse legalia non absurde sentimus. Nã eundẽ cõtumacẽ populũ & rebellẽ, pphẽta ita obiurgat &
Osee 4.d increpat, dicens: Vaca lasciuiẽs Israel, confregisti iugũ, rupisti uincula. Hunc igitur quasi onagrum, immundũ uidelicet animal ac effrene reliquit dñs, ut ab eo iugo imperij sui, quia semper restitit obedire, à uinculis præceptorũ diaboli solueret, secundũ Apostolum seruus peccati, liber esset iustitię, sic enim ipse dñs de Iudæis ait in psalmo: Disrumpamus
Psal. 2.a uincula eorũ, & proijciamus à nobis iugũ ipsorũ, ubi ipsa trinitas dei hoc dixisse uidet. Nam quemadmodũ in Genesi in factura hominis pluraliter dixit deus: faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostram, ita & hic locutus est: Disrũpamus uincula eorũ & proijciamus à nobis iugum ipsorũ. Quẽ locũ Actus apostolorum ita se habere manifeste declarãt: ubi apostoli ad
Act. 4.a deũ eleuauerunt uocẽ suam atq; dixerunt: dñe tu qui fecisti cœlum & terrã, mare & omnia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri, Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inaniaꝫ Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerũt in
B unũ, aduersus dñm, & aduersus Christũ eius. Ob hoc igit scelus quod in Christo filio dei cõmissum est ait pater: qui in spiritu suo hoc futurũ prædixerat dicẽs: Disrũpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugũ ipsorũ. Proceſſit grãde peccatũ ac nephandũ, quo saluatorẽ crucifixerũt, ut merito ab eis uincula præceptorũ dei disrumperẽtur. & ita legis iugũ proijceretur. Quod aũt iugum & uincula eorũ dicta sunt, cũ dei fuerint potius q̃ ludæorũ quibus legẽ ac præcepta dederat mãdatorũ: hoc maxime requirẽdum: quod ita dictũ, quia Iudæi legẽ carnaliter intelligentes, quã ex operibus se im-
Rom. 3.e plere arbitrant, quasi suã effecerãt, sicut dicit apostolus: Israel uerò sectans legẽ iustitiæ in legẽ iustitiæ nõ peruenit. Quarer quia nõ ex fide, sed ex operibus. Et ideo de eisdẽ sequit, dicẽs: Ignorantes enim dei iustitiã, & suam quærentes statuere, iustitiæ enim dei nõ subiecti. Quod aũt ait, suã uolẽtes statuere iustitiã, nõ quia lex ab ipsis sit cõstituta, hoc ait: sed in lege quæ ex deo est suã cõstituerãt, quando eandẽ legẽ suis uiribus se implere posse credebant, & idcirco secundũ hũc sensum Iudæorũ uincula disrũpenda à deo dicunt & proijciendũ iugũ ipsorum. *b* ¶ *Cui dedit, etc.*] Iustos destitutos in solitudine, uidelicet, protectione defensionis meæ habitare feci: sicut etiã postmodũ ore prophetico locutus sum dicens: fiat
Psal. 68.f habitatio eorũ deserta, & in tabernaculis eorũ non sit qui inhabitet. Solitudo itaq; factus est populus ille & eremus, quia ablata lege: prophetia: sacerdotio: sacrificio quoq; ac beneficijs diuinis, gratiæ etiã protectione priuati ac destituti sunt. *c* ¶ *Et tabernacula eius, etc.*] Vt sine ulla spe promissionis dei sterilis uiueret & infructuosus terrã salsuginis dicit accepisse: ubi præter amaritudinem qua deũ prouocaret ad iracundiã nihil haberet. Sic nanq; alibi de deo dicit propheta: Posuit flumina in
Psal. 106.d desertũ, & exitus aquarũ in sitim. Terrã fructiferã in salsuginẽ à malicia inhabitantiũ in ea. *d* ¶ *Contemnit, etc.*]

Quis dimisit onagrũ liberũ, & uincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domũ: & tabernãcula eius in terra salsuginis. Cõtẽnit multitudinẽ ciuitatis: clamorẽ exactoris nõ audit. Circumspicit mõtes pascuæ suæ, & uirentia quæque perquirit. Nũquid uolet rhinoceros seruire tibi: aut morabitur ad præsepe tuum? Nũnquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo: aut confringet

Ecclesiæ est hæc ciuitas, quæ constat ex multitudine in- C
numerabiliũ populorum, de qua dñs ait: Non potest Matt. 5.b
ciuitas abscõdi in mõte posita. Hanc igit quisq; ludęus despiciẽs, respuẽdo contẽnit: clamorẽ etiam cuiuslibet euangelizantis uerbũ dei, & exigentis obedientiã fidei nõ audit, id est obedire detrectat: ob hoc igit, incrassatum est cor eorum, & oculos suos clauserũt, ut nõ uideant oculis, & auribus non audiãt, & corde intelligant. *e* ¶ *Circumspicit mo. etc.*] Montes, superbos quosq; doctores, scribas uidelicet & pharisæos legis suæ, quasi suspiciens eisq; honorẽ deferens, adulationis ambitu circumit: ab eis proculdubio, in quibus est doctrina hominum, non recedens. In quibus etiam montibus ubi se pascua carnalis legis habere gloriant: uirentia quæq; perquirit, quæ ad delicias uticq; carnis, & sabbata delicata pertinent, & quæ uelut uirescentis superficie, legis historijs, nullũ fructum habeant figurarum. *f* ¶ *Numquid uolet rhinoceros, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Nunquid uolet monoceros seruire tibi? Ex diuersa æditione transferentium aduertimus, quod ipsum sit rhinoceros quod & monoceros, & Latine intelligat unicornis, siue super nares cornu habẽs. Sunt ergo huiusce modi ferę in solitudine oriẽtis, & ab hominibus nonnunquã uidentur siue capiuntur. Hic igitur monoceros, populi gentilis imaginem præfigurat: cuius etiam superbia significatur in cornu, sicut quibusdam peccatoribus & superbis à deo dicitur per D
propheram: Dixi iniquis, nolite inique agere: & delin- Psal. 74.d
quentibus, nolite exaltare cornu: Nolite extollere in altum cornu uestrum: quia ueternosa atq; antiqua in his quos deus increpat, superbia est. Secundum aliam æditionem: in hoc eodem loco psalmi legimus: Nolite exaltare in excelsum cornu uestrum, loquentes in cetuice ueteri. In multis quoq; alijs locis scripturarũ, cornu nuncupato, legimus superbiam nominari: licet & in bonam partem cornu soleat dici, ut est illud: Exaltabit cornu Christi sui. Nam & ipse dominus Christus: 1.Reg. 2.b
propter singulare imperium suum, aliquando & unicornis dicitur. Legimus quoq; cornua & regna dici, ut
Dan. 7.b in Daniele & Apocalypsi continetur. Hic monoceros, Apo. 17.c
qui per sapientiam mundialem tumore superbiæ erat in sublime porrectus: nunquid sibi subijcietur, ait Dominus ad Iob: ut per fidem in sanctitate & iustitia seruiens, obedientiæ colla submittat, & mansuetus effectus atque humilis, ad dominicum præsepe recurrat: ac uerbis dei hominisq; assumpti, sacris cibarijs saturetur. Siue, nunquid subijcietur, ut in ecclesiæ meę claustro habitet: quod erit uiantibus stabulum: atque huic seculo renunciantibus salutare perfugium: ubi spiritualium ciborum alimonijs, institutionibus, & cœlestibus pinguescat eloquijs, & impleatur in illo quod erit per prophetam postea prædicendum: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. In monocerote quippe hic nominato, sicut in propheta per asinum, immundus & incircuncisus significatus est populus omnium nationum. *g* ¶ *Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo: aut confringet glebas uallium post te?*] Lorum hoc loco dictam ipsam charitatem Christi, quæ est inter omnes uirtutes præcipua intelligere debemus. De qua ad diligentes atq; amantes deũ, ait Apostolus: Copulati in charitate: cuius uin- Colos. 2.a
culis colligandos, propheta olim prædixerat, dicẽs ad deum

A deum: Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: & post te ambulabunt, uincti manicis pergent, & Dauid quem admodum charitatis dei uinculis per ministros uerbi
Psal. 149.b dei uinciendi essent credentes, ita loquitur, dicens: Ad alligãdos reges eorũ in uinculis ferreis. Quorũ uinculorum nominibus, charitatis Christi fortitudinẽ uoluit demonstrare: quæ etiam fortis & porẽs in manicis ferreis, ad amorẽ dñi cõstringit. Hic ergo rhinoceros, id est populus quondã incircuncisus, præputio scilicet carnaliũ uoluptatũ, & infidelitate immũdus, hoc loro charitatis Christi, fortissimo alligatus: ita ut nulla eũ creatura separare possit à Christo:
1.Cor. 6.d cõficit in corpore glebas cõuallium, duricią scilicet peccatorũ: & colit in corpore suo terrã dominicã, secundũ Apostolũ, qui ait: Nõ estis uestri. Et ideo hic specialiter dñi est terra, in qua primitus fit omniũ peccatorũ, quasi uepriũ spinarũq; purgatio. Deinde aratro crucis, & ferro dominicę passiõis, duricia cordis atterit, & cõfringunt uallũ glebæ. Valliũ nomine, humiliatos peccatis homines, atq; in ima depressos significari existimo, si-
Psal. 83.b cut habemus in psalmo: Ascẽsus in corde suo disposuit in ualle fletus. Vnde & Esaias cũ increpatiõe ꝓphetaturus, cõtra Hierusalẽ peccatricẽ, prophetiæ suæ huiusce-
Esa. 22.a modi titulũ præposuit, dicẽs: Onus uallis uisionis. Taliũ igit uallium glebas monoceros cõminuit: qñ humiliati corporis terrã edomat, & suscipiẽdis cœlestiũ pręB ceptorũ seminibus, ac reddẽdis fructib. præparat, quãdo cũ apostolo castigat corpus suũ, & in seruitutẽ redigit: qñ oẽm hebetudinẽ obstinati cordis, durãq; stolidi tatẽ à se auferre cõtendit: quod tñ efficere nequaq; poterit, ait dñs: nisi rectorẽ & gubernatorẽ suũ obedienter me fuerit secutus. Vnde ait dñs ad Iob: Aut confringet
Psal. 62.c glebas uallium post te, sicut habemus in psalmo: Adhęsit anima mea post te. Et propheta de huiusmodi: Post
Naum 3.a te ambulabũt, inquit, uincti cõpedibus: ubi admiratione dignos uideo tales pedes, qui quãto magis cõpediti fuerint, tãto uelocius sine offensione egrediuntur. *a* ¶ *Numquid fiduc. etc.*] Ego dñs noui fortitudinẽ charitatis eius, & patiẽtię ac lõganimitatis, & idcirco dereliqui ei ad imitãdum me omnes labores dispẽsationis meæ, quos in me credendo intelliget: quia pro illo sustinui alapas, uerbera ac sputa suscipiens, eidẽ laboraui: eiq; ad cœlos reuolans exempla laborum ac uirtutum reliqui: cui quæ credidi atq; commisi opitulante sibi gratia mea, reddat multiplex semẽ, & in area ecclesiæ meæ germen triceſimum, sexagesimum, centesimumq; fructificet, & aream tuam congreget, sicut Apostoli, & post apostolos multi fecere doctorum. *b* ¶ *Penna struth. etc.*] Herodiorum genera tria esse dicuntur: unum horum album esse colore quidam ferũt: aliud uero quasi gruis quibusdam diuersis coloribus uarium: tertium quoq; genus nigrum affirmant quod sit non solum uelox & sæuum ad prædã: uerumetiã in coitu impatientissimũ: intantum ut in tempore coitus ex oculis eius sanguis ebulliat. Herodius in psalmo centesimotertio ita nominatur: Herodij domus dux est eorum: cum de lignis
Leuit. 11.b domini propheta tropicos loquit. In Deuteronomio
Deut. 14.b quoq; & in Leuitico: ubi ne aues immundæ in cibum sumant Moyses prohibet, & hæc similiter ponitur. Accipitrũ etiã aliquot sunt formæ uel genera. His ergo rapacissimis auibus uenatu & præda uiuẽtibus in pẽnis struthio cõparat, sicut & alij dixerunt. Struthio mixta, C
& alis Herodionis & accipitris. Igitur struthionẽ secundum spiritualẽ intelligentiã sensusq; diuinos, ecclesiã non absurde sentimus, quæ per lauacrũ regeneratiõis & uerbũ munda in Christo effecta est: qui similẽ quidẽ pennã habet pẽnis auiũ quæ carnibus ue sunt & sanguine: sed illæ remigio alarũ in hoc aere uelut in pelago id agũt, ut de cæteris auibus prædã capiant. Vnde sub hac figura inimici nostri spirituales intelligũtur. Struthio uero lõge dissimili modo pẽnis suis utit: eo qd eas uelut per fidẽ & speciẽ duorum testamẽtorum gubernaculis uiuẽs habitantẽ exẽdatꝫ hæc auis ait dñs Iob: *c* ¶ *Quando derel. etc.*] Oua siue filios, ut in subsequẽtibus dicit, nouam creaturã atq; in Christo generatã et candidã progeniẽ sanctæ ecclesię intelligere debemus. Sed in ouis illos esse nouerimus, q̃ doctrina quotidiana, quasi fœtus quidã ecclesię matris nutriunt, ut quãdoq; de initiorũ frugalitate & imperfectiõe procedẽtes, ad ultimum testa uirtutũ, ueluti distinctis atq; formatis mẽbrorum cõpagibus existant, cum ex tenebris uitiorũ hoc modo facti fuerint lux in dño, proficiẽtes quotidie ad ætatum morũq; soliditatẽ. Audiant propheta de ipsis dicentẽ: Dies formabunt, & ne Psal. 138.c
mo in eis: id est nullum in eis uitium dominabit: quo impugnãte uincant. Filios uero intelligamus iam solito robustiores: fide ac uirtutibus cõpositos, atq; formatos per incremẽta uirtutũ, tanq̃ per annorum seriẽ iam de omni infirmitate uitæ incõpositæ nihil habentes. Hi D
igit, sicut ait dñs: in terra ab ecclesia relinquunt: quãdo persecutionẽ ab impijs & terrena sapientibus patiunt. Relinquere enim eos ecclesia dicitur, dum aduersantibus non resistit: quos dominus feruore fidei & patientia duros, atque in illo igne quem misit in terram, & in puluerem fragilis carnis eorum fortissimos facit. *d* ¶ *Obliuiscitur quod pes conculcet ea: aut, etc.*] Obliuiscitur ecclesia natos suos, dum eis pressurarum molestias, aduersarios inferre non prohibet. Hoc loco differentiam puto esse tribulationum, propter illud quod dixit: pes conculcet, & illud quod ait: & bestiæ agri conterant. Et hoc sit contritio bestiarum: quando aperte truces, sæui & immanitate morum crudelitate similes bestiarum, Christum confitentes usq; ad atrocitatem mortis affligunt. Pes uero conculcationis sit huiusce modi tribulatio, quando opprobrijs & nimio contemptu iniquorum sancti usquequaq; humiliantur, uelut quadã conculcatione protriti. *e* ¶ *Duratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborauit, nullo timore, etc.*] Præsentibus filiorum suorum tribulationibus, ecclesia dura & impia uidetur: quoniam non ingemiscit & plangit angustias interitumq; natorum, in cuius figuram, sancta mater Machabæorum super filiorum suorum cruciatibus exultabat: uidebat quippe in spiritu, sicut & hic sancta mater ecclesia per fidem quotidie contemplatur, quantam gloriam in æternũ pariãt pœnæ præsentes, pro cõfessione ueritatis acceptæ. Et ideo quod sequitur: frustra laborauit, nullo timore cogente: ecclesiam signat quæ filios suos ad tentationem, & seculi huius molestias præparat, sperans utique à deo pro his malis temporarijs, filiorum suorum gloriam, & incorruptionis beatitudinem sempiternam. Aliter: sed & si doluisset pro filijs cõsecratis, frustra doluisset: quia nõ habebat timẽdi causas, quando eos nõ perdidit, sed acquisiuit.

Priuauit

Universitätsbibliothek Basel

A c ¶ *Priuauit enim eam deus sapientia, etc.*] Sapientia atq; in-
1.Cor.1.a telligentiã mundi huius priuata est à deo ecclesia: nam & Apostolus hoc fieri præcipit, dicens: Qui uult sapiẽs esse, stultus fiat ut sit sapiens: quia sapientia huius mundi stultitia est apud deum. b ¶ *Cum tempus fuerit, etc.*] Cum ingruerit, ait, molestior & nimium acerba afflictio persequentis: ibi maior ad deũ de afflictione obsecrantis affectus: dũ quodammodo excitat, & humiliatus erigitur intentione uigilantissima deprecãdi in excelsum alaeri nisu, fidem suã & spem, uelut pennas in adiutorio gratiæ dei fultas suffert, & cũ taliũ alarũ sustẽtata fuerit auxilio, gressus profecto eius uelociores efficiunt & cõciti: ita ut insequẽtes se derideat inimicos, id est equum & equitẽ, quod est diabolũ & hominẽ ministrũ inimici: qui in perpetrandas cõtra ecclesiã persecutiões, sedet in quolibet equo suo, in corde uidelicet hominis persequentis. c ¶ *Nunquid præbebis, etc.*] Hunc equum aduersariam potestatẽ arbitror posse intelligi: qui sit pallidus, ut in Apocalypsi scribitur: quem sequitur mors &
Apo.20.b inferus. Et qui in Zacharia propheta dicitur rubeus: moribus uidelicet hominum & cruore respersus. Proinde dum permittit, præberi à deo dicitur fortitudo: & circũdari collo eius hinnitus, ut per patientiã & bonitatem dei, thesaurizet sibi iram in die iræ, & reuelationis
B iusti iudicis dei. Et idcirco in collo eius significat hinnitus superbiæ, quo tumeat contra deum, & blasphemiã loquatur. d ¶ *Numquid fuse. etc.*] More locustarum, aduersarius noster dicitur suscitari, quando de locis suis ad partiendas regiones, atq; uastandas præire dicitur
Psal.104.c sicut ait de deo psalmista: Dixit et uenit locusta. Sed hãc suscitationẽ, instantiã efficiẽdi operis esse arbitror. Vn-
Exod.9.b de dicitur ad Pharaonẽ: In hoc ipsum te excitaui, ut ostendã in te uirtutẽ meam, & annunciet nomen meum in uniuersa terra. e ¶ *Gloria narium, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Gloria pectoris eius audacia. Vt inimicus in fugam uertat aduersarium suum, militem scilicet Christi ipso etiã anhelitu terret: hic est odor mortis: hic est spiritus furibũdus anhelans in hominis necẽ: retrorsum respicit, qui iterum ad peccata cõuertitur: siue tribulationibus cedit, ut in euangelio dominus per parabolam edisserit. f ¶ *Terram ungula fodit.*] Siue ut alij dixerũt: fodiens in campo luxuriat, id est carnales homines & terrena sapientes conculcat, & proterit, & cum eos humiliauerit, sibiq; subdiderit: facit eos ea cõtritione contritos: qualis est contritio & infelicitas in uijs hominũ impiorũ. In huiusce modi igit latitudine uitiorũ, uelut in campo luxurians, fodit ad subtrahẽda hominibus fundamẽta uirtutum, ut in ruinam subducta soliditate procũbant. g ¶ *Exultat audax.*] Gaudet superbus præsumptionis audacia: quoadusq; pernitione contra homines pugnat. h ¶ *In occursum pergit armatis.*] Quæ sint arma sanctorũ, contra spiritualia nequitiæ: apostolus diligenter enarrat. Cõtra hos igitur huiusmodi armis indutus, in occursum pergere dicitur: quando arcem mentis expugnare moliens, aduersum murum uirtutum arietes obijcit uitiorum, & ad tentandum dominũ, ausus fuit in occursum eius uenire in eremo, & per singulas ciuitates apostolis Christũ prædicantibus occurrebat: quando eis commotiones seditionũ populi suscitabat, sicut etiã in Actibus apostolorum legimus. A
Vnde & ad quosdam Paulus ait: Ostium mihi apertũ
1.Cor.16.b est magnum & euidens, sed aduersarij multi. Et multis alijs locis de hac aduersantium impugnatione non tacet, quas diabolus immittebat.

sui: frustra laborauit, nullo timore cogẽte. Priuauit enim eã deus sapiẽtia: nec dedit illi intelligẽtiã. Cũ tẽpus fuerit in altũ alas erigit: deridet equũ & ascẽsorẽ eius. Nunquid præbẽbis equo fortitudinẽ: aut circũdabis collo eius hinnitũ? Nunquid suscitabis eũ quasi locustas. Glória nariũ eius terror: terrã unguld fodit. Exultat audacter: in occursum pergit armatis. Contẽnit pauorẽ, nec cedit gladio. Sũper ipsum sonabit pharetra: uibrabit hasta & clypeus. Feruẽns & fremens sorbet terram: nec reputat tubæ sonare clãgorem. Vbi audierit buccinam, dicit uah. Procul

i ¶ *Contemnit pauorem: nec, etc.*] Quod ad imperiũ & inuocationẽ dei, diabolus effugetur, manifestũ est, sed si ad contumaciam et uoluntatem illius inimicissimam, ac procaciter impudentissimã attendamus, intrepidus non terretur: nõ erubescit etiam si gladio ferri dei territus fuerit & fugatus, reuertitur iterũ: nec cõfutatus abscedit. k ¶ *Super ipsum sonabit pharetra: uibrabit hasta et clypeus.*] Cur habet pharetrã inimicus? ut uidelicet sedẽtes in ea Iudæi gẽtiles, hæretici: in quibus sunt sagittæ mortis, errorũ scilicet letalia dogmata, sagittẽt in obscuro rectos corde. Habet hastam unde criminibus cæterisq; uitijs cõfodiat peccatores: sagittas, subtiliores dolos: hastam, delicta trabalia atq; mortifera. Habet clypeũ: quo malitiæ plenitudine, totũ militũ suorũ occupat pectus: quo ne telis uerborũ dei cõpungantur, excutit ea, frustratur, expalmat: ex quo equo transfigurato in angelũ lucis, splendore quodã terribili, uibrant hasta & clypeus, & mendacij eloquio abruptæ hæreticorũ resonãt prauitates, & hic propter indesinentem intensionem usumq; blandiendi uibrare dicuntur. l ¶ *Feruens & fremens, etc.*] Feruẽs est uitijs diabolus, inimicus sanctorum & omnium criminũ igne conflagrans, atq; in hominem furore inuidiæ fremens, ut iam sorbeat illecebris peccatorẽ, & deuoratũ in corpus perditæ congregationis suæ transferat, quo corpore propheta dixit se forte absorbendum, nisi dñs esset in eo ita inquiẽs: Nisi dñs esset in nobis, forte uiuos absorbuissent nos. Hic ergo cõtrarius noster ipse est, cui deus locutus est, dicens: Terrã manducabis omnibus diebus uitæ tuę. Et idcirco ipse & socij eius, ut inimici domini terrã lingent. Gen.3.c m ¶ *Nec reputat, etc.*] Id est, prophetarum & apostolorum increpationẽ audire detrectat, quibus dicit: Sicut tuba exalta uocem tuam, sed magis fœuiens: unde uerus Pharao dicit: persequẽs cõprehendam, diuidam spolia, & cætera. In his locis de quibus diximus: alij transtulerunt: super ipsum enim gaudet arcus & gladius, lancea, hasta, & tremore & ira cundia euertit terram: nec credit donec clanguerit buccina: ubi eundẽ sensum existimo contineri: secundum quem nos exposuimus, in arcu & gladio, & cæteris armis inimici, omnes adinuentiones eius intelligendæ sunt, quæ in eo gaudeant, cum his modis quasi armis interficiunt hominem. n ¶ *Vbi audierit buccinam, dicit: uah, etc.*] Quando audierit, inquit, aduersarius noster dei buccinam, id est unumquemq; doctorem ecclesiæ adhortantem commilitones suos, secundum præceptũ imperiale, atq; diuinum: ut contra aduersarium suum stent fortes in prælio: stupenti animo & scrutabili, auri buscq; attonitis, ait: uah, tãquam si diceret: quid audio, hac quisquam præsumit audacia, ut contra me saltem cogitet bella constituere? Vbi ergo dictum est uah: Alij dixerunt euge, quod secundum ut consequentia loci fuerit: siue in bonum siue in malum capitur. Et in psalterio: Confundantur & reuereantur, qui dicunt mihi euge euge. Proinde in hoc loco irridentis animo, & subsa-

A subsannãtis uultu, euge dicitur. Subtilis enim & uigilãtissimus inimicus, & nimium callidus: qui solicitudinem perdendi omnem terram habet, cũ senserit aliqua initia siue signa quædã in homine, quomodo ei, eiusq; uitijs resistẽdum sit: uelut sagina aduersantes sibi præuenire cõtendit: ne sumpta contra diabolum sanctitatis arma defendant: ne uenerationedigni fiant, cũ rex æternus aduenerit. Vlulatus uero siue sonitus ut alij dixerunt: exercitus ueri imperatoris ille est, quando se in unicem uno spiritu, unaq; charitate & fide cohortantes, conspiratis in unum timoris domini uiribus alloquũtur: ut donec transeat iniquitas, sint perseuerãtes in prælio: quia charitate regis sui infusa in se per spiritum sanctum: qui datus est eis, pro alterutro sunt mẽbra solicita. Nunquid suscitabis eum quasi locustas.] Quẽ de loco ad locum transilire feci, & de præsenti scilicet mundi delectatione ad desiderium futuri seculi inflammauit: sic utiq; suscitatus est de corpore infidelitatis uelut sol cum calor aduenit. Has autem mutationes non locorum esse corporaliũ nouerimus, nam affectus sunt animorum. Gloria narij eius terror.] Vt terreat peccatores, odio habẽs quod sunt: & dicẽs eis de deo: Nisi cõuersi fueritis, gladium suum uibrabit, & cætera: de gloria narium eius est: spiritus enim dei est in naribus eius: quod & sanctus Iob dixit: Spiritus dei est in naribus meis. Hoc unguento spiritu utiq; dei, perfusa est ecclesia: sicut scribit Ioãnes apostolus: Et uos unctionẽ ha-
1.Ioan.2.d betis à sancto. Proinde hic de quo loquimur, hoc loco de bono flagrabat in interiore sensu hominis sui: in quo sensu secundũ uoluntatis arbitriũ: alijs odor mortis in mortem: alijs odor uitæ in uitam: quoniã refuso super Christũ, id est miræ fidei à sancta ecclesia repletus est mũdus: omnes fidelium populi, eodẽ sacro charismate uncti sunt. Propter quod & ipsum unguentũ, qd'
B ante saluatoris notitiã intra alabastri uasi angustias tenebatur, pistici nomen inditum erat: ut nouerimus credentium populos, sicut dixi chrismate cõsecratos. Hac igitur gloria odoris huius: quasi terrore generãtis perfunditur sensus interior. Terram ungula fodit. Exultat audacter: & in occursum pergit armatis.] Quicqd in se potissimũ habet ad substantiæ perseuerantiam: eo utiq; bono uirtutis terram scindit & commouet: Non enim patitur ut solum gradiatur incultũ, sed studet ut ager fiat frugifer & opimus. Vnde & ante deum audacter exultat ut audiat de se, sicut de cæteris dici: Veniẽtes autem uenient, in exultatione tollentes manipulos
Psal.125.b suos. Itemq; audiat, serue bone: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. In occursum pergit armatis, antequam telis uitiorum siue persecutionũ à
Mat.25.b spiritualibus hostibus obruatur, in acie uirtutũ cõsistens, irruentes in se præuenit inimicos: ne aliquo ictu cõcupiscẽtiæ, uel etiã diffidentiæ uulneretur. Sic nanq; in occursum pergit cõtra hostes armis uitiorum, insectationeq; munitos. Secundum hunc sensum sanctus
Psal.17.f Dauid ait: Persequar inimicos meos, & cõprehẽdã eos & cætera. Contemnit pauorẽ, nec cedit gladio.] Quãtaslibet ait minas cum grandi terrore, ita ut cũ pauorẽ incutere cupiunt inimici loquatur: Dominus illumina
Psal.26.a tio mea & salus mea, quem timebo? Dñs defensor uitæ meæ: à nemine formidabo aduersantiũ: dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas. Proinde quoniã in hac salute luminis dei spero: si cõsistant aduersus me castra, non timebit cor meum. Et si cõsurgat in me prælium, non cedam gladio: quo mortem libenter pro Christo subire exopto. Super ipsum sonabit pharetra: uibrabit hasta & clypeus.] Sup exteriorẽ & corporeũ hominẽ, de quo ait, ppheta: Et subtus me cõturbata est hebetudo mea: quasi arcẽ animã credimus: ubi unusq;q; sanctorũ, utpote in interiore homine suo tanquã intra pharetrã habet sagittas eloquiorũ dei: quas dũ A
ad cauendũ, pfert, siue dũ eas frequẽtu correptiõe, uelut tela pũgẽtia educit in mediũ, percussurus utiq; earũ ictibus, eos q merito ad salutẽ debeãt uulnerari: super ipsum, inquã, eloquiorũ dei resonat pharetra: qd' tũ in cõmotione fit ambulãtis. Vbi intelligit, qd' is recte psallat, & corripiat delinquẽtes: cuius in anteriora quotidie, pfectus est sanctitatis: sic eñ apostolus magnus &
Philip.3.c potẽs equus dñi ait: Vnũ aũt quidẽ quę retro sunt obliuiscẽs: ad ea uero quæ in ante sunt extẽdẽs. Siue ut breuius & manifestius dicã: Pharetra hęc, locus est cordis: in quo sermonũ dei sagittæ cõditæ sunt & repositæ. Et sic gnãter ait dñs super ipsum, id est equũ sonare hãc pharetrã: qd' est super exteriorẽ hominẽ eius, pharetra cordis illius referta diuinis eloquijs regnat, dũ ut bellator dñi, & fortis in prælio, euãgelizat uerbũ uirtute multa. Super hũc equũ nihilominus uibrat hasta & clypeus. Hasta est uigilãs animi uirtus siue cõstantia, quæ increpat peccatores: siue uitia in se cõfodẽda mortificat. Clypeus uero scutũ fidei est, in quo omnia tela neqssimi ignea possit extinguere. Et hęc propter indesinentẽ usum bellãdi, uibrare dicunt: quæ sint utiq; in exercitatione præparata. Nã de talib. armis fulgẽtibus ita dicit: In lucẽ iacula tua ibũt, in splendorẽ corruscatiõis annorum tuorũ. Feruẽs & fremẽs sorbet terrã.] Feruẽs fide in spiritu, & fremẽs ut saluator: q quãdo in uitijs mortuũ spiritualiter suscitat, fremit in spiritu. Ita hic, inquã, fremet cõtra inimicos suos, siue uitia, siue etiã apertos persecutores: & ita sorbet terrã suam, dũ eã de carnali cõuer satiõe in spiritualẽ cõuertit. Sic itaq; fremẽs sibiq; plurimũ cũ indignatione irascẽs, sorbet eã sicut dixi, ut illã in spiritus sui affectationẽ trãsmittat: ubi est ille absc̃õditus cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, q̃ est in cõspectu dei locuples. Nec reputat tubæ sonare clangorẽ.] Tanta animi uirtute induit: ut D
nullũ terrorẽ aduersariorũ formidet, quãdo ad omnẽ sonitũ inimicorũ prouocantiũ sit paratus. Vbi audierit buccinã, dicit: euge. Procul odorat bellũ, exhortationẽ ducũ: & ululatũ exercitus.] Qui cũ audierit alta uoce euãgeliũ prædicari, gaudet & exultat, qd' euge significat. Omniũ prępositorũ de scripturis dominicis fortissimorũ uirorũ exẽpla profitentiũ, totius quoq; ecclesię cõgregationẽ, quę exercitus dei dicit unanimẽ atq; unius fidei sonũ cũ audierit dicit euge: & lætus cũ exhortatione ducũ, etiã ululatũ audit exercitus: Vlulatus autẽ hoc loco ille significatus est, quando bellatores in acie stãtes pugnaturi seinuicẽ cohortant. Sed dicit aliquis: quẽadmodũ fieri potest, ut una eadẽq; res p figurã nũc in bonã partẽ, nunc in malã intelligat: sicut hic nos fecimus, ut hũc equũ per allegoriã diximus, & in malũ & bonũ posse sentire. Ad hoc respõdeo, ubi sine epitasi aliquod nomẽ ponit in scripturis, ut puta mõs tantum, & nõ addit ei, ut dicat mons Siõ, aut mõs corruptus, nõ ab re existimo, quin expositio de eadẽ re in utrãq; partẽ sit libera. Vbi uero cũ epitasi, ut leo de tribu Iuda, aut certe sedet in insidijs sicut leo, ibi aut Christus sine ulla cũfectatione intelligit, aut diabolus aduersarius noster. Et si placet demus aliquod exemplũ, ubi de arbore in euangelio dñs ait ad discipulos suos: Si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis huic arbori, eradica
Matt.17.c re & trãsplantare in mari, & obediet uobis. Vbi quidã intellexerũt: quia fides credentiũ eradicet inimicũ, atq; euellat de terra ecclesiæ: terra scilicet Iudææ atq; cõfessionis: & in mare populorũ, hominũ uidelicet impiorum trãsferat: et illi mali spiritus in euãgelio hoc ipsum significare possũt: q cũ hominib. immũdis & peccatoribus porcorũ nomine indicatis, in mare precipitati sunt. Vbi uero cãdẽ arborẽ dñm significari uoluerũt, ita interpretati sunt, qd' prędicatiõe apostolorũ q gratiã Christi

& uir

Universitätsbibliothek Basel

A & ustrum fidei susceperunt, arbor Christus dominus eradicetur quodammodo de illa gente Iudæorum, in qua uelut stirpe generis tenebatur, & transplantatur in mare gentium: sicut ipse dominus eisdem Iudæis locutus est, dicēs: Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur Matt. 21.d genti facienti fructū eius. a ¶ *Nunquid per sapientiam, etc.*] Consequens est ut hunc accipitrē in bonā partē intelligamus: sanctum scilicet qui sapientiam per conuersionem acceperit, ut prædari & rapere iā cesset carnibus etiam secularium sensuum uiuere desinat: & qui ueteris hominis exuias in baptismo deposuerit: plumescēs, quodāmodo renouata sit sicut aquilæ iuuentus eius, maxime cū ꝓmissionē habēs præsentis uitæ & futuræ, quæ in alis significata est, ad austrum, unde calor fidei est, se uerterit, unde Christū uenisse cognouit: quod & propheta ita faciendum prædi- Abac. 3.a xerat dicens: Deus ab austro ueniet & sanctus de monte umbroso & caligoso. Bethlehem nanq; ciuitatem domini respicientibus, in Hierusalem in meridie quod est in austro positam scimus: Et secūdum tropicos intelle- B ctus hunc calidum uentum, ut aromata gratiarum ferCan. 4.d ueant, sponsus inuitat, dicēs: Exurge aquilo, & ueni auster, perfla hortū meum, & perfla aromata mea. Vbi ergo dictum est: expandens alas suas ad austrum: alij dixerūt, expansis pennis immobilis & respiciens austrū. Intentionem ergo perseuerātiæ dicit eius, qui per calorem fidei duorum testamentorū gubernaculis uiuēs, splendorem æternæ beatitudinis contēplatur. b ¶ *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila.*] Aliquando in bonam partem aquila dicitur, & pro ipso deo, dicente Deut. 23.b Moyse: Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidit, ut superius diximus. Hic uero à deo potestas aduersaria aquila dicitur: quæ ex permissu dei elata in superbiam multum possit: sicut propheta ait: Osee 8.a Et erit quasi aquila super domum dei. Prophetæ quoque multis in locis scripturarum suarum eum superbissimū notant, id est diabolum: & inde est quod eis & magnus dicitur: eo quod leuetur tumens super montes aquilonis: & super astra cœli ponat sedem suam, cupiens se exæquare altissimo. c ¶ *Et in arduis ponet nidum suum.*] In magnis quibusque & eminentibus seculi huius, ac malis hominibus sedem sibi constituit, ut in eis uelut durus dominus & rex trux, ac potentissimus cōmoretur. d ¶ *In petris manet.*] In excelsis uidelicet duris, & in malitia fortibus manet & habitat. e ¶ *Et in præruptis silicibus commoratur.*] Præruptæ silices intelliguntur blasphemi qui sunt nimium duris & indomitis cordibus, atq; in ruinam suam inclinato peccatorum pondere dependentes. f ¶ *Atque inaccessis rupibus.*] Inaccessæ uero rupes, sunt homines porrecti in altum, nimia elatione cordis sui: ad quorum superbiā, quæ eis supra cæteros quasi singulare ac proprium malum sit, nullus accedat. g ¶ *Inde contemplatur escam.*] Per illos utique quos superbia nimium elatos diximus, quos hæresiarchas, aut Iudæos, siue sapiētes seculi, id est philosophos, intelligimus, perditos quoscq; dū eos errori- C bus suis in laqueos in escā suam capit: secundū prophetā, qui de eodē diabolo ita ait: Escæ eius electæ. b ¶ *Et de longe oculi eius prospiciunt.*] Sagacis ualde atq; peruigilis aduersarij nostri animū, ad inquirendas uires sanAbac. 1.d ctorum dimicantiū, nomine oculorū appellauit deus. Quod aūt ait, de longe, mentis eius intuitus subtili intentione prospicit: eo quod etiam in posterum exercitatæ malitiæ sagaci suspitione præuideat: non locorum spacia intelligenda sunt: sed initia dispositionis humanæ ad recte uiuendum Hoc inquā, delōge prospicit, quod est ab ipsis utiq; exordijs subtilis spiritus, & ad omne malum nimium mobilis intuitus: ut illic anteq; conatus hominis saltem in aliquo roborentur, pullulantia bona reprimat & extinguat & interemptum hominem faciat fœtere peccato. i ¶ *Pulli eius lambunt sanguinem: & ubicunque cadauer fuerit, statim adest.*] Pulli eius, sunt filij eius, uel socij eius qui in cōspiratione tyrannidis cū eo aduersum deū moliti sunt iniquitatē. Hi igitur liuore inuidię, sitiētes sanguinē hominum lambūt. Et quod ait: ubi fuerit cadauer statim D adest: alij dixerunt: & ubi fuerit cadauer statim reperiūtur: qđ siue de autore mali, siue de satellitibus eius dicatur, ubi affuerit, illic peccatū ilico gignitur: quod in anima ita fœteat, sicut uulnus in corpore. k ¶ *Et adiecit dominus & locutus est ad Iob: Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conquiescit? etc.*] Tota altercatio quæ in superioribus libri huius contexitur: in hoc loco à domino declaratur, cū ipse dicit. Nunquid qui contendit cū deo: Vnde apparet quia contra deum, quadam præsumptionis audacia ex fiducia bonæ cōscientiæ sit locutus: non tamen blasphemauit deum, sicut quibusdam uidetur. Vbi & si asperius aliqua dixit, ad idem respiciens ad quod deus, iustus est: tenorem iustitiæ dei respiciēs, locutus est non ad blasphemādum deum, unde illum secundum iustum iudicium eius requirendo, quasi cōstringit & dicit ut parcat uel eum iniustū declaret. Quare eum circa se iuxta iniustitiam iudicare sentiat: cum eum optime nouerit iustum. Accepta igitur Iob ratione à deo in his sermonibus quos locutus est, quia omnia utiq; quæ creasset, ipse gubernaret & regeret, à quo etiam omnino nihil iniustum fieret, cōuictus sicut hic aperte demonstratur silebat: sed admonetur à domino atq; compellit: ut quia aduersus eum contendit, eumq; arguere conatur, ipse ad interrogata respondeat. Et ait scriptor libri huius. l ¶ *Respondens autem Iob domino dixit: Qui leuiter locutus sum: respondere, etc.*] Beatus autē Iob agnoscens se leuiter & non consummate locutum, dicit omnino se deo respondere nō posse. Propter quod cupiat se silentio exhibere: sicut ait. m ¶ *Manum meam ponam super os meum.*] Eo quod unum & aliud uerbum dixerit: pro quibus potuerit lædere. Illa esse existimo, sicut superius comprehendi: quæ ita dixit: Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea: & si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.

Respon-

A Caput XL.

Respondens autem dominus Iob, etc.] Id est uel de increpationis impetu, uel de perturbati aeris ac nubibus obscuro. b ¶ *Accinge sicut, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Nequaq;, sed accinge sicut uir lumbos tuos, & cętera: quod est, nolo ut taceas, ait deus, sicut ipse disponis, sed potius loquere, et qđ interrogo te respōde mihi. Quēadmodū autem deus hominibus loquatur: cum sit ipse spiritus, multis significationibus diuinæ nobis indicant literæ, ut pater de nube ad filium loquit: & Moysi in flāma ignis, & Ezechiel sedenti cū seniorib. Israel, sit sermo dñi, & solus audiebat quæ dicebātur à dño. c ¶ *Nunquid irritum, etc.*] Quo sensu sanctus Iob dixerit ea quæ supra cōscripta sunt: in hoc loco dominus manifestat. Nam cum increpatione, propter hoc ipsum ab eo arguitur, quia in eius iniuriam & sugillationē se iustificare uoluerit: dum eum ex ipsis cruciatibus suis, quos sibi inique inflictos asserit, iustitiam iniustitiam uocat. d ¶ *Et si habes brachium sicut deus, & si uoce simili tonas, circunda tibi decorem & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere uestibus. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens omnem arroganiem humilia. Respice cunctos superbos & confunde eos, & contere impios in loco suo. Abscondeos in, etc.*] Hoc est dicere: Nūquid potes hos ipsos dæmones, quorum tribulationibus expugnaris & conteris, expugnare & dispergere? Nec sic contra deum contendere deberes: si tibi esset fortitudo ut deo est, & uox imperij tui in hoc mundo terribilis insonaret: circundares etiam tibi decorem æternitatis, honoris quoque & sublimitatis esses gloria exaltatus & omnibus sanctitatis uirtutibus tanquam speciosis uestibus te munires, omnes nihilominus superbos iusto iudicio tuo, uelut indignationis iracundia dissipares, & eos in locum suum: id est, in carcerem inferorum detrudens, contereres, quin etiam à sanctorum lumine separatos, in puluerem simul absconderes, siue ut alij dixerunt retruderes eos sub terra: simul & facies eorum, id est animam cum intellectibus suis tanquam oculorum luminibus in foueam inferni demergeres. id est, quàm impossibile est ut hæc homo habeas, tam stultum est ut quasi ex æquali, contra deum loquaris, à quo humiliter sperare misericordiam debes: ut ex eius dextera, id est uirtute, contra eos, quos dixi superbos arrogantes impiosq; saluerīs. Ecce hoc ipsum noueris, fortem diabolum & potentissimum inimicum tuum, quem ob immanissimum trucis animi furorem, Behemoth nomine feralis bestiæ nuncupaui, apud te uelut bouem, animal uidelicet mansuetum fœnum comedere faciam: non carnes ut leonem. Quia carnes quando comeduntur: non fit sine uiuentis interitu. Circa te uero non ita est sicut iam dixi, cui iussione imperij mei, hoc modo præcepi, dicēs: Ecce in manu tua est, uerū animam eius serua. Behemoth namq; doctores ecclesiæ, qui Hebræas literas cōtigerunt, in Latinū quasi plures interpretati sunt. Proinde inimicus diabolus cum toto corpore satellitū suorū hoc loco à deo describit. Quē pro pter pluralitatē nominis ipsius antiqui ita interpretati sunt, sed ecce bestię quas feci apud te, fœnū sicut bos edūt: id est & hoc potētia dexteræ meæ factū est, ut substantiā tuā & facultates, quæ ob pretiosæ mentis tuæ diuitias fœno comparantur, in potestatem acciperet deuorādas. Et ideo uilia quæq; & temporalia tibi abstulit, quæ fœni nomine significata sunt: non quæ magna & grandia, id est animæ ornamenta, quibus te spoliatū blasphemiæ ruina comprimeret quali peccato totus homo à diabolo deuorat. Ita ergo de eo dicit deus. e ¶ *Fortitudo eius in lumb. etc.*] In lumbis & umbilicis, uentris uoluptas uel carnis luxuria intelligitur, quæ membris genitalibus post primi hominis lapsum inserta est, ut supra modum legis naturalis illa membra, & quando non uult homo incentiuis libidinis titillentur: ita uoluptatum sectatores, diabolo fortitudinem propriis uitijs ministrantes, de parte illius, & consortes efficiuntur, ut sint membra eius, quorum D tanquam corporis sui ipse est caput. f ¶ *Constringit caudam suam, etc.*] Hoc mihi dicere uidetur, quod nec in nouissimis suis, quæ in cauda significantur, sit ad deum reuersurus: quod est, nunquam pro tyrannide sua superbus & impius pœnitebit: sed exaltatus ut cedrus, uoce domini iuste iudicantis est confringendus & commi- C nuendus. Constringitur enim ligno durissimo comparatus: duritia scilicet cordis: ne intelligat, stultus efficiat, & excæcatus, ne uideat usq; in finem. Siue constringit caudam suā, ita sentitur, propheta fallaciter loquitur: mendacium cauda est secundum sanctorum prophetarum autoritatem. Hos igitur Behemoth tanquā inimicos, tanquam socios, & ministros suos in copulam unitate sibi conspirationis astringit: de quibus antiqui dixerunt interpretes: Erexit caudam suam ut cypressum, ubi elationem mentis eorum in excelsum significauerunt hanc arborem nominando: quæ sub uno stipite, procero fastigio in altum porrigitur. g ¶ *Nerui testiculorum, etc.*] In neruis, uincula quædam fortissima ac illecebrosa uoluptatū: quibus homines carnales implicat, dicere uidetur mihi: de quibus uitijs, & propheta culpans homines inter cætera ait, ita dicens: Declinantes aūt ad obligationes: ubi simpliciter penè inextinguibilem uoluptatē in membris humanis à propheta significari puto: cui uoluptati caro nostra captiua succumberet: nisi iuxta apostolum dei gratia subueniret. h ¶ *Ossa eius uelut fistulæ æris, etc.*] His membrorum nominibus indicatur: quod diabolus cum suis durus sit, rigidus, pertinax & inflexibilis. In ossibus nanq; & cartilagine intus & foris, in cogitatione uidelicet & opere, perfecta eius demonstratur malitia. Quod autem dictum est: cartilago eius quasi laminæ ferreæ: alij dixerunt: spinæ eius ferrum est fusile, ut intelligatur: quia nunquam se diabolus per pœnitentiam deo humiliauerit.

Universidad de Navarra Biblioteca

A c ¶ *Ipse est principium uiarum dei.*] Hoc in loco hic esse mihi uidetur sensus, quod ad uias dei ambulandas, & per obedientiam præcepta dominica obseruãda: hic inter cæteras creaturas primus à deo sit conditus: & inde dictum sit: ipse principium est uiarum domini. Nam in Ezechiele propheta in capite lapidum ignitorum refert, quod primus fuerit omniũ angelorum, & coronam manu domini. Siue ita dici potest: ut in illa æternitate sua, deus semper manẽs, quasi egressus in factura creaturarũ uideat, & hæ sint uiæ eius, ut inuisibilia ex uisibilib. apparerẽt. Siue unaquæq; creatura uia dei est, per quã ad dei itur cognitionẽ, dum cognita ab eo cognoscit. Siue uiæ dei illæ sunt: quãdo cuilibet creaturæ rationabili, deus quasi ad eam ueniẽs innotescit. Proinde hic Behemoth principiũ uiarum dei dicit: eo quod primus factus, dei sui cognitionẽ à quo cognitus est accepit. Dñs aũt Christus in principio uiarũ dei creatus refertur: quia reconciliãdo mundũ per sanguinem suũ, uiam mandatorũ patris quasi opera eius graderetur, quod in principio prædicationis euangelij demõstrauit. Quod aũt dñs ait: Qui fecit eũ, applicabit gladiũ eius: id est qui fecit Behemoth, applicabit ei gladiũ ipsius, id est malo quo alios interemit ipse puniat: sicut & de eius similibus spiritus sanctus in psalmo locutus
Psal. 36.c est: Gladiũ euaginauerũt peccatores, & gladius eorum intret in cor eorũ. Notãda tamẽ est in hoc loco cõmutatio personarũ. Nam superius dñs ait: quod Behemoth bestiã ipse fecerit, & nũc dicit quod alius eũ creauerit,
B ita dicẽdo: Ipse est principiũ uiarũ dei, qui fecit omnia: quod ita exponi potest: quia pater in filio omnia fecit,
Psal. 103.c sicut propheta ait ad deũ: Omnia in sapiẽtia fecisti. Alij dixerũt: Ipse est initiũ figmenti dñi: quod illudat ab angelis eius, id est sanctis. Ab his ergo illuditur, quãdo per gratiã sancti spiritus, & meritũ sanctitatis eis subditur, & inuocato nomine Christi obsessis corporib. effugat. Ab eis utiq; qui deponentes oẽm maliciã & omnẽ do-
Esa. 11.b lum, & simulationẽ, secundũ Esaiam, geniti infantes in Christo sunt, de quibus prophetauit cũ uirtute gratiæ Christi cõtra aduersariũ eorum diabolũ in spiritu prouidẽtiæ, dicens: Et delectabit infans ab ubere, super foramina aspidis, & in cauernã reguli, qui ablactatus fuerit, manũ suam mittet. Et dñs cum de eius toto corpore loqueretur, ait ad eos, quos innocentes & paruulos fe-
Luc. 10.c cerat, dicens: Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpẽtes & scorpiones, & nihil uobis nocebũt. *b* ¶ *Huic montes, etc.*] Hi mõtes in climate aquilõis cõstituti sunt:
Esa. 14.c ubi superbus diabolus sedere se dicit, inquiẽs: Ascendã super altitudinem nubium, ero similis altissimo. Quos mõtes, superbos quosq; & nimium elatos homines, ac tumorem cordis illius imitantes nõ absurde sentimus. In his igitur habitans, temporariam iucũditatem, quæ herbarum uocabulo appellata est in eis depascit, & in malo uirentis ac uigẽtis in eis uoluptatis noxiæ delectatur in quibus etiam mõtibus omnes bestiæ agri ludũt. Bestiæ istæ, socij sunt & ministri diaboli, de quib. ait *p*pheta, orans ad deum: Ne tradas bestijs animam cõfi-
Psal. 73.d tentem tibi. Ager uero hic mundus est, secundũ autoritatem domini: qua dicit in euãgelio: ager autem est hic
Matt. 13.c mũdus. In talibus igitur mõtibus, qui herbas luxuriæ nõ arbores fructiferas ferũt, hæ bestiæ, aduersariæ uidelicet potestates, nõ habentes rigorẽ uirtutũ, ludunt fluxu lasciuiaq; uitiorũ, & in omnib. eorũ mõtibus, in sceleribus ac nephandis criminibus uidelicet gloriãtur.

Alij de hoc loco dixerunt: Ascenderunt in mõtem præ- C
ruptum: fecit gaudium quadrupedibus in tartaro. Mõtem præruptum ipsius superbiæ diabolicæ uerticem significatũ puto: in quem nimium se extulerit: ita ut de eo usq; in ima caderet inferorum. Fecit ergo gaudium, id est, dedit consolationem: uel his qui superbię eius cõsentiẽtes de cœlis eiecti sũt tartaris deputandi: uel his peccatoribus, qui per eũ in profunda inferi corruerunt: sub quorum persona ad ipsum dæmonum

Ipse ẽst principium uiarum dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius: hũic montes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri ludent ibi: sub umbrã dormit in secreto calami, in locis humentibus. Prõtegunt umbræ umbram eius: circundabũnt eum salices torrentis. Ecce absorbẽbit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat

principẽ ita sermo ppheticus loquit: Et tu uulneratus *Esa. 14.a*
es sicut & nos, nostriq; similis factus es. Detracta est ad inferos superbia tua: cõcidit cadauer tuũ: fecit gaudiũ quadrupedibus, ut dictũ est: id est peccatoribus, qui in terrã proni, seu uergẽtes in tartara, cœlũ sustinere non possunt. c ¶ *Sub umbra, etc.*] Quod umbræ corporũ sint, nemo dubitat: sed umbra in scripturis diuinis aliquãdo requles & refrigeriũ intelligit, aliquãdo pœnæ. Vnde dicit umbra mortis. Aliquando umbræ, peccata esse referunt: quæ tanquã umbra corpori ita morti uicina sint. In peccatis ergo diabolus habitat & requiescit in secreto cogitationũ, siue etiã lumborũ: unde & loca humentia appellant. Siue in secretis, id est in abscõditis dei: quæ deus utiq; nõ requirit, & uelut se indigna non
Psal. 16.d uisitat: de quibus abscõditis propheta ait ad deũ: De abscõditis tuis adimpletus est uenter eorũ. Peccata ergo tanq; tenebræ abscondunt à lumine ueritatis. Siue ut iã dixímus, loco remoto cordis, diabolus habitat: quod cor uacuũ timore dei, patet uanitati & luxui, atq; omni
D um illecebris uitiorũ. Hæc enim umbra solẽ nescies, & calami secreta significãt. Alij dixerunt: sub omnimodis arboribus dormit secus iuncũ, & calamũ, & caricẽ. Omnimodas arbores dicit: quæ tamen oẽs infructuosæ sunt nõ habẽtes medullã charitatis dei: nec bonorum operũ fructus. d ¶ *Protegunt umbræ, etc.*] Peccata eius super omniũ impiorũ peccata & impietates eminent: quas protectione quadã malitiæ suæ defendit, & contegit. Alij ita dixerunt: inumbrant in eo arbores magnæ: ubi hoc mihi uidẽ dixisse, quod quãuis maligni spiritus uel homines ministri diaboli, superbia sint excelsi: tamẽ superet eos magnitudine delictorũ diabolus, qa scelestioris criminis inuẽtor est, cũ imitator peccati. e ¶ *Circundabunt eum, etc.*] Siue stirpes & uirgultũ, ut alij dixerũt. Mundus iste mortalis propter uelocẽ uolubilitatem suã, torrẽtis nomine appellat: sicut & propheta ait, cũ de passiõe dñi prophetaret: De torrẽte in uia bibet. Dispẽsatione nãq; illa qua ad nos uenire dignatus est, in cruce mortis calicẽ bibit, de quo dixit ad patrẽ: Si fieri potest, trãseat à me calix iste. Huius ergo mũdi hominibus, qui sunt sensibus peccatorũ & perfidia infidelitatis amarissimi, tanq; folia, fructus bonorũ operũ mentientes, diabolus circundat, qui etiã in collegas consortiũq; iungũtur. f ¶ *Et ecce, etc.*] Multis in locis scripturarũ, fluminis nomine, genus humanũ significari nouerimus: de quo & ipsa potestas aduersaria ait: Meus
Esa. 27.a est fluuius, & ego feci memetipsum. Huic ergo fluuio, humano uidelicet generi, in ima atq; ad inferiora, more fluminis defluenti, desideria cupiditatũ, delectationis, præsentisq; amoren mundi, ita insinuat, ut eũ absorbere possit, & uelut inferus deglutire: sic namq; humanũ genus præceps in supradicta uitia defluit: ut possit ab inimico facile deuorari. Quod aũt ait: Habet fiduciã quod influat Iordanis in os eius, Iordanis fluuius, baptismi cõtinet sacramentũ: dum in ipso Christus do-

minus

A minus baptizatur, nostrũ baptisma consecratũ est. Cuius secundum mysticos intellectus, montes & colles, arietes & agni ouium exultant à facie dei Iacob: qui iunior frater credendo, seniorẽ fratrem incredulũ supplãtauit. De cuius Iordanis terra, id est ecclesia, propheta ex persona credentis dicit dñm recordari. A Christo utiq; mõte modico incipiẽs, qui propter passionẽ modicus factus est, minoratus est ab angelis, obediendo patri usq; ad mortẽ. Hic ergo Behemoth nimia elatus temeritate, fiduciã gerit ut prædictũ Iordanẽ, sacramenta uidelicet ecclesiæ figurantẽ ore suo hauriat, & uorandi cupidus, suo eum uẽtre cõcludat. Id est etiã eos quos sanguis Christi, per aquã regenerationis quam Iordanis typice portẽdit, & ablutione spiritus sancti redemit de illius potestate ac durissimo dominatu, quærit ut rursus suos faciat, seu occulta suasione, seu oppugnatione manifesta. a ¶ *In oculis eius, etc.*] Verba hæc patris de filio sunt, secũdũ illã allocutionẽ, de qua superius diximus: ubi ait pater de eo cũ ei de diabolo sermo esset. Ipse est principiũ uiarũ dei. Hunc igit Behemoth, homo diuini numinis carne hominis assumpti uestitus, in oculis eius capiet eũ, inquit pater de filio, quod diabolũ esset capturus. In oculis, ait, id est in ipso intelligẽtiæ lumine, ubi est uisus sapiẽtiæ, naturæ rationabilis. Ibi, inquã, diuina sapientia captus, dum per calliditatẽ suã atq; uersutiã non uidet cuius carnẽ mors deuorandã apprehendit. Secũdum igit hunc modũ captus est diabolus. b ¶ *Et in fudib. perforabit, etc.*] Id est furentẽ sæuitiã atq; in sanctorũ interitũ
B anhelantẽ, Christus dñs noster conteret & proturbabit: sanctos uero propter lignũ crucis non absurde hic intelligendos puto: sic itaq; humiliat & confringit dñs inimicũ, omnemq; impetũ inuidiæ sæuiẽtis, dum eum per eosdẽ sanctos ligno suæ crucis retundit. c ¶ *An extrahere poteris, etc.*] Cõmutauit figurã ænigmatis, ut diabolũ quem superius Behemoth translato nomine dixerat, eundẽ nunc Leuiathan appellet: sed illic eum quasi bestiã dicit, quæ terras inhabitet: hic uero ita illũ nominat qui uelut in aquis maris consistat. Vnde & alij pro Leuiathan draconẽ dixerũt. Vnde uideri potest, quod horrendũ nescio quod genus draconũ sit quod Leuiathan dicatur, cuius maliciæ atq; potentiæ congrue diabolus coaptetur. Behemoth aũt eo quod multi cum eo sint appellatur. Nam Behemoth Latine, quasi plures sonare dicitur. Vnde ipse intelligi potest cum socijs & ministris, & recte, quasi dicatur, qui à deo non sunt. Leuiathan uero additamentũ quidã aiunt interpretari. Quia ergo in ueritate non stetit, & excedens præsumptionis modũ, addit sibi superbiã, quasi supra naturæ bonũ in tumorẽ & morbum elationis excedit. Proinde additamentũ dictus est, uocabulũ enim factum de crimine operuit conditionem naturæ bonæ, quam deus bonus
Esa. 27.a creauerat. Et Esaias propheta de eo uaticinatur dicens: In die illo siue passionis Christi tempore, siue in aduentu iudicij eius: In die ergo illo uisitabit dñs in gladio suo duro & grãdi & forti, super Leuiathan serpentẽ ue-
Psal. 73.c cẽ, & super Leuiathã serpentẽ tortuosum, & occidet cetũ, qui in mari est. secundũ hoc ipsum est, qđ alius propheta similiter ad deũ: Tu cõfregisti in uirtute tua mare, tu cõfregisti caput draconũ super aquas. Hic ipse diabolus tanq; caput cũ suis mẽbris describit, & corpus eius & squamæ indissolubili copula coniunctæ narrantur. Hunc ergo Leuiathan draconẽ typicũ, ait dominus ad

influat Iordanis in os eius. In ôculis eius quasi hamo capiet eum: & in fudibũs perforabit nares eius. An extrahere poteris leuiathan hamo, & funẽ ligabis linguam eius? Nũquid pones circulũ in narib. eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nũnquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nũnquid feriet tecum pactum, &

Iob, ne in aquis gentiũ dominetur: tu forsitan de mari C
populorũ extrahere potes, quẽ hamo uirtutis meæ, ut supra dictũ est, per fidẽ credentiũ extrahere & exiccare disposui. Secundum hunc sensum est illud quod & dñs ait in euãgelio: Cum fortis armatus custodit atriũ suũ, *Luc. 21.c*
in pace sunt ea quæ possidet, &c. In primo aũt aduentu Christi factũ est per gratiã redemptionis eius, ut de societate diaboli et dominatione populi eruerent. In secundo uero aduẽtu eius, omnis diaboli potestas est auferenda, quan-
doquidẽ mare, hoc est seculũ non erit: genusq; sociorũ illius de terra peribunt. Quando etiã quæretur delictũ illius & non inuenietur, dño regnante in æternum & in seculum seculi, absorpta morte mortisq; inuentoribus in resurrectionis uictoria. Quod autem in hoc libro ait deus, quia hamo extrahat Leuiathan, per aliũ prophe-
tam illud loquitur, dicens: Expãdam super te rete meũ *Ezech. 32.a*
in multitudine populorũ, & extrahã te in sagena mea. Hami uero & sagenæ differentiã hanc esse existimo: ut hamũ ipsum saluatorẽ filium dei, carne uestitũ intelligamus. Sagena aũt dici potest missa prædicatio euangelij, quæ à solis ortu usq; ad occasum latissimo spacio sit expensa: sicut & propheta ait: Magnus dñs, &c. Et dein- *Psal. 47*
ceps ait, dilatans exultationẽ uniuersæ terræ. Quæ sagena prædicationis Christi, ueteris testamẽti figuris & significationũ imaginibus multisq; eiusmodi scripturæ testimonijs, ueluti nodis illigatis est solide roborata: quam ceti multi & dracones sæuissimi mundi istius impij & potentes scindere & rumpere tentauerũt, idq; nõ D
potuerũt efficere, quia firmũ fundamentũ deus fecit & conuelli nequaq; potest. Quia si deus pro nobis quis
cõtra nos? Proinde secundũ hãc expositionẽ idem sen- *Rom. 8.f*
sus in hamo & sagena dinoscitur. Cũ ergo dixisset dñs ad Iob, extrahere poteris Leuiathã hamo, ait ei. d ¶ *Et fune ligabis, etc.*] Quemadmodũ ex pluribus particulis subtegminis funis intexitur, ut fiat uinculũ quo possint aliqua colligari: Ita & diabolus de multitudine peccatorũ suorũ, quasi de resticulorũ particulis, uincula sibi sacrilegorũ, uelut fune, blasphemijs & lingua illius colligat: ut sit os obstructũ atq; oppilatũ loquentis iniquitatẽ. Et in Prouerbijs Salomonis, de similibus eius scri- *Prou. 5.d*
ptũ est: Vinculis peccatorũ suorũ unusquisq; constrin- *Matth. 25.c*
gitur. Et inde est quod & dñs in euangelio pigrũ & inutilem seruum ligatis manibus & pedibus, mittendũ dicit in tenebras exteriores, id est uinculis peccatorũ suorum quæ operatus est secundũ diuinum iudiciũ ligatus mittitur in pœnas: quod & ipse dñs in quodã loco
manifestissime demõstrauit, quãdo flagellũ de Iudæo- *Ioan. 2.c*
rũ resticulis fecit, eosq; inde flagellans de templo eiecit. e ¶ *Nunquid pones circulum, etc.*] Siue captapulũ, ut alij dixerunt. Et armilla perforabis: siue ut alij dixerũt: forcipe pertundes labrum eius. Circuli captapuli, forcipis & armillæ nominibus, intelligantur sermones diuinæ potentiæ, quibus superbus atq; blasphemus humilia-
tus est à deo & attritus. f ¶ *Nunquid multiplicabit ad, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Aut loquetur tibi blãde. Soli deo, cuius creaturã se esse cognoscit, est subditus, atq; ei tantum quem ipsa cõscientia pauet animus eius superbus addicitur. g ¶ *Nunquid feriet tecum pactum, etc.*] Licet fit rebellis & nimium tumidus: cogitur tamẽ atq; compellitur ipsius naturæ bono, quod ei in testimoniũ iustæ damnationis eius ex parte nõ perit, ut dominum creatorem suum, saltem ut seruus malus esse fateatur. Hoc est

A pactum siue testamẽtum, quod ei cum deo inire præceptum est. Vnde & ipse dñs ait: Et accipies eum seruum sempiternum. Hoc enim nulla uolũtate animi facit, sed diuinæ potestatis imperio, & ideo à deo seruus dicitur sempiternus: quia adoptionẽ filiorum dei, siue primatum illũ angelicæ dignitatis, nunq̃ sit recepturus. a ¶ *Nunquid illudes, etc.*] Intantũ, ait dominus, humiliabitur draconis istius furor, ut illudendus habeatur, & illudendus sanctis angelis deputetur: sicut & supra iam dictũ est. Quod aũt quasi auis illudi perhibeat, quasi res parua & minima ad potentiam dei habeatur, auis nomine uoluit demõstrare: quodq̃ alligandus ancillis dicit: illud est quod ipse dñs in Euangelio ad discipulos suos:

Luc. 10.c Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpentes & scorpiones, & super oẽm uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Sic itaq̃ alligat atq̃ illudit à sanctis animabus dei quæ sunt ancillæ Christi: dum ab eis ipsi & eius sociis imperat, & de corporibus ab eo obsessis abire compellit: cuiq̃ per uniuersum mundum quotidie captiua

Apo. 20.a auferẽ captiuitas: quõ & secundũ Apocalypsim per mille annos alligatus dicit, quod à parte ad totum intelligit secundum apostolũ, qui ait: Filioli nouissima hora est! Ex tẽpore aduentus dñi in carne nostra. Itaq̃ alliga

B tus est: ne seducat Christi gratia & redemptione saluandos. Alij dixerũt: alligabis eum sicut passerẽ infantulo, quod est, ab infantulo teneat præcepto imperij mei, &

Isa. 11.d uelut ligatus in potestatẽ tradetur. Hic est ille infans, de quo Esaias ait: Infans ab ubere in foramine aspidũ manum mittet: qui infans propheta, quãuis sit centum annorũ puer, per Christi gratiam morietur, id est sanctus & innocẽs ad deum de hoc seculo emigrabit. Hunc ergo infantẽ accipere debemus unũquenq̃ sanctorũ, qui de fonte, id est de utero matris ecclesiæ, tanq̃ infans deo renatus est, & præcepta dñi, uelut lacteos cibos de eius uberib. sugit. b ¶ *Concident am. etc.*] Amici & negociatores isti, sancti intelligẽdi sunt oẽs etiã ueritatis prædica-

Ioan. 15.b tores: q̃bus Christus filius dei ait: Vos amici mei estis.

Matt. 13.f Itẽq̃ de eisdẽ per parabolã dicit: Simile est regnũ cœlorum homini negociatori, quærẽti bonã margaritã, &c. Qui regnũ dei & æternæ uitæ præmiũ uelut præciosissimã margaritã in uenalibus proposuerũt mundo, ut unusquisq̃ creditorũ uendat quæcũq̃ habuerit, delectationẽ scilicet uitæ præsentis, his mercimoniis cõmutet & emat eã. Igit à supra dictis amicis, & negociatoribus corpus huius draconis concidit atq̃ diuidit: dum per eosdẽ ad fidẽ Christi, perditorũ eius multitudo q̃ plurima separat. Nam multi de potentibus eius, & in malitia fortibus ab eius cõsortio, ueluti membra illius secer-

Abacuc 3 secundum Lxx nunt: sicut & Abacuc propheta ait ad dñm: Præcidisti in stupore mẽtis capita potentiũ, & de quibus rursum ait ad dñm: Misisti in capita inimicorũ mortẽ, mortem utiq̃ uitiorũ, ut iã non sibi uiuãt, sed ei q̃ pro ipsis mortuus est & resurrexit. Hæc capita inimicorum dei, id est populorũ impiorũ principes: ipsi sunt huius spiritualis draconis reges & nobiles, q̃ secundũ translationẽ nominũ & figurã tropi alterius, alligandi à prædictis amicis & negociatorib. esse dicunt: sicut Dauid ꝓpheta ait:

Psal. 40.b Vt alligẽt reges eorũ in manicis, & nobiles eorũ in uinculis ferreis. Hi ergo reges & nobiles, ipsi sunt & dracones, & mẽbra illius draconis: de quibus draconibus, ait propheta ad deum: Tu cõfregisti capita draconum Psal. 37.c super aquas. c ¶ *Nunquid implebis, etc.*] Omnes qui consensione malitiæ & imitatione adhærent diabolo, rectẽ C pelles eius esse dicuntur. Quos ideo pellis nomine arbitror dictos: eo quod indissociabili connexione ei cõiuncti sunt, & separari ab eo nunq̃ aut certe uix possunt. De his ergo dicit dominus sagenas implendas esse. d ¶ *Pones super, etc.*] Sic mihi uidetur dixisse, uicto permeaduersario tuo, pones super eum manum tuã, ut possis ei & tu illudere. Vel pones super eum manum tuam: quasi dixerit: si eius potentiæ & uirtutis te esse arbitraris: pones super eum manum tuam: quod est, si potes, effice uirtute potẽtiæ tuæ, ut te cõtristemiscat & paueat sicut & me, cui soli hoc debet: sed quia id nequaquam facere potes, ut tibi draco hic magnus, & in malitia potens subiectus sit: memento in hac tribulatione pœnarum tuarum, cõtra quam ferum & trucẽ hostem bellum habueris: sufficiat tibi aduersum me uerba aspera locutum, ubi nosse te uoluit: quoniã hunc fortissimũ inimicum tuũ, superare ac uincere nequisses, nisi ex præcepto imperij mei accepta in tua potestate iussus fuisset & tuã nihilominus animam custodire. A me igitur in ditionẽ illius ita datus es, ut D nõ amplius te affligeret, quãm uires tuæ paterentur. e ¶ *Ecce spes eius frustrabitur eum, & uidentibus cunctis præcipitabitur.*] Cum in conspectu angelorum sanctorum, & innumerabilis multitudinis beatorum hominũ præcipitatus fuerit in gehennã, ignemq̃ æternũ, spes eius, qua se fortem putat euadere horrendum & iustũ iudiciũ, eum frustrabitur: & cassa atque inania cogitans, in irritum deducetur.

Caput XLI.

NOn quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest uultui meo, & quis ante dedit mihi ut reddam ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, etc.] Hunc igitur inimicum non uecrudelis suscitat deus, qui eum quasi punire desiderat: uel quoscunq̃ sanctorum collocatione eius elidere: cuius naturæ luculẽtæ potius æterna bonitas cõperit: sed suscitare deus nunc Leuiathan hoc modo dicit: ut eum cæteris qualis sit manifestet, quẽ uelut Pharaonẽ longa impunitate, diutius insultare permittit. Hoc em iustissimo iudicio suo, deus fieri sinit: aut ad exercitationem probationẽq̃ sanctorum: aut ad iniquorum pœnam. Quis enim resistere potest uultui meo? Vbi hoc uidet dixisse, quod solo aspectui maiestatis dei, omnis creatura cedat & tremat. Quis ante dedit mihi ut reddam ei: omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Nõ em, ait, à quoquam potestarẽ accepi, quam aliquando forsitan non habuerim: ut ei quasi pro hoc beneficio gratias agam: aut aliquid ei retributionis impendam. Secundũ hunc sensum & Apostolus loquitur: Aut quis, inquit, dedit illi & retribuetur ei? Vbi in his uerbis deus affuisse semper monstratur. g ¶ *Non parcam ei uerbis potentibus, & ad deprec. etc.*] Hoc fortassis de diabolo, de cuius uerbis hic loquit, intelligere possumus, & si sit rebellis in dñ & cõtumax: suũ tamen tremens sentiat creatorẽ, & quãuis immemor cõditionis suę, tamẽ tanq̃ seruus nequã, saltem

A saltem coactus dominum suum obsecrare simulat. a ¶ *Quis reuelabit faciem indumenti eius?*] Hic indumento uelatam faciem diaboli Iob dicit, quia se transfigurat in angelum lucis. Reuelatur autem facies à domino, cum artes nequitiarum illius deteguntur. b ¶ *Et in medium oris eius quis intrabit?*] Hic os diaboli, indesinẽs blasphemia eius potest intelligi, quod obstruendũ à deo est atq̃ oppilandũ: cum uerbo domini fuerit penetratũ. Siue in medium oris eius quis intrabit: potest ita sentiri, ut os diaboli, infernus intelligat: ad quẽ saluator descendit, ut deuoratos à diabolo homines liberaret. Et ideo quod futurum erat temporis, dixit: In medium oris eius q̃s intrabit? c ¶ *Portas uultus, etc.*] Abditã & multo secreto absconditam fortitudinẽ hypocriseos diaboli, dicit dominus se patefacturũ: quam in passiõe & cruce sua aperte manifestauit: quando cum principibus suis & potestatibus traductus à filio dei, parũ fiducialiter triumphat. d ¶ *Per gyrum dentium, etc.*] Voratorem & insatiabilem hunc inimicũ dicit, qui uelut rapacissima bestia, dẽtibus omnia cõsumat, & ideirco formido & timor in gyro dentiũ eius quia ad deuorandũ B parati sunt. e ¶ *Corpus illius quasi scuta fusilia & compa. etc.*] Tres hi uersus cõtinui, sub diuersorum sermonum repetitione, unum idemq̃ loquuntur. Corpus ergo diaboli, omnes consortes eius, & spiritus immundi intelligendi sunt: quos tanta consensione atq̃ conspiratione deus dicit illi adiunctos: ut indissociabili connexione sint eidem copulati: quos etiã sub allegorica dictione, squamarum nomine appellauit: quæ ita densatæ sint & strictæ sibi inuicem cohærentes: ut nullum illis sit spiraculum respirandi ad deum: eo quod ab illa sui connexione, nequaquam ad sanitatem pœnitentiæ relaxentur. Quod autem dæmones impij ministri diaboli, scutis fusilibus comparantur: hoc nomine eorum significat dominus, quod nimium pertinax & obstinate rebellans, & fortiter solida ac perennis sit eorum repugnatio contra deum. Diabolum uetus editio smaragdi lapidi assimilauit, qui natura asper est, alia attritu leuificans: sed ipse asper esse non desinens, cuncta commiuit: diminutionem autem sui non sentiens. f ¶ *Sternutatio eius ut splendor ignis, & oculi.*] Siue ut alij dixerunt: In sternutamento eius illuescit sol, & oculi eius ut species luciferi. Sternutatio sordes cerebri egerit, & uitia ex interno concepta depurgat. Diabolus ergo, qui totus sordidus & fœtidus est: in hoc lumine se uidetur ostendere, cum transfigurans se in angelum lucis, malicię suæ sordes in perniciem hominum cum delectatione operatur & effundit, & de inuidia, id est de malorum omnium capite, uenena sua commouet ac produ-

Psal. 29.c cit. Oculi autem diaboli falsi prophetæ intelligendi sunt, de qualibus sanctus Esaias ait, cum ad peccatorem populum loqueretur, dicens de deo: Claudet oculos uestros: qui instigatione ab eo inspirati loquuntur, quæ uicina uidentur lumini ueritatis: Sicut palpebræ sunt diluculi, cum tamen nihil luminis dei possideant. Nam etiam si uideantur initium lucis in se ostendere, quæ eis hypocriseos fermento exoritur, men-

daciorum tamen tenebras specie ueritatis obducunt. C g ¶ *De ore eius lampades eius procedunt sicut tedæ ignis accensæ.*] Quemadmodum os domini locutum est: ita & oẽs impij & sacrilegi & blasphemi, os diaboli recte dicuntur, ex quo tedæ ignis accensæ, siue ut alij dixerunt, faculæ ardẽtes procedũt, id est ignis & pœnæ causa suggerit: & in Apocalypsi, ubi sub equorum similitudine hi

Apoc. 9.a ministri diaboli describuntur, ita de eis dicitur: De ore eorũ exijt ignis & fumus & sulphur: nõ perspicue quidem ita exeũt de ore eorũ: sed uerba blasphemi sunt ignis & fumus & sulphur: sicut ad eũ dominus per prophetã

Ezech. 28. c ait: Producam ignem de medio tui qui comedat te. h ¶ *De naribus eius procedit, etc.*] Id est, superbia. i ¶ *Sicut ollæ succensæ, etc.*] Quia uapor aut ipse se aut obtemperantes generet causas ignis æterni. Superbiæ spiritus in anhelitu narium demonstrat: quibus animi sui tumorem exanhelare se gaudet: sed

Iob 40.d humiliari ac reprimi à domino superius ita dicit: Nunquid pones circulum in naribus & armilla perforabis maxillam eius? k ¶ *Halitus eius prunas, etc.*] Hic est fumus eius é naribus & ex anhelitu eius, ut carbonibus suis ignem sibi æternum, & fumandum subministret.

Esa. 50. d Ita enim & similibus eius dominus ait: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis uobis. l ¶ *Et flamma de ore, etc.*] Siue ut alij dixerunt: Flãma uero de ore eius globatur: ibi idẽ sensus: quod est, pœnæ blasphemiarum de ore diaboli globatæ egrediuntur. m ¶ *In collo eius morabitur fortitudo, & facies eius præcedit.*] Colli nomine, id est ceruicis, tumorem arrogantiæ diaboli dicit. Cuiq̃ dicitur per prophetam: Neruus ferreus ceruix tua: in qua principalis peccati

Ezec. 48.d malum habitat. Hæc igitur superbiæ fortitudine, & propheta uerbis illius loquitur, dicens: fortitudinem faciam: quem ob hoc dominus increpat & dicit ei: In sapientia tua fecisti tibi fortitudinem. Et iterum ait ei: In negociationibus tuis multiplicasti tibi fortitudinem. Itemq̃: Eleuatum est cor tuũ in fortitudine tua. Quod uero ait: Faciem illius præcedet egestas: hoc est, quod ubi appropinquauerit diabolus, ilico omnes ibi uitæ atq̃ animæ uires exhauriũtur, ac substantia consumatur. n ¶ *Membra carnium eius cohærentia sibi.*] Membra diaboli sunt, quos supra in squama & scutis fusilibus nominauit. Carnium autem eius mẽbra idcirco sunt dicti: quoniam carnalibus ac flagitiosis actibus dediti: ei uelut autori malorum cohæreant. o ¶ *Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.*] Ordo dicentis dei hoc loco obscuratus uidetur, ubi cum de diabolo dicat, subito personam commutet, dicens: Mittet cõtra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Credendum est, quod hæc fulmina à deo mittantur contra diabolum: secundum illum sensum, ubi dicitur: Pluit dominus à domino. Quod ita hic dictum arbitramur: fecit deus quod locutus est deus. Fulminatur autem à deo draco diabolus, quando igneis dei eloquijs de sanctis nubibus increpatur: quę utiq̃ fulmina in locum missa atq̃ directa, non frustra iacientur, & ad locum non ferentur: nec se ab eis diabolus gloriabitur

impunitum. c ¶ *Cor eius indurabitur tanquam lapis, etc.*] Siue ut alij dixerūt, & ſtat ſicut incus infatigabilis. Cor diaboli durum & inflexibile eſt: hebetudine quoq; lapidis & rigore. Cōſtringitur autem ſiue ſtat ſicut incus quæ non producitur. Incus namq; cæditur, ſed nō producitur: ſuperiecta edomat, immobilis autē ipſa conſiſtit: talis diabolus eſt. Fideliū enim increpationib. tunditur, prophetarum dictis cæditur, martyrū victoria elidit: ſed manens rigidus, durus, indomitus, æternis addictus eſt pœnis. b ¶ *Cū ſublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur.*] Hoc de primi ſeculi temporibus dictum, accipi poteſt: quantū ſit malū ſuperbiæ, iam tunc angeli ſancti ſcire potuerūt, quando præſumptor tyrannidis cœli arce deiectus eſt: Quando etiam pro eo merito quo in ueritate, in qua ille nō ſteterat, ſteterūt, & in hoc beati facti eſſe credendi ſunt, ut certiſſimi fierēt, nullius unq; peccati lapſum ſibi eſſe metuendū. Igit quod dictum eſt: quia ſublato diabolo timebūt angeli, & territi purgabuntur: non ſic intelligendū eſt, quod ad cauendum peccatum ſuperbiæ, emēdatiores futuri ſint, territi tantæ dānationis exemplo, cum utiq; perſpicuū ſit, minime eos beatos fore, ſi ſtudēdum eis ſit cura impēſiore ne peccent. Peccatū enim cauere uel peccato reſiſtere, ad pœnales huius mundi miſerias pertinet, nō ad futuri ſeculi gloriam. Hos autem arbitror intelligendum homines, qui ad conſortium peruenerint angelorū, utpote quaſi noui angeli, damnato diabolo territi purgabuntur: uidentes qualem quantūq; hoſtē, & huiuſcemodi pœnas horrendæ damnationis euaſerunt: Purgabuntur aūt, id eſt puriores deo reddent, tanta diuini beneficij circa ſe conſolatione perſpecta. Id etiam quod dictū eſt territi, uel quod ſcriptum eſt timebunt, non abhorret à ſenſu: ut rationabilis uidelicet creatura, omne beneficiū atq; omne iudiciū creatoris ſui, nō cum pœnali, ſed cū honorifico terrore mireť. Et reuera quæ maior purificatio ſiue purgatio poterit eſſe ante deū, ſicut angelici hominis: cū ut ſemper cum exultatione, quia cui deferť pius eſt: & cum tremore: quia cui deferť deus eſt: omne bonū certiſſimæ ſecuritatis ſuæ gloriæq; perpetuæ ad laudem ſui referat cōditoris. c ¶ *Cum appre. etc.*] Alij uero manifeſtius tranſtulerunt dicētes. Si occurrerint ei lanceæ, nihil facient ei: id eſt nullis metallis terrorum ac increpationibus poterit emēdari. In haſta autem & thorace poſſunt intelligi: qui iuſtitię lorica induti, dextera operibus ſanctis armati conantur reſiſtere. Ipſum uero punire ſiue expugnare non ualebunt: quia tam fortis & malus eſt, ut aduerſantia contemnat, & cōuerti minime uelit. Proinde quicquid eſt fortitudinis animorū in ſanctis, ferri uocabulo appellaťur. Quicquid etiam uirtutum eſt, æris ſplendore uel perennitate cenſetur. d ¶ *Reputas quaſi paleas ferrum & uelut lignum putridum æs.*] Tanta enim ſe uirtute ſuperbiæ induit, ut hæc omnia arma aduerſum ſe ſuſcepta pro nihili pendat, & ipſe potius operetur opera, palearum aceruis ſimilia & lignis infructuoſis, & uetuſtis carieq; fatiſcentibus, quæ igne inextinguibili ſunt urenda. e ¶ *Non fugabit eum uir ſagittarius.*] Quilibet ſanctorum quamuis pharetram cordis ſui, increpationum ſermonibus tanquam telis compungētibus plenam habeat, ab eis tamen hic durus & nimiū ferreus penetrari non poterit. Et ideo non ſentiens uulnera compunctionū, ab hoc tali ſagittario non fugať. Alij uero ita dixerunt: nō uulnerat eum ſagitta ærea. Verbum dei incorruptibile & permanens ſagittæ æreæ comparatur, quo nunq; potuit diabolus ad pœnitentiam uulnerari: ſecundum duritiā cordis ſui theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei. f ¶ *In ſtipulam uerſi ſunt, etc.*] Funda poteſt intelligi quicūq; ſanctorū, qui manu domini cōtinentur. Per hos ergo ſanctos ſuos, duros ſermones, fortes & aſperos uelut lapides hunc impium uelut iaculaťur, ut eiſdem percuſſus det honorē deo: ſed ille cum ſingularis malitiæ ſit, eoſdē ſermones ſibi cōuertit in ſtipulā: ut dū eos pro nihili ducit, fiant ei uelut ſtipula quæ & fumandos globos tartarei ignis accendat. Quod & alij eodem ſenſu dixerūt: æſtimat lapides funda iactatos ut fœnum. g ¶ *Quaſi ſtipulam, etc.*] Verbū nihilominus diuinū graue ſcilicet & forte contundens eum & atterens uaſtam duritiam impietatis eius: ut à ſanctorum inſectatione tenuetur, pro ſtipula æſtimabit: malitia namq; obrutus non ſentiet pondus tundētis deſuper: quoniam cor eius factum eſt ſicut lapis, & ſicut incus indomabilis, quæ nunquam licet ſupra modum tuſa producitur. h ¶ *Et deridebit ubrantem haſtā.*] Siue ut alij dixerunt, trementem ſermonem: Validum cuiuslibet ſancti ad ſe uigore animi ac uirtute emiſſū, non ſolum non uerebitur, uerumetiam deridebit, uel eundem ſermonem, uel etiam iaculantem. Hoc totum de diabolo, deus de diuerſis modis ac ſimilitudinibus: ideo dicit ut demōſtret hominibus quantum mali ſit, & quàm potens, & quàm ſit omnino irreuocabilis. i ¶ *Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum.*] Sol iuſtitiæ Chriſtus deus eſt: in cuius pēnis eſt ſanitas. Hi igiť radij, id eſt, ſancti qui ſunt filij lucis eius, ab hoc principe tenebrarum: in præuaricatione Adā, peccato illius detinentur obnoxij: dum iam redēptos per Chriſtum capitalibus criminibus ſuos facit: ſibiq; uelut captiuos & ſeruos ſubdit & ſubiugat. Poſſunt & illi angeli, quos ſecum diabolus traxit, de quibus in Apocalypſi dicitur: Et traxit ſecum tertiam partem ſtellarum in terram: hi radij ſolis intelligi, qui recedentes à deo uero lumine, factæ ſunt tenebræ & principes tenebrarum. Hi ergo ſub ipſo ſunt, quibus diabolus eſt rex & dominus. Aurum uero ſecundum hunc ſenſum quē diximus, ipſi ſunt radij ſolis: quia ſub nomine auri precioſi quicq; & magni intelliguntur: hos ſibi ſternit quaſi lutum, cum eos ſibi ſubditos peccatis, ſordidos & uiles efficit. Dicuntur autem dracones in eis locis ſecretis, & terrarum abditis ſinibus, uel maxime commorari ubi metallum auri ſit. Et ob hoc ſub ſpirituali intelligentia: puto hanc metaphoram conſeruatā, eo quod hic dracō rufus, de auro bonorum quos deiecerat ſibi cubile ſternat: quod eſt, omnes ſpirituales mundi huius diuitias, id eſt, bonorum hominum ſanctitatem, iuſtitiam cæterasq; uirtutes, uelut aurū ſub ſe habebit, cum eos obdormientes in fide in lutum immenſum redegerit peccatorum. k ¶ *Ferueſcere faciet quaſi ollam, etc.*] Mare hoc ſeculum ſecundū allegoricos intellectus eſſe didicimus, quod eſt obſcuritate ſua, & nimia ſtultitię cęcitate tenebroſum, quod ita diabolus carnali accendit concupiſcentia, ut ferueat ad amanda terrena. Si autem in bonam partem unguenta intellexerimus, ut gratias ſanctorum feruentes, hoc loco interpretemur, à contrario diabolus maris iſtius habitator id agit, ut quomodo ſpiritualiū gratiarum amore, in ſpiritu ſancto feruescunt, ita ad amorem mūdi iſtius homines præſentis uitę deſiderio quaſi quibuſdam ſuccenſionibus flammeis ardeſcant. Alij dixerunt: feruescere facit abyſſum, ut uas æneum ęſtimat ſicut delictum, & tartarum abyſſi ſicut captiuū. Hoc in loco arbitror, quod ita de diabolo deus dixerit: quia de hoc mundo quaſi abyſſi nomine dictus eſt, ita diabolus apud ſe definiens arbitratus ſit, qđ in recordationem omnino non ueniat, quod de memoria diuina deletus ſit. Cuius impiiſſimum ſenſum in nono pſalmo propheta recolit, dicens: dixit enim in corde ſuo non requiret. Iremq; dixit eū in corde ſuo: oblitus eſt deus, auerrit faciem ſuā ne uideat in finem. Tartarum quoq; abyſſi, id eſt infernum, in quo mundi iſtius peccatores tenebuntur incluſi: ille uelut captiuū ſub duriſſima uidelicet dominatione, detruſum uinculis infernalib. detinebat. Exultans igitur & lætabundus diabolus æſtimabat, quod creaturā dei ſui, omnem utiq; mundū, uelut rex & dñs eſſet perpetuo poſſeſſurus, neſciens à dño deo regi in æternum & in ſeculum ſeculi: perditis impijs gētibus de terra eius, iudicatos pupillos & humiles defenſos, ut nō apponat ultra homo, id eſt, ipſe diabolus, ut ſe magnificet ſuper terram. a ¶ *Poſt eum lucebit, etc.*] Iam tunc reſipiſcēs quę ret reuerti ad deum, quando ei tempus pœnitentiæ nō erit. Et hanc puto conuerſionis eius ſemitā dixerit, quæ obdurato corde & cæco ſera pœnitentia illuceſcat: quādo poſt acceptam ei minime proderit. b ¶ *Aeſtimabit abyſſum, etc.*] Siue ut alij dixerunt, quaſi deambulacrum. Abyſſum diximus ſuperius iſtum mundum, quem ſeneſcentem & inueteratum, in peccatis utiq; permanentem diabolus arbitratur, neſciens aduentu dñi à peccatis ueteribus liberandum. c ¶ *Non eſt ſuper, etc.*] Nulla creatura eſt tantæ potentiæ, ſiue peccatrix creatura tantæ maliciæ: & ideo in utraq; re nullus ei poterit comparari. d ¶ *Qui factus eſt, etc.*] Propria uoluntate liberi arbitrij ſui, in ſuperbiā elatus factus eſt: id eſt, ita ſui malicia deprauatus eſt, ut nullū timeret, nec ipſum dñm deū creatorem ſuum. Timet quidē ut malus ſeruus & præuaricator, ſed non habet in ſe dilectionis dei timorem. e ¶ *Omne ſublime uidet.*] In ſublime, inquit, atq; in excelſum erigiť, id eſt, uſq; ad ipſius inæſtimabilis ſuperbiæ ſuæ apicē eleuať, ut blaſphemus poſſit in cœlo os ſuū, dicens: Ponā in cœlo thronū meum, & ero ſimilis altiſſimo. f ¶ *Ipſe eſt rex, etc.*] Id eſt, caput & princeps omnium ſuperborum, quem imitantes angeli & homines impij & præuaricatores, facti ſunt filij ſuperbi.

Eſa. 14. d

CAP. XLII

R*Eſpondens aūt Iob, etc.*] Id eſt, qui diabolū humilias, quō uis & quando uis. h ¶ *Et nulla te, etc.*] Scrutatorem cordis & renium latere quis poterit: unde apparet ſecundum Iob ex his ſermonibus quos deo pœnitens confitetur, accuſare cogitationes ſuas, quibus ſe meminit de iuſtitiæ ſuæ meritis ſibi plurimū tribuiſſe, & deo quaſi ruſtico, notam iniquitatis obiicere tētaſſe. i ¶ *Quis eſt iſte qui, etc.*] Id eſt, nemo poteſt abſcondere conſilium à conſcientia tua. Iam in conſequentib. manifeſtiſſime errorem ſuum demonſtrat, & inſipientiam confitetur, per quam ignorans ad deū loquendi modum exceſſerit, ita dicens. k ¶ *Ideo inſipienter locutus, etc.*] Iam nunc depoſita inſipientia atq; abiecta ſtultitiæ præſumptione, per noticiā increpationis diuinæ ad emendationem correctus, & præſentis caſtigationis purgatus examine, deum nihilominus audet interrogare: dicendo, Audi, clementiā diuinę indignationis oſtendit: & hoc loqui uidetur, quod illam plagā longe alio modo circa eum deus operatus fuerit, quam ipſe antea iudicaret: & hinc eſt, quod ſe à deo doceri cupit, ſibiq; hoc ipſum depoſcit oſtendi. Accepto ergo Iob, ſicut ex ſermonibus eius credendū eſt, diuinæ uiſitationis oraculo ait ad deū. l ¶ *Auditu auris audiui, etc.*] Poſt tentationis probationem, proximior factus diuinæ cognitioni, dicit ſe iam deū uidere, quem ante dum examinaretur audiſſe ſe dicit. Audire aūt deum uel uidere, qui eſt inuiſibilis & incomprehenſibilis non iſtorū eſt oculorū, uel iſtarum aurīū, ſed potius mentis & cordis. Propter quod beati ſunt mundo corde homines quo deus uidetur. m ¶ *Idcirco me ipſe, etc.*] Quem locum alij dixerunt: Ideo deſpexi memetipſum & diſtabui & æſtimaui me terram & cinerem. Quod aūt in iniuriā ſancti Iob, amici eius non recte locuti fuerint, hic aperte dño eis imputante monſtratur, unde ipſe ait ad eos. Quod peccatū illud exprobationis ei remitti non poſſit, niſi beatus Iob pro illis orauerit, & holocauſtū propiciationis obtulerit. Vbi aduertimus quod ſacerdotis officio beatus Iob functus fuerit. Intelligať hoc loco quod nulli expediat cum exultatione & conuicio arguere in dei caſtigatione, ac tribulationū laboribus conſtitutū. Ait nanq; quod Iob ante pro eis ſacrificium offerente, faciem eius ad exaudiendum libenter ſuſceperit. Et addit dñs duplicia. In ſequentibus quæritur cenſus eius, qui quemadmodū fuerit duplicatus, libri huius ſcriptor diligenter enarrat. Fratres uero & ſorores qui ad beatum Iob poſt plagā caſtigationis eius conuenerant, omnes cognationes & familiæ generis eius intelligendæ ſunt. Vniuerſi etiā noti & amici eius, qui regalē potentiam eius ſingularēq; ſapientiā prius nouerant, uenientes ad eū comederunt cū eo in conuiuio honoris eius, in quo ſignificatus eſt ab eo omniū ſordiū ſqualor abſterſus. In motu uero capitis indicatā conuenientiū ad eum læticiam nouerimus: quicq; muneris gratia, uelut inopi & penitus nihil habenti dederūt oues ſingulas, & inaures aureas ſingulas. In hac conſolatione & ſī parua, & priorū bonorū duplicatione, animaduerti poteſt, qđ grandis multitudo ad illū conuenerit: qui cū à ſingulis parū acceperit

Poſt eum lucebit ſemita, æſtimābit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Nō eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, qui factus eſt ut nullum timeret. Omnē ſublime uidet, ipſe eſt rex ſuper uniuerſos filios ſuperbiæ.

Cap. XLII

RESpōndens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis eſt iſte qui cælat conſilium abſque ſcientia? Ideo inſipienter locutus ſum: & quæ ultra modum excedunt ſcientiam meam. Audi & ego loquar: interrogabo te & reſponde mihi. Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus uidet te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Poſtquam autem locutus eſt dominus uerba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten: Iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos rogare: dicendo, Audi, clementiā diuinę indignationis oſtendit: & hoc loqui uidetur, quod illam plagā longe alio modo circa eum deus operatus fuerit, quam ipſe antea iudicaret: & hinc eſt, quod ſe à deo doceri cupit, ſibiq; hoc ipſum depoſcit oſtendi. Accepto ergo Iob, ſicut ex ſermonibus eius credendū eſt, diuinæ uiſitationis oraculo ait ad deū. l ¶ *Auditu auris audiui, etc.*] Poſt tentationis probationem, proximior factus diuinæ cognitioni, dicit ſe iam deū uidere, quem ante dum examinaretur audiſſe ſe dicit. Audire aūt deum uel uidere, qui eſt inuiſibilis & incomprehenſibilis non iſtorū eſt oculorū, uel iſtarum aurīū, ſed potius mentis & cordis. Propter quod beati ſunt mundo corde homines quo deus uidetur. m ¶ *Idcirco me ipſe, etc.*] Quem locum alij dixerunt: Ideo deſpexi memetipſum & diſtabui & æſtimaui me terram & cinerem. Quod aūt in iniuriā ſancti Iob, amici eius non recte locuti fuerint, hic aperte dño eis imputante monſtratur, unde ipſe ait ad eos. Quod peccatū illud exprobationis ei remitti non poſſit, niſi beatus Iob pro illis orauerit, & holocauſtū propiciationis obtulerit. Vbi aduertimus quod ſacerdotis officio beatus Iob functus fuerit. Intelligať hoc loco quod nulli expediat cum exultatione & conuicio arguere in dei caſtigatione, ac tribulationū laboribus conſtitutū. Ait nanq; quod Iob ante pro eis ſacrificium offerente, faciem eius ad exaudiendum libenter ſuſceperit. Et addit dñs duplicia. In ſequentibus quæritur cenſus eius, qui quemadmodū fuerit duplicatus, libri huius ſcriptor diligenter enarrat. Fratres uero & ſorores qui ad beatum Iob poſt plagā caſtigationis eius conuenerant, omnes cognationes & familiæ generis eius intelligendæ ſunt. Vniuerſi etiā noti & amici eius, qui regalē potentiam eius ſingularēq; ſapientiā prius nouerant, uenientes ad eū comederunt cū eo in conuiuio honoris eius, in quo ſignificatus eſt ab eo omniū ſordiū ſqualor abſterſus. In motu uero capitis indicatā conuenientiū ad eum læticiam nouerimus: quicq; muneris gratia, uelut inopi & penitus nihil habenti dederūt oues ſingulas, & inaures aureas ſingulas. In hac conſolatione & ſī parua, & priorū bonorū duplicatione, animaduerti poteſt, qđ grandis multitudo ad illū conuenerit: qui cū à ſingulis parū

A acceperit, subito tantarum diuitiarū factus sit dñs. Potuit hoc scriptor libri huius & per anticipationē dixisse, ut post tentationē illam per centū quadraginta annos uitæ suæ, benedicente dño, cumulatas in duplum diuitias possideret: filiorū uero eius duplicatum numerū nō legimus. Vnde arbitror quod cum ea quæ omnino perierant, illa ei in duplū fuerint restituta, etiā filij ei uiginti pro decem reddit sint. Hi enim ipsi decem primi quos ruina domus labentis oppresserat, apud deū non putantur extincti. Propter ædificationem itaq; fidei nostræ, tantos ei filios à deo redditos, quantos amiserat sentiendum est, ut omni bonorum suorū substantia in duplum sibi à dño reddita, etiā filios in duplum habere se crederet: qui utpote fidelissimus dei seruus, minime dubitare deberet eos quos ad deū præmiserat non perisse. Sic ubi per totum hunc librū sanctum Iob, figurā habuisse saluatoris perspeximus: donante gratia eius, ut nobis largiri dignatus est exposuimus: & in quibusdā locis, amicos eius B gnificari hæreticos intelleximus: sicut etiam & illū Heliu gentilitatis habuisse imaginē, disseruimus. Sed quia per Christū impiorum atq; errantiū reconciliatio est: Non est enī aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri: ideo extincta nunc gentilitate atq; abolita, hæretici ad Christum à deo patre mittuntur, ut per quem prius saluati fuerant: rursum lapsi per eundē mediatorem deo reconcilientur. In holocausto uero septem taurorum & arietum, orationū atq; eleemosynarū satisfactio, superbiæ & iræ emundatio plenaria, atq; perfecta per laborem atq; innocentiam pœnitentię demonstratur. Quod autem ait: *a* ¶ *Dominus autem suscepit, etc.*] Illud est quod ait Apostolus: Christus Iesus qui est in dextera dei, qui etiā interpellat pro nobis, secundū Ioannē apostolū, aduocatus noster est & propiciatio apud patrem. Sic itaq; facies saluatoris à patre suscipitur, dū & ipse exaudit & exauditur. *b* ¶ *Et addidit dominus, etc.*] Illa igitur addita sunt Christo dño & deo nostro, cū populo Israel per fidem addita est gentium multitudo, & addetur in regno. *c* ¶ *Et uenerunt omnes, etc.*] Quod ait uenerūt, hoc est per fidem ei incorporati sunt, ut intra ecclesiam in uno spiritu cōgregati, essent membra eius omnes credentes in eum. Fratres autem & sorores dicūtur, omnis illa cognatio Iudæorū populi, de quorū familia natus est Christus. Siue fratres & sorores, generaliter omnium nationū multitudines intelligere possumus, eo quod de massa humani generis carnem assumpsit, per quam sibi cæteros fratres dignatus est facere, de quibus ait ad patrem: Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio ecclesiæ laudabo te. Et in euangelio ait: Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic mihi & frater & soror & mater est. Et cuncti qui cum prius nouerant uenerunt ad eum: ita & de eis sentiendum est, quia nouerant eum prius omnes sancti & prophetæ, qui eum utiq; uidebant in spiritu, quem etiā in carne uenturum annūciabant, sicut ipse dñs dicit: Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ uos auditis, & nō audierūt. Quē uidebant aūt in spiritu, præsentiā aduentus eius in carne uidere desiderabāt, sicut & sanctus Abrahā, de quo ait dñs: Abraham cōcupiuit uidere diem meum, & uidit & gauisus est. Itaq; prædicti sancti uenerunt, quoniā habentes eūdem spiritū fidei, prophetauerunt uelut iusti ex fide uiuentes: & sacramentū incarnationis Christi futurū præuidentes in spiritu, in ipsam fidē Christi per eandem pœnitentiam uenerunt: id est, ex fide in fidē, ut essent sub Christo capite unum, & ipsi in corpore ecclesiæ constituti, ubi iam resurrectione glorificato Christo, & ex passionis contumelia in honorem pristinum restituto, nūc in domo eius ecclesia, panē sacramentorū eius comedunt oēs per fidem uenientes ad eum. Cum ipso aūt panem ideo comedere dicuntur, quia ipse dixit: Ecce ego uobiscum sum omnib. diebus usq; ad consummationē seculi. Siue quia ipse corundē mysteriorum est consecrator, in quibus & ipsum benedicentem & consecrantē accipimus, quia ipse dixit: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, & uerbū scripturarū, panis est Christi, quo in domo saluatoris ecclesia pascuntur, & exhortatione eorum reficiuntur quondā fide inopes, qui in hoc seculo cum essent alieni à deo, famē sermonis diuini patiebantur: & cuncti qui eum prius nouerant uenerunt ad eū: id est, qui eum nouerunt in terra uenire ad eum meruerunt in cœlū. Et mouerūt, inquit scriptura, super eo caput: exultātes uidelicet, quod spiritualib. & sacris Christi conuiuijs effecti essent participes, sicut dñs ait in psalmo: Vota mea reddā coram uultu timentiū eum: edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dñm qui requirunt eum. *d* ¶ *Et consolati sunt, etc.*] Saluatorem nostrum non mediocriter consolatur, qui passionē eius, quam pro redemptione mundi suscepit, cum gaudio credit, & fideliter oculis fidei contuetur: ipse enī tali consolatione repletus est, qui cum uidisset turbā credentiū, exultauit in spiritu, sicut sancto euangelista scribēte dicimus. Intulisse aūt filio suo deum patrem malū passionis & mortis, ita dicimus secundū Apostolum: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit eum. Super quod magnā sumimus consolationem, quod dabit nobis bona sua, qui mala nostra suscepit. *e* ¶ *Et dederunt ei, etc.*] Vnusquisq; per fidem ad Christum uentiū, offert ei innocentiā suam, mētisq; obedientiam. Quia & Apostolus ex peccatoribus sanctos effectos, ita uiuere docet, dicens: Obsecro uos fratres, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem. Sic itaq; uenientes ad Christum, efficiuntur oues dominicæ, oues sanctæ, oues illæ rationabiles ascendentes de lauacro, geminos fœtus habentes, cum per obedientiā mandatorū dei renati in Christo, innocentes & simplices operarij fuerint & fideles.

cos tuos, quoniā non estis locuti coram me rectū, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uobis septem tauros & septem arietes, & ite ad seruū meum Iob, & offerte holocaustum pro uobis. Iob aūt seruus meus orabit pro uobis. Faciem eius suscipiā, ut nō uobis imputetur stultitia. Neq; enim locuti estis corā me rectū, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Baldad Suites & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat dñs ad eos: & suscepit dñs faciē Iob. Dominus quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iob, quum oraret ille pro amicis suis. Et ăddidit dominus omnia quæcunq; fuerant Iob duplicia. Vēnerunt autem ad eum omnes fratres sui & uniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panē in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & cōsolati sunt eum super omni malo quod intulerat dñs super eum. Et dēderunt ei unusquisq; ouem unā, & inaurem aureā unam.

Dominus

C Matth. 13. *d*

D Matt. ult.

Ioan. 6. *e*

Rom. 8. *g*

1. Ioan. 2. *d*

Psal. 21. *c*

Psal. 21. *f*

Rom. 12. *d*

A *d* ¶ *Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius, etc.*] Principia Christi dei & domini nostri, legis Moysi exordia esse significantur. Nouissima uero eius euangelium esse monstratur. Vnde Ecclesiastes ait: Meliora sunt nouissima sermonis, quàm initium eius. Pro inde meliora sunt mysteria euangelij reuelata in Christo, legis significationibus & figuris: meliora sacrificia cordium contritorum, quàm holocaustomata pecudū. Melior manifestatio ueritatis in euangelio, quàm allegoriarum umbra in ueteri testamento. Sic itaq; bene dixit dominus nouissimis Iob magis q̄m principio eius, ut in utroq; populo, Iudęorum & gentium, gratia abundaret: quos populos secundum morum qualitates, quasi sub diuersorum animalium nominibus hæc scriptura uoluit appellare. Quam uero significationem eadem animalium in se uocabula contineant, in principio operis istius dixisse memini. Duplicatum uero horum animalium numerum, propter utrunq; populum puto: siue propter abundantiorem gratiam euangelij, ut iam diximus, de qua Apostolus ait: Sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. *b* ¶ *Et fuerunt ei septem filij & tres filiæ.*] Quod septem filios & tres filias refertur habuisse: gratiarum septenarius numerus indicatur, & legis prophetiæ, & gratiæ ut in principio huius dixi. Quas pater earum moriens fecit cohæredes fratrum suorum, id est animas quas per spiritum gratiarum in testamento diuinarum scripturarum incorporat, eas utiq; promissionum suarum fecit esse participes. Earum quoq; filiarum significanter nomina posita, magnum in se continent sacramentum. *c* ¶ *Et uocauit nomen unius diem, & nomen secundæ casia, & nomen tertiæ cornu stibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in uniuersa terra, etc.*] Dies ergo lex dei est, quæ ad cognitionem ueritatis, humanæ ignorantiæ noctem illuminat, Casia sanctæ unctionis est donum, Cornu stibij competentissime, euangelicis copijs ecclesiæq; diuitijs coaptatur, quæ spiritualium rerum thesaurus est. Cornu uero ad insigne regium & dignitatem ecclesiæ pertiner, sicut ait propheta: Exaltauit cornu christi sui. Figuram ergo sanctus Iob manifeste habuit saluatoris: & in hoc qđ ex ditissimo egens, & pauper factus est, ut nos locupletaremur. Circa corpus eius omnem potestatem suam diabolus exercuit, sed nihil profecit, sicut ipse dominus ait: Veniet enim princeps mundi, & in me nihil inueniet. Quemadmodum etiam beatus Iob post damnum filiorum in fidelium ditatus in filijs est: ita & saluator post amissionem filiorum infidelium ditatus est in gentibus. Per multa ergo sanctus Iob domini nostri passionem quoque & patientiam figurauit, numero filiorum & filiarum nominibus, septiformem gratiam spiritus sancti legis & prophetarum atq; euangelij in saluatorem nostrum plenitudinem portendebat futuram. In quo requieuit spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtutis: spiritus scientiæ & pietatis, repleuit eum spiritus timoris dei, quod intelligendum est, plenus dierum. Tandem releuatus longæ explanationis onere, uelut depositio graui fasce respirans, ad te beatissime pater Vectori, clausulam sermonis mei dirigo, petens ut si quid in hoc opere dignum probabili ueritate perspexeris, etiam circa meam exiguitatem largissima domini nostri dona mireris: obsecro ne aut amico fauore permulceas, aut beniuola excusatione defendas. Quia nolo eminentiam iudicij tui à suæ dignitatis sublimitate deijcias, sed potius sic opusculum meum laudabile facias, dum incondita eius corrigendo retractas, & perfecta emendatione castigas.

Ecclēs 10. *c*

Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ, & fuērunt ei septem filij & tres filiæ. Et uocauit nomen unius diem: & nomen secundæ casia: & nomen tertiæ cornu stibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in uniuersa terra. Deditq; eis pater suus hęreditatem inter fratres earū. Vixit autem Iob post flagella hęc centū quadraginta annis: & uidit filios suos, & filios filiorum suorum, usq; ad quartam generationem: & mortuus est senex & plenus dierum.

FINIS.

C

1. Reg. 2. *d*

Esa. 11. *d*

D

2. Cor. 3. *b*

COMMENTARIORVM IN IOB. FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BASILEAE EX OFFICINA FROBENIANA, PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM, ANNO M D LIII.

CHARTARVM SERIES.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV. Omnes terniones, præter HH qui est quaternio, & NN duernio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto